MONUMENTA

ECCLESIASTICA

TEMPORA

INNOVATAE IN HUNGARIA RELIGIONIS

ILLUSTRANTIA

DIGESSERUNT

I. KARÁCSONYI ET FR. KOLLÁNYI

SECTIONIS SCIENTIFICAE ET LITERARIAE

SOCIETATIS S. STEPHANI

MEMBRA

TOMUS QUARTUS: 1542—1547.

BUDAPESTINI

Edidit Sectio Scient. et Litt. Societatis S. Stephani

1909

EGYHÁZTÖRTÉNELMI
EMLÉKEK
A MAGYARORSZÁGI HITUJITÁS KORÁBÓL

SZERKESZTETTÉK

KARÁCSONYI J. ÉS KOLLÁNYI F.,

A SZENT-ISTVÁN-TÁRSULAT
TUDOMÁNYOS ÉS IRODALMI OSZTÁLYÁNAK TAGJAI

NEGYEDIK KÖTET: 1542—1547.

BUDAPEST

Kiadja a Szent-István-Társulat Tud. és Irod. Osztálya

1909

Nihil obstat.

Strigonii die 1. Decembris 1908.

Antonius Pór
Censor.

Nr. 7707/908.

Imprimatur.

Ludovicus Rajner
Eppus, Vicarius Generalis Aeppalis.

STEPHANEUM NYOMDA R. T.
Budapest, VIII., Szentkirályi-utca 28. szám.

ELŐSZÓ.

Az Egyháztörténelmi Emlékek ezen kötete 525 darab hivatalos- és magánokiratot vagy levelet közöl s ezenkívül második függelékként a külföldi iskolákon 1530—47. években tanult magyar ifjak névsorát tartalmazza.

Ezen emlékek megint bizonyos időszakot tárnak elénk; azt, a melyben a hitújítás megakadályozására s a régi vallási intézmények védelmére semmi sem történt. Esztergom, Pécs, Vácz teljesen török kézbe jutnak, Gyulafehérvárt Izabella királyné udvartartására rendelik s a többi egyházmegyék is rettenetesen szenvednek püspökök, papok, tanítók nélkül. Az adólajstromok mintegy utolsó, halvány sugárt vetnek a régi vallásnak most már adóval is sanyargatott, fogyatkozó, ingadozó elöljáróira. Az ország délkeleti csúcsán pedig minden nehézség, akadály nélkül megalakul az önálló, ágostai evangelikus vallásfelekezet.

Igaz fájdalommal emlékezünk meg azon nagy veszteségről, mely e mű szerkesztőségét dr. Rapaics Rajmond egri kanonoknak 1909 szeptember 26-án Egerben bekövetkezett halálával érte. Nemes lelke egész szeretetével csüggött e nagy, tudományos vállalkozáson és csak súlyos betegsége okozta, hogy e kötet szerkesztésében már nem vett részt.

A szerkesztő-bizottság másik tagja, Bunyitay Vincze váradi kanonok úr is, hivatkozva előrehaladott korára, lemondott megbizatásáról és helyette a Szent-István-Társulat Tudományos és Irodalmi Osztálya a szerkesztő-bizottság tagjává Kollányi Ferencz tagtársát választotta meg.

1909 október 12-én. *A szerkesztő-bizottság.*

1.

Prága, 1542 január 10.

Ferdinánd király meghagyja Peregi Albert pécsi prépostnak s a m. kir. kamara prefektusának, hogy Benedek, néhai szkopii püspök és egri suffraganeus végrendeletének hiteles másását terjeszsze fel.

Ferdinandus... Hungarie, Bohemie etc. Rex etc. Venerabilis devote, fidelis dilecte. Intelleximus ex literis tuis ea, que de Benedicti quondam episcopi Scopiensis et suffraganei Agriensis proxime defuncti facto ante obitum suum testamento, deque capitanei nostri et aliorum precipuorum nunc presidii causa in Agria existentium cupiditate, ut qui omnia bona, facultatesque dicti episcopi Scopiensis vi rapere et in suos usus convertere constituissent, ad nos scripsisti... Tibi harum serie iniungimus et precipimus, ut eius testamenti autenticum exemplum ad nos quamprimum perferendum cures, quo quid desuper agendum sit, eo melius deliberare, decernereque possimus... Date... Prage die X-ma mensis Januarii... M.D.XLII.

Kívül: Venerabili devoto fideli nobis dilecto Alberto de Pereg preposito Quinqueecclesiensi, camere nostre Hungarice prefecto.

Nyilt levél papiron, kész, de rossz expediált példány, melyet a benne levő javítás miatt újra írtak; megvan fogalmazata is nr. 16. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. jan. nr. 15.*

Közli: Bunyitay Vincze.

2.

Galgócz, 1542 január 21.

Thurzó Elekné, Ormosdi Székely Magdolna Nádasdy Tamást férje betegségéről értesíti és kéri, hogy a kalocsai érseknél közbenjárjon.

Rogavimus plurimum dominum Colocensem, ut sua dominatio reverendissima permitteret hic medicum[1] *per biduum aut triduum saltem. Credimus*

[1] Caesarem Delphinum.

tamen Magnificencie vestre operam et intercessionem non nihil apud dominum reverendissimum valere, propterea obsecramus amore Dei Mag. V. agat apud suam reverendissimam dominationem, ut hoc brevi tridui spacio equiori animo patiatur abesse a se et hic occupari medicum.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek. T. 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

3.

Sempte, 1542 január 25.

Révay Ferencz tudatja János leleszi préposttal, hogy a fehérvári prépost és talán már pécsi püspök a magtalanul elhalt Somogyi Ferencz birtokait Baranyay Mátyásnak akarja adományoztatni Ferdinánd király által, holott azok őt és fiait illetik, kik most Bártfán tanulnak latinul és görögül s már négy nyelven beszélnek mint anyanyelvükön.

Reverende domine et frater observandissime... Ceterum intellexi aliunde, dominum prepositum Albensem et fortassis iam episcopum Quinqueecclesiensem agere apud Regiam Maiestatem pro Mathia Baronyay, ut ipse habeat bona quondam Francisci Somogy, que per eiusdem Francisci mortem et defectum seminis sexus masculini in me et meos charissimos filios, quos ex Dei gratia habeo quatuor, optimo iure devoluta sunt. Ipse autem Mathias Baronyay a Joanne Rege pro se impetraverat per notam infidelitatis mee, cum scilicet ipse probe ac fideliter serviverim Regie Maiestati domino meo clementissimo, et serviam quoad vivam, servient et filii, si diu vixerint et quidem bene... eo quod per gratiam Dei optime instituuntur. Tres illorum Bartpha in edibus Valentini Ecchii, vivi probi et eruditi, instituuntur autem grece et latine, in quibus summa omnium admiratione profecisse dicuntur pro eorum etate. Natu enim maximus annos natus duodecim; secundo genitus nondum complevit annum undecimum; tertio autem genitus octavum iam complevit annum; quarto genitus trimulus; is quoque habet duas lingvas: hungaricam et bohemicam; illi vero tres loquuntur hungarice, germanice, bohemice et latine, has autem quatuor lingvas tam egregie callere dicuntur pro eorum etate, ut unamquamque earum habeant non secus atque nativam, si ad me probe allatum est, nam ab eo tempore quo in Gencz una fuimus, non vidi illos... Ex arce Sempthe 25. Januarii anno Domini 1542.

Franciscus de Rewa

manu sua.

Kívül: Reverendo domino Joanni preposito ecclesie de Lelez procancellario Regie Maiestatis etc. fratri observandissimo.

Másfélív papir öt oldalán, veresviasz záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és klr. házi stb. levéltár: Hung. 1542. jan. nr. 53.*

Közli: Bunyitay Vincze.

4.

Lippa, 1542 január 25.

Izabella királyné Fráter Györgyöt kincstartójává s várai és jószágai kezelőjévé nevezi ki.

Isabella regina Fratrem Georgium thesaurarium atque administratorem bonorum et arcium suarum nominat.

Óváry Lipót: A Magyar Tudományos Akadémia történelmi bizottságának oklevélmásolatai. II. füzet, 84. l.

5.

Sempte, 1542 január 31.

Bethlenfalvi Thurzó Elek országbiró és királyi helytartó meghagyja a pozsonyi káptalannak, hogy a thali pálosokat iktassa be a Csorba Jánostól 50 frt erejéig végrendeletileg nekik hagyott nagylóczi birtokrészbe.

Alexius Thurzo locumtenens regius capitulo Posoniensi iniungit, ut Paulinos de Thal in dominium portionis possessionarie de Nagylócz in comitatu Posoniensi existentis eosdem Paulinos vigore testamentarie dispositionis Joannis Chorba de Magyarbél in summa 50 flor. Hung. pignoris titulo concernentis introducat.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum 396. csomó, régi jelzete: Acta. conv. Paul. de Thal fasc. 15., nr. 2.

Közli: Iványi Béla.

6.

Kapuvár, 1542 február 3.

Sennyey Ferencz értesíti Nádasdy Tamást a csornai prépost haláláról és jelenti, hogy fegyveres erővel megy a monostornak Nádasdy részére való elfoglalására.

Spectabilis et magnifice domine, domine mihi graciosissime, servicii mei oblationem. Hac hora noctis post gallicantum contigit Martinum presbiterum ex possessione Baboth erga me ad castrum venire, qui retulit accepisse dominum prepositum Chor-

nensem repente obiisse. Cum itaque id accepissem ex verbis suis, mox cum universis servitoribus et apparatibus bellicis meis hinc motus sum, ad illud monasterium Chornensem profecturus et illud vestre S. M. Do. usurpaturus ac preservaturus, Deo favente, eo, quo meliori fieri potuit instituto. Itaque volui interim vestram S. M. Do. hisce literis reddere cerciorem, ex verbis ipsius Martini presbiteri, ut Eadem eam, quam de eo vellet, (data etiam mihi informacione) curam haberet monasterio. Accepi enim paulo ante et externos hostiles non longe ab eo monasterio divertisse, spero tamen ex divina clemencia nos posse prius et melius quidem arripere, quod vestrę S. M. Do. occupatum tenebimus, nulli concedendo. In reliquo vestram S. M. Do. Deus altissimus conservet ad multa tempora. Ex castro eiusdem Kapw, in gallicinio noctis proxime sequentis post diem purificacionis Beate semper Virginis, anno 1542.

Eiusdem vestre s. m. do.

Servitor
Franciscus Senney etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino domino Thome de Nadasd, libero domino et perpetuo comiti terre Fogaras, thavernicorum regalium magistro, ac comiti comitatus Castriferrei et domino mihi gratiosissimo.

Cito
Citissime
Cito

Eredetije papiron, gyűrűs zárópecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek S. 2. csomójában.

Közli: Iványi Béla.

7.

Terebes, 1542 február 7.

Imre, pálosrendi prior generális levele szerzetebeli ismeretlen (kápolnai?) házfőnökhöz. — A szükség úgy kivánván, kénytelen szerzetestestvérei közül hármat Ungvárra és Terebesre áthelyezni.

Piissimum paterni cordis affectum in charitate Domini Jesu cum salute. Venerabilis pater, quamquam non nesciamus paternitatem vestram multitudini bonorum congaudere ac congratulari, egreque ferre, si eorundem numerus vestre paternitati ascitus imminuatur; pium, sanctum, honestumque desiderium ittidem et

nobis animus est: necessitate tamen urgente, cuius apud vestram paternitatem testis erit frater N., cogimur etiam inviti numerum vestrum imminuere. Pace igitur paternitatis vestre sit, quum fratrem Michaelem, scriptorem et fratrem Blasium, sacristam de sancto Laurentio, fratremque Michaelem, clavigerum de Sancto Laurentio absolvimus a vestro conventu ad claustra Ongwar et Therebes, quos secum afferent usque ad nos cum sarcinis venerabilis pater vicarius de Capolna et frater Emericus dispensator parentibus ipsis prememoratis fratribus huic nostre ordinationi et absolutioni sub debito obedientie; satisfactumque eisdem sit de vestitura competenti. Cum autem ad vos, Deo optimo iter nostrum prosperante, pervenerimus, si commode fieri poterit, numerum vestri conventus rursus resarcire et complere studebimus. Valere autem vos feliciter et sancte ex animo percupimus in Christo Jesu, quem pro nobis supplices exorate. Datum ex claustro nostro Therebesiensi septima die Februarii, anno salutis 1542. Frater Emericus vester Prior Generalis.

A pálos-rend levelező-könyvének töredékéből. — *Ipolyi-gyüjtemény.*

Közli: Bunyitay Vincze.

8.

Gyalu, 1542 február 12.

Statilius, erdélyi püspök, Bak Ambrus szolnoki esperest és gyulafehérvári kanonokot, saját kamarását jószágának hű kezeléseért minden további számadás terhe alól felmenti.

Nos conventus monasterii Beatae Mariae Virginis de Colosmonostra memoriae commendamus per praesentes, quod egregius (így) Ambrosius de Bak, archidiaconus Zolnokiensis et canonicus ecclesiae Albensis Transilvanae, cubicularius Reverendissimi domini episcopi Transilvanensis, nostram veniens in praesentiam, exhibuit et praesentavit quasdam literas quitantiales eiusdem domini èpiscopi sigillo et proprio... consignatas et confectas, petens nos... ut easdem literas... praesentibus literis nostris inseri... quarum tenor talis est: Joannes Statilius episcopus Transilvanus ac Regiae Maiestatis consiliarius, tenore praesentium significamus, quod egregius Ambrosius de Bak... Zolnokyensis et canonicus ecclesiae nostrae Albensis Transilvanae, cubicularius noster, in omni... officii sui aput nos hucusque probe et fideliter egit, et ob hoc nos eundem de eadem administratione quittum facimus

et expeditum harum nostrarum manu nostra propria subscriptarum et sigillo nostro obsignatarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in castro nostro Gyalw sexta feria proxima post festum sancti Pauli primi heremite, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo. Nos itaque petitionibus... Datum die dominico ante festum Beati Valentini marytiris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Budai országos levéltár: Kolosmonostori Protocoll. III. — Töredék. 1—2. lap. — A szélein nagyon szakadozott s több helyütt már hiányos.

Közli: Bunyitay Vincze.

9.

Sárospatak, 1542 február 14.

A hitujításnak kedvező, felsőtiszavidéki főurak (Perényi, Bebek, Drágfy, Báthory, Ráskay és Homonnay családok) kölcsönös védelem végett szövetségre lépnek egymással.

Nos Petrus de Peren, Franciscus Bebek, Caspar Dragffy, Andreas et Georgius de p. Bathor (!) Stephanus Raskay et Gabriel, Emericus et Anthonius de Homona considerantes dissidia et disturbia, que per hec tempora hactenus contigerunt, ut illa prevenire et evitare possemus, visum nobis et communi consensu ac voluntate statutum est, ut bona violenter occupata, que hiis disturbiorum temporibus inter hos duos reges occupata et facta sunt, omni occasione semota, statim quilibet nostrum remittat, si qui vero nostrum inquisita occasione talia bona occupata remittere nollent, proborum nostrorum familiariorum ad hoc deputatorum revisioni statim et sine mora iuridice derivantur ac iusticia et satisfaccio administretur.

Item si vero contingeret inter nos aliquid differencie oriri et fraterne id componere nequiret, extunc quilibet nostrum unum de suis familiaribus ad huius cause revisionem transmittat et sic iuridice talis differencia et causa decidatur et sedatur. Si vero decisioni huic et iusticie causantes aquiescere et stare nollent, unanimiter omnes illos ad unitatem compellere[1] cogamur.

Item, si contingeret, ut aliquis quempiam nostrum et subditorum nostrorum nobis adherencium in nostris iurisdicionibus et officiis prepedire et molestare aliqua via pretenderet et conaretur

[1] Bis scriptum.

et attentaret, et lesus vel molestus nos super eo facto requisierit, nos pari consensu literas[1] illi perscribemus amonitoriales, ut lesum iure mediante contentare velit. Si vero recusaverit ille, extunc omni occasione adempta unanimiter usque defectum rerum et capitis nostri periculum parati sumus[2] contra tales insurgere et hoc amovere debeamus.

Item, si qui vero dominorum magnatum, presulum et nobilium huic nostre constitucioni adherere et nobiscum idem sentire, ac se obligare voluerint, omnes in hanc nostram constitucionem et fraternitatem acceptare volumus.

Item, ad prescriptos articulos, ut firmi et stabiles inter nos sint, nos promisimus, imo fide, honore et humanitate nostra mediante promittimus firmiter in omnibus punctis et articulis observare, salva tamen fidelitate regie celsitudini debita. Datum in Pathak, decima quarta die Februarii 1.5.4.2.

Egykorú, alkalmasint Nádasdy Tamás nádor udvarában készült másolata, az Országos Levéltárban Tört. Emlékek. Belügy. 2. csomó. 1542 febr. 14. kelet alatt. Régi jelzete: Acta Publica fasc. 40., nr. 93.

Közli: Iványi Béla.

10.

Lippa, 1542 február 19.

Izabella királyné előtt az aradi káptalan tiltakozik az ellen, hogy Horváth Mihály, a királyné diódi várnagya, a káptalannak tordamegyei Asszonynépe, Fugád és Egyházfalva nevű birtokait elfoglalta.

Nos Isabella, Dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. Damus pro memoria, quod honorabilis magister Benedictus de Symand, lector et canonicus ecclesie Orodiensis in sua et tocius capituli eiusdem ecclesie Orodiensis personis coram magistro nostro prothonotario personaliter constitutus, nostram Maiestatem a donatione et collatione, item egregium Michaelem Horwath castellanum castri nostri Dyod, alios etiam quoslibet ab occupacione, detencione et conservacione, fructuumque et quarumlibet utilitatum percepcione seu percipi faccione ac sibi ipsi statui factione totalium possessionum eorundem capituli Orodiensis Azzonneepe, Fogod et Eghhazffalwa vocatarum, omnino in comi-

[1] Hae 4 voces bis scriptae sunt.
[2] Erronee: paratissimus.

tatu Thordensi existencium et habitarum prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste, coram prefato magistro nostro prothonotario, testimonio presentium mediante. Datum in civitate nostra Lyppa die dominico proximo post festum beati Valentini martyris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

(L. S.) *Lecta.*

Eredetije papiron, Országos Levéltár: Gyulafehérvári káptalan, Cista Thordensis, fasc. 4., nr. 26.

Közli: Iványi Béla.

11.

Speier, 1542 február 22.

Ferdinánd király megengedi, hogy Weymann János, Bornemisza Gergely és két társuk, mint a budai «Krisztus szent teste» társulat egyedül életben maradt tagjai ama társulat Norimbergában elhelyezett tőkéjének esedékes kamatait felvehessék és maguk közt egyenlő részletekben feloszthassák, de úgy, hogy ha Isten segedelmével Budát visszafoglalják és ők elvesztett javaik birtokába jutnak, a nevezett társulatnak visszafizessék.

Nos Ferdinandus divina favente clementia Romanorum Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Slavonie etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc. recognoscimus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, postquam exposuerunt nobis honorabilis et egregÿ fideles nobis dilecti Joannes Weynmann doctor, Gregorius Bornemyssa sodalitatem sive fraternitatem Corporis Christi Bude, ex cuius consortio ipse Joannes Weynman et Gregorius Bornemyssa soli vel cum paucis alijs relicti essent, iam olim apud rempublicam Nurenbergensem certam pecuniarum summam sub census annuatim persolvendi titulo atque nomine deposuisse, qui quidem census ab aliquot annis per sodales dicte fraternitatis non exactus fuisset, humiliter nobis supplicando, ut partim ob fidelia servitia eorum nobis et Sacre Corone regni nostri Hungarie prestita, partim in refusionem damnorum, que fidem nostram secuti gravissima passi essent, utpote spoliati omnibus fortunis, extorresque a patria ipsorum facti, dictorum censuum summam ab eo scilicet tempore, quo in hunc usque diem a prefata republica neque exacti neque numerati aut persoluti fuere, inter illos authoritate et consensu nostro regio dividendam statuere atque adeo uti Rex Hungarie eisdem clementer donare dignaremur. Nos itaque attendentes quantam

iacturam fortunarum ipsorum ob inconcussam suam in nos fidem ultro facere non dubitarint, consyderantesque subinde calamitatem et miserias, in quas, occupata per Turcas Buda, amissis inde facultatibus propriisque laribus et penatibus suis inciderunt, illis ea ratione atque via, quam nobis demonstrarunt, aliqua ex parte subvenire voluimus. Quapropter decrevimus et consensimus dictos duos confratres sodalitatis antenominate una cum Petro Paltzan et Thoma Bornemyssa posse census omnes, quamdiu eos per rempublicam Nurenbergensem hactenus non solutos esse constat, repetere et inter se equis portionibus partire, prout decernimus et consentimus per presentes, eo tamen pacto, ut cum Dei inprimis auxilio nostrisque et regnorum nostrorum viribus Budam nos recuperare contingat, dictique confratres et antenominati Petrus Paltzan ac Thomas Bornemyssa bonorum suorum restitutionem et possessionem rursus consequentur, pro rata quisque sua prefatos census in commune ipsius sodalitatis Corporis Christi commodum restituere teneantur et obstricti sint. Harum testimonio literarum nostrarum mediante, sigilli nostri impressione munitarum. Datum in nostra et Imperiali civitate Spira, die XXII. mensis Februarii anno domini M.D.XLII. Regnorum nostrorum Romani XII., aliorum vero XVI.

Alján: Litere donationales pro Joanne Weynman, Gregorio Bornemissa, Petro Paltzan et Thoma Bornemissa ratione censuum fraternitati Corporis Christi Bude per rempublicam Nurenbergensem debitorum.

Papir, fogalmazat; megvan letisztázott, de ki nem adott nyiltlevél-alakban is. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. II. 1.* Közli: Bunyitay Vincze.

12.

Kelet nélkül, de 1542 február.

A pécsi káptalan és tanács emlékirata, melyben kérik Ferdinánd királyt, hogy a pécsi egyháznak és kanonokjainak Perényi Péter által elfoglalt birtokait adassa vissza; a káptalan, egyház és város kiváltságait erősítse meg; a kanonokok sorába felvett káplánokat ez állomásaikon tartsa meg; a várost a harminczad fizetése alól mentse fel és a szomszéd megyéket a város erősítésében segítség adására kötelezze.

Memoriale ad Serenissimum Augustissimumque Romanorum, Hungarie, Bohemie Regem etc. dominum nostrum clementissimum.

Sua M^{tas} Sacra ex articulis infrapossitis vota et desideria nostra clementer perspicere nobisque supplicibus suisque fidelibus Regali M^{te} su... dignum responsum facere dignetur.

Bona possessionaria huius ecclesie capellanorumque devotorum Sacrae M^{tis} sue, capitularium Quinqueecclesiensium, per violentos precipuumque magnificum Petrum Perenij occupata primoque tempore eliberari clementer et in ea, que per vim ablata extortaque crudeliter ex eisdem bonis sunt, reddi restituique facere velit atque dignetur.

Jura, immunitates, libertates consuetudinesque tum capituli huius ecclesie tum civitatis civiumque Quinqueecclesiensium a Pontificibus Summis et Regibus Serenissimis comprobata et confirmata comprobatas confirmatasque in omnibus eorundem jurium membris et partibus Sacra M^{tas} sua integre inviolabiliter atque sancte defendat, manuteneat, augeat, literisque sue M^{tis} atque dipplomatis clementer confirmet.

M^{tas} Sua Sacra temporibus superioribus, quum optimis auspiciis inaugurata atque consecrata in Hungarie Regem semper Augustum fuerat, quibus hoc capitulum hancque ciuitatem incolasque huius civitatis immunitatibus libertatibusque gratuitis supra alias libertates antiquas ex Sacra Regalique munificencia sua atque liberalitate donaverat et literis Sacre M^{tis} sue sigillo munitis corroboraverat atque confirmaverat in omnibus Sua Sacra Maj^{tas} (nostrum omnium erumniis et longi temporis obsessionibus consideratis) nos Sue M^{ti} deditissimos integerrime ex naturali Sue M^{tis} clementia conservare clementissime dignetur.

Fideles capellanos suos Sacra M^{tas} Sua in numerum canonicorum huius ecclesie adnumeratos a quocumque sive antistite sive gubernatore, loco et statu suis confirmare et conservare velit graciose.

Tricesimam in hanc urbem superioribus aliquot annis, tempore videlicet dissidii preter consuetudinem inductam atque impositam nunc iam justicia regnante, Sacra M^{tas} Sua omnino eam tollere et abrogare velit graciose suppliciter oramus, tum quia est iniusta, quum ex eisdem rebus sub dicione Sue M^{tis} duobus in locis tricesime de rebus mercium adimerentur, tum quia magnam penuriam huic finitime vrbi Sue M^{tis}, vbi maior copia rerum fieri deberet, esset allatura.

Et quod hec civitas Sue M^{tis} ad eam inopiam et paupertatem est redacta variis exactionibus a decimoquinto anno in sui defensionem, vt iam prorsus ad necessariam municionem suam sit insufficiens, nam tum cives, tum domini capitulares, quibus iam dudum omnia bona possessionaria adempta sunt, adeo attenuati et exhausti omnibus rebus et substanciis suis sunt, vt vix spiritum posse ducere videantur: quamobrem supplices M^{tem} Suam precamur, vti Sua

M^{tas} Sacra *comitatibus de Baronya et Simigio sue M^{tis}* literis mandet et precipiat, quatinus operam auxiliariam, quo maiorem possint, in hac vrbe munienda prestare debeant, nam munita et conservata hac vrbe in sue Maj^{tis} fidelitate tota hec pars regni in regia potestate est futura, alioqui si hec vrbs (quod Deus optimus maximus avertat) intercepta ab hoste barbaro fuerit, iste provincie vicine in contraria omnia essent iture. Hec ipsa etenim vrbs in regiam fidem sui dedicione hanc totam vicinam dicto regio audientem fore atque obtemperare effecit. Quamobrem huic vrbi M^{tas} Sua primo quoque tempore clementer consulat.

Preterea quum iam hiis paucis diebus castra firmissima in Schlavonia hostis Barbarus ceperit non vi, sed per dedicionem, nam de omni iam subsidio christiano desperantes terrore quoque famis sese dedidere, quorum nomina castrorum hec sunt: Nekchije, Sarnochij, Zenth Mijklos et Rahocha, quod castrum, si victualibus, pulveribus, ingeniis et homine fideli non caruisset, erat inexpugnabile, idem hostis Barbarus furorem contra hanc vrbem (eo quod sese fidei Sacre M^{tis} sue dederit) in dies concipit maiorem et hanc, quamprimum poterit, procul dubio est aggressurus. Quamobrem M^{tas} Sua Sacra eam curam huius vrbis conservande habere et gerere dignetur, ne ipsam hostis Barbarus intercipiat, nam huius ruina, tocius Regni secum traheret ruinam. Opere precium est igitur consilia hostium antecapere.

Quare Sua Majestas, quemadmodum antea per literas clementer significavit, mittat civitati Quinqueecclesiensi bombardas maiores et minores, pulveres et globos, plumbum, salnitrum, sulphur, magistros bombardarum et municionum peritos.

Quod reliquum est, mandet Sua Sacra Maj^{tas} *tribus comitatibus Baronijensi, Simigiensi ac Tholnensi,* ut in omnibus magnificum dominum Lucam Zekel Regie Mattis capitaneum audiant et observent illique pareant. Ita enim fiet, ut coniuncti tres isti comitatus magno sint sue M^{ti} auxilio in tuenda civitate Quinqueecclesiensi et toto tractu circumcirca, nam si trium istorum comitatuum vires et voluntates sue M^{tis} capitaneo non paruerint, nihil sue M^{tis} capitaneus efficere adversus hostem poterit.

A Sacra M^{te} vestra

Capitulum et senatus Quinqueecclesiensis relacionem graciosam expectant.

Egy ív papirnak négy oldalán, kelet nélkül, de a pécsi bírónak, Nemes Sreyber Farkasnak megbizó levele, melylyel ez Emlékiratot benyujtotta, Pécsett 1542 február 17-ikén kelt. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. II. 4. és 3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

13.

Beszterczebánya, 1542 márczius 7.

A beszterczebányai országgyűlés egyházi vonatkozású törvényczikkei.[1]

— — — — — — — — — — — — — — —

(I.) ... Decretum est..., ut inprimis universa castra, castella, fortalitia, oppida, ville et alia quelibet bona et iura possessionaria nobilium, per notam infidelitatis, propter adhesionem ex una in alteram partem, per unum atque alterum regem, vel eorum locumtenentem, quibuscunque perpetuo donata, aut pignoraticio iure inscripta et obligata, vel alias qualitercunque iis annis ab obitu... condam domini Ludovici regis per quoscunque indebite occupata, intra proximam dominicam Palmarum illis, quibus adempta sunt, heredibusque et legitimis successoribus eorum, ad quos scilicet ea iure pertinere dinoscuntur, preter omnem difficultatem et exceptionem, sub pena perpetue infidelitatis in generali decreto regni expressa, non obstante eo, si cuipiam violento bonorum occupatori fortior superveniens bona aliqua occupata per potentiam ademerit, vel occupatos ipse alicui sive servitori sive amico donaverit, aut quocunque titulo inscripserit, per modernos eorum possessores de facto restituantur.

(III.) Item beneficia ac bona et alia quelibet iura possessionaria, nec non decime et alii proventus ecclesiarum Dei ac dominorum baronum, nulla inscriptione per regiam Maiestatem cuipiam obligata, seu donata, intra eandem dominicam Palmarum, sub eadem nota infidelitatis suis dominis integre restituantur.

(XII.) Item, donationes seu inscriptiones super castris et castellis, oppidis, aliisque bonis et iuribus possessionariis ac proventibus ecclesiarum Dei ac dominorum baronum, per Maiestatem regiam facte, pro quintodecimo die eius diei, quo regiam Maiestatem Viennam vel loca Austrie viciniora advenisse contigerit, et eo modo, quo inter dominos prelatos et barones desuper conventum est, illis, qui huiusmodi donationes et inscriptiones habent, insinuatum fuerit, per Maiestatem suam ac dominos prelatos et barones proceresque regni Hungarie, quos sua Maiestas ad huiusmodi donationum et inscriptionum cognitionem eligere et admittere voluerit, ad instantiam eorum, quorum interest, secundum Dei

[1] Egybehivatott 1542 február 19-ikére. A főpapok köréből megjelentek: Várday Pál esztergomi érsek, Ujlaky Ferencz győri püspök, Jozefics Ferencz zenggi püspök, Peregi Albert pécsi prépost, Sbardellati Ágoston esztergomi prépost, Oláh Miklós székesfejérvári őrkanonok.

iustitiam cognoscantur et iudicentur; et si huiusmodi donationes et inscriptiones rite et legitime facte esse comperte fuerint, extunc castra, castella, oppida, bonaque et iura possessionaria ac proventus huiusmodi illis, ad quos iure pertinent, infra XV. diem premisse iudiciarie deliberationis regie, sub premissa nota perpetue infidelitatis, remittantur. Is autem articulus intelligatur etiam de externe nationis hominibus, qui in hoc regno super proventibus et bonis tam ecclesiasticis, quam secularibus inscriptiones habent.

(XXIV.) Item, Petrus Pethew de Gerse, suo et fratrum suorum nomine, in ipso conventu nostro publico solemniter protestando retulit nobis, ut quia dominus episcopus Wesprimiensis castrum eorum Thadyka, simul cum litteris privilegialibus factum bonorum ipsorum concernentibus, ac compluribus rebus eorum ac aliorum, annis superioribus intercepisset, interceptumque simul cum iuribus possessionariis ad idem castrum pertinentibus teneret; e converso idem etiam Petrus Pethew unacum fratribus suis bona episcopatus Wesprimiensis Egerzeg et Nova, non de manibus domini episcopi, sed de aliorum occupasset, nichilominus tamen idem Petrus Pethew, suo, ut premissum est, et fratrum suorum nomine, offert se ad remittenda bona predicti domini episcopi, sive reddat ipse dominus episcopus castrum eorum Thadyka, simul cum ingeniis, litterisque privilegialibus et aliis rebus in eodem castro interceptis, sive non.

(XXXII.) Preterea ordinatum est, quod si Maiestas regia dominus noster clementissimus personaliter huic expeditioni intererit, penes Maiestatem suam universi etiam domini prelati et barones, aliique possessionati homines in propria persona et capite adesse teneantur, et ultra prescriptam unius floreni et sexagesime contributionem de singulis etiam viginti colonis singulum equitem secum adducant.

(XXXIV.) Domini autem capitulares, ultra eas gentes, quas ratione decimarum alere tenentur, pro sua quisque persona singulum equitem mittere debeant; ita tamen, ut dignitates, maiores proventus habentes, simplicibus canonicis in solutione equitum auxilio sint, iuxta proventuum quantitatem et divisionem.

(XXXV.) Privatarum vero ecclesiarum aut conventuum prepositi, plebani et alie persone ecclesiastice, qui iuxta decreta regni ratione decimarum ad regni defensionem gentes non tenent, decimam partem proventuum omnium dare et contribuere teneantur; ita tamen, ut in huiusmodi taxatione una persona ecclesiastica per prelatum eligatur in qualibet diocesi.

(XLI.) Quia autem pro sceleribus nostris, que singulis ferme horis et diebus committimus, Deus sit primum omnium placandus: ideo opus esse censuimus ad castra ecclesiasticas etiam personas mitti debere. Teneantur igitur monachi cuiuscunque ordinis et professionis duos fratres de singulis monasteriis eorum mittere, qui et evangelium Dei castrensibus predicent, vitia corrigent, confessiones audiant, et pro fide christiana viriliter tuenda unumquemque animent et confortent.

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 360. s köv. ll.

14.

Wittenberg, 1542 márczius 8.

Dévai Biró Mátyás levele Réwai Ferenczhez.

Hevesen kikel a papok ellen, kik az ország vesztének okai. Azután maga felől írja, hogy az egri püspök (Frangepán) «az ő Ferdinándjával- barátaival és papjaival» nem hagyta csak valameddig is helyében (Szikszón) maradni, hanem távozni kényszerítette. Keserűbb a halálnál annak tudata, hogy hivei farkasok zsákmányává lettek. A nyarat Wittenbergben szándékozik eltölteni; azután hová veti a sors, maga sem tudja. Ámbár Melanchthon, a mennyire tőle telik, jó ellátásban részesíti, mégis gyakrabban betegeskedik. Kéri Réwait, hogy a magyar ügyekről bőven és minél előbb tudósítsa, és ha ír, értesítse Benedek (Abádi?) hollétéről és István papról (Gálszécsi?) is.

Post perpetua obsequia et orationes. Magnifice domine patrone observandissime. Ut sum affectus interitu miserae nostrae patriae, vix unde initium orationis inchoem invenio. Scio inibi res atrocius geri, quam vel in finibus M. Vestrae, aut ut nos audimus, tamen meum ita percellunt animum, ut saepe iuxta Conerum (?) non ibi sum, ubi sum. Irritaverunt beneficentissimum Deum patrem vere nostrum coelestem rasi et uncti, qui tamen una vel perierunt, vel peribunt, etsi aliqui secundum loca receptus ad tempus habuerint, experientur tamen illum, qui spiritum in naribus habet, hi qui suis multos vel teste M. V. multos enumerare possim, sed pauci sunt inter eos, qui peius me habeant, qui vel indocti erant asini, vel obstinati. Unus Andreas doctor, qui intelligebat vera, ac contra verae sapientiae ac verae fortitudinis naturam negabat vera et vilissimis blandiebatur hominibus. Is nunc merito odio habetur, quo cum nisi congressus fuissem, nullis referentibus tam inconstantem eum esse credidissem. Vera sunt, quae loquor, etiamsi sciam M. V. forsitan haec displicere. Si superest agat poenitentiam

et ex vero corde convertatur ad Deum, per filium suum Christum; alioquin non inpune laturus tantam hypocrisim. Summa ipsi sunt in causa, quorum intererat et principum mores regere, et veram religionem spargere, et pro vera fide confessionem vel mortem obire, interitus regni. Sed nihil minus fecerunt. De me non habeo quid scribam. Tam ego nullam spem auxilii in quoquam habeo, sed ut Deo visum fuerit, regat me, defendat, tueatur, quousque voluerit. Agriensis episcopus, cum suo Ferdinando, monachis et sacerdotibus non siverunt aliquousque in meo loco esse, sed coactus sum solum vertere. Hic vel morte acerbiora sunt, cum eos audiam praedam luporum esse. Saepe velim, si in vivis non essem. Pios consolari necesse est. Ecclesia aflictorum, qui suam consolationem post hanc vitam habent, debet enim Christo consolationis esse, qui est caput Ecclesiae. Ego hic nihil video, quod ad patriae defensionem viderent principes, vel sunt obcecati vel segnes et fruges consumere nati. Ut audio Imperium non deesset, ni miser homo Rex Ferdinandus (sed nomine tantum) affectibus suis non ita indulgeret. Sed valde timeo, ut quod fuerit initium interitus regni, sit et finis, ut simul nobiscum poenas idololatriae et contemptus verbi Dei persolvat. Ego breviter scripsi M. V. quam una cum sua familia, liberis, amicis feliciter valere cupio. Velim, si fieri possit, rerum Ungaricarum M. V. me certiorem redderet. Multa quidem audimus, quae etsi maiore ex parte vera sint, habet tamen certiora M. V. scribere. Cui me measque orationes commendo.

Heri a Philippo accepi scriptum Norimberga, parum abfuisse, quin Vienna caperetur a Turcis, auxilia nulla inde speranda, principes miris exactionibus excitare populum et hic, et in Bavaria et ubique. Hanc aestatem Deo volente, si vixero, velim hic transigere. Quo tandem fortuna me ferat, non satis scio. Hoc unum a M. V. recognoscere cupio, ut fusissime res Ungaricas et principum nostrorum, quam citissime poterit, perscribat. Ut sum affecto corpore, timeo me ad imminentem aestatem, quamquam D. Philippus bono cibo et potu, quantum in se est, alat me, non tamen possum incidentibus morbis carere. Domino Stephano, ejus uxori meas orationes M. V. commendo. De meo Benedicto, ubi locorum sit, et de Stephano presbytero, si M. V. ad me scripserit, reddat me certiorem. Christus regat et illuminet omnes vos amore. 8 Martii. Anno salutis 1542.

Matthias Deuai,
M. V. deditissimus.

Magnifico Domino Francisco de Reua etc. Domino et patrono observandissimo.

Ad Sclabina.

Eredetije a Magyar Nemzeti Múzeum könyvtárában, közszemlére kitéve a bibliographiai kiállításban. — Közölte: *Fraknói* Vilmos. Történelmi Tár, 1880. évfolyam, 10—12. lap.

15.

Wittenberg, 1542 márczius 8.

Dévay Biró Mátyás levele Volfgang nevű barátjához.

Eredetije *Fraknói* Vilmos kéziratgyüjteményében.

16.

1542 márczius 10—julius 13.

Feljegyzések egy esztergomi szertartási könyvben.

Mart. 10. hic anno dni 1542. obiit Mathias pbiter de Rakolcz.

Marcz. 24. 1542 obiit Martinus plebanus de Wynna, nobilis de Thwssa.

Jul. 13. 1542. obiit Joannes plebanus de Zthara.

Nyomtatásban kiadva: Magyar Történelmi Tar XXII., vagy második évfolyam X. kötet, 266-ik lap.

17.

Körmöczbánya, 1542 márczius 13.

Várday Pál esztergomi érsek kéri Mária királynét, adassa vissza azon malomjövedelmeket, a melyek a körmöczbányai plébános eltartására szolgáltak, mert állítólag ezeket a királyné tisztviselői elfoglalták s e miatt régóta nincs plébános.

Serenissima Regina

Domina Clementissima.

Orationum deuotarum et fidelium seruitiorum commendationem. Superioribus diebus nihil prorsus ad Maiestatem Vestram literarum dedi, prout officium meum et singularis in eandem obseruantia postulasset, quoniam sciebam de negotiis omnibus, que hic in dies singulos scitu digna emergerent, Maiestatem Vestram a suis commissariis quam diligentissime fieri certiorem. Non com-

misi (!) ob id tamen, quin vbicunque Maiestati Vestre ac suis rebus vel hominibus aliquid me conducere posse intellexi, operam illi et seruitutem meam sedulo semper nauarim, prout Eandem ex dictis commissariis suis intellexisse confido. In proximo etiam conuentu, Nouisolii habito, summo studio ac diligentia vna cum domino locumtenente Regie Majestatis dedimus operam quoad eius fieri potuit, nequa mentio de restitutione illarum arcium, quas officiales Maiestatis Vestre in his partibus nomine eiusdem tenent, in articulis fieret. Non potuimus tamen resistere votis aliorum et multitudinis reclamantis in ea causa, ob assiduas querelas et supplicationes eorum, qui ius in predictis arcibus praetendunt, prout Maiestas Vestra ex literis suorum poterit planius cognoscere. Inposterum item, vti debeo, nusque vnquam operam meam ad seruitia Vestre Maiestatis patiar desyderari. Ceterum cum ad hanc ciuitatem ex conuentu diuertissem, status Ecclesiae diuinique in ea cultus ex officio meo visendi gratia, inter alias abusiones, quas offendi, ipsum parochum in ecclesia longo iam tempore deesse audiui, ob eam causam, quoniam ex quibus molendinorum prouentibus parochus ali et sustentari consueuerat, illi ab officialibus Vestre Maiestatis iamdudum alienati, et ad alios vsus vsurpati sint. Quod cum existimem certo absque scitu Vestre Majestatis factum esse, quippe quam studiosissimam diuini cultus et ceremoniarum semper agnoui, volui paucis eidem supplicare, dignetur suos homines admonere, vt debitos plebano prouentus reddant, ne ob eam rationem religio christiana in his partibus sub ditione Vestre Majestatis penitus collabatur. — Faciet Majestas Vestra hac in re obsequium Deo gratissimum et sua amplitudine dignum —. Ego vero etiam ob id plurimum eidem debere et in perpetuum obligatus esse volo. Quam Deus altissimus felicem et incolumem ad vota seruet quam diutissime. Cremnicie die 13. Martii. 1542.

Serenissime Maiestatis vestre seruitor et capellanus

Paulus,

Archiepiscopus ecclesie Strigoniensis m. p.

Kívül: Serenissime Domine Marie Hung: Bo: etc. Regine domine Clementissime.

Eredetije Körmöczbánya város levéltárában. Fasc. 2., nr. 45.

Közli: Timon Ákos.

18.

Somogyvár, 1542 márczius 25.

A somogyvári konvent perjelének és őrének, Pécsvárady László misés-papnak kérésére átirja az ő zseliz-szentjakabi apáttá történt kinevezteléséről szóló okleveleket.

Conventus Somogyváriensis (Symygiensis) ad preces Ladislai Pecsvárady presbyteri, prioris et custodis sui, transsumit litteras de nominatione sua in abbatem monasterii de Zseliz-Szentjakab sonantes.

Eredetije a pannonhalmi konvent országos ltárában. c. 4. C. D.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

19.

1542 márczius 26.

A vetahidi pálos kolostor perjele tiltakozik a somogyvári konvent előtt az ellen, hogy Enyingi Török Bálint a Felzekew Damjántól kolostorának hagyott macsi nemesi kúriát és szőllőt elfoglalta és Kis János székesfehérvári polgárnak adta.

Nos conventus monasterii Sancti Egidii de Simigio memorie commendamus per presentes, quod venerabilis et religiosus frater Nicolaus ordinis heremitarum, prior in claustro Sancti Nicolai episcopi de Wethahyda dictus, in suo nomine et in personis conventus dicti claustri Sancti Nicolai degentis ac tocius ordinis sui fratrum heremitarum, personaliter veniendo in presenciam nostram per modum protestacionis et inhibicionis significare curavit in hunc modum: Quod nobiles condam Damianus Felzewkew de Mach ac domina Cristina consors eiusdem unam curiam nobilitarem edificia habentem et unam vineam nobilitarem empticias eorundem intra metas possessionis dicte Mach in comitatu Simigiensi existentes habitas, in dictam curiam nobilitarem ad presens providus Petrus Zorgos residenciam faceret, simul cunctis suis utilitatibus et pertinenciis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus per eosdem Damianum Felzekew et dominam Cristinam consortem suam in articulo eorundem mortis ibidem astando et presentibus quamplurimis hominibus et testibus fidedignis illuc causa devocionis confluentibus, inter cetera saluberrima ipsorum testamentaria disposicione fecisse protestacionem, quod iidem Damianus Felzekew et domina Cristina consors eiusdem pretactas curiam nobilitarem et vineam, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis universis ob refrigerium et salutem animarum ac parentum ipsorum predicto conventui in claustro

sancti Nicolai fratribusque heremitis ibidem Deo famulantibus causa elemosine legassent dedissent donassent, iure perpetuo et irrevocabiliter contulissent. Infra revolucionis annis temporeque inpacato nescitur unde motus, quod magnificus Valentinus Thewrewk de Ennygh etc. predictam vineam nobilitarem de manibus prefatorum fratrum heremitarum potencia mediante ad se recepisset et occupasset occupatamque possedisset. Superinde unacum predicta curia nobilitari nobilibus condam Joanni Kys in civitate Alba Regaliensi commoranti ac Ambrosio filio, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedisset annuisset et inscripsisset iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, utendas, possidendas indebite et extra viam iuris in preiudicium protestantium et dampnum predicti claustri Sancti Nicolai fratribusque ibidem degentibus, cum predicte curia et vinea nobilitaris iure mediante vigoreque elemosine ipsum claustrum Sancti Nicolai ac conventum eiusdem fratrum heremitarum magis, quam nobiles Valentinum Kalamar de Mach ac Ambrosium Kys necnon Nicolaum Zenthpethery concerneret, ut prefertur. Unde facta[1] huiusmodi protestacione et inhibicione, prefatus protestans nominibus et in personis predicti claustri sui et conventus eiusdem necnon tocius ordinis fratrum heremitarum, predictum nobilem Valentinum Kalamar a vendicione et perpetua inscriptione predictarum curie et vinee nobilitaris, in predicta possessionis Mach habitarum, prelibatos vero Ambrosium Kys et Nicolaum Zenthpetery et alios quospiam ab empcione et perpetua inscripcione iam dictarum curie et vinee, in dominium earundem intromissione quovis colore exquisito ac detencione usuum fructuumque quarumlibet earundem percepcione sew percipifaccione, regiamque Maiestatem a donacione et collacione, capitula vero et conventus a literarum introduccionis et statucionis fassionaliumque superinde emanacione et extradacione quomodolibet iam factis vel fiendis contradixit et inhibuit contradicendo nostra in presencia, prenominatum Nicolaum Zenthpethery coram nobis, ceteros vero iamfatos absentes modis premissis inhibuit, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum dominico die Judica, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Eredetije papiron, hátlapján viaszba nyomott pecsét töredékével. Országos Levéltár: Acta Paulinorum 579. csomó. (Vetahida f. 1., nr. 10.)

Közli: Iványi Béla.

[1] In originali deest.

20.

Speier, 1542 márczius 30.

Ferdinánd király Oláh Miklós fejérvári őrkanonoknak s királyi tanácsosnak az egri nagyprépostságot a hozzá kötött kanonoksággal és Szent Mihály-oltárának igazgatóságával együtt, melyeket már Lajos király és királyné, sőt Ferdinánd is régebben Oláh Miklósnak adományoztak, de Oláh a János király kinevezte Ibrányi István miatt ahhoz nem juthatott, most Ibrányi halálával ujból adományozza.

Nos Ferdinandus etc. Recognoscimus per presentes... quod licet venerabilis devotus fidelis nobis dilectus Nicolaus Olahus custos Albensis, consiliarius noster partim ex Serenissimi olim Ludovici Regis felicis memorie, simul et Serenissime Marie Regine, partim etiam ex donatione nostra optimum ius ad preposituram maiorem Agriensem habuerit et habeat; tamen cum per quondam Joannem Regem quondam Stephanus Ibrany superiori tempore in dictam preposituram intrusus fuisset, non potuit prefatus consiliarius noster donatione nostra pro iure suo, uti par erat, libere frui, gaudereque; nunc vero ex quo Stephanus ille diem suum obiisse perhibetur, merito tum veteris donationis causa, tum nove gratie, in quantum opus est, concessione, iam dictam preposituram maiorem Agriensem una cum canonicatu ac prebenda, necnon rectoratu altaris sancti Michaelis Archangeli ipsi prepositure annexis eidem Nicolao Olaho, custodi Albensi, denuo clementer... donamus harum literarum nostrarum vigore et testimonio mediante... Datum Spire penultima Martii 1542.

Egy félív papir egyik oldalán, fogalmazat a királyi kanczellariából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. márcz. nr. 38.*

Közli: Bunyitay Vincze.

21.

Sáros, 1542 márczius 31.

A sárosi vár kapitánya kéri Ferdinánd királyt, hogy a hrapkai elpusztult Ágoston-rendű klastrom birtokát, a sárosvármegyei Mohnya falut, melyet Zwyney István és László hatalmasul elfoglaltak, örökösen neki adományozza, vagy bizonyos összeg fejében neki irassa be. Az u. i. szerint Ferdinánd király az egész klastromot inkább Oláh Miklósnak hajlandó adni.

Serenissime Rex... Est in hoc comitatu Saros possessio quedam, Mohnya vocata, que ad claustrum fratrum Ordinis Sancti Augustini in Hrapko, hiis disturbiorum temporibus desolatum,

pertinuit, quam quidem possessionem nobiles Stephanus et Ladislaus de Zwyne proximis hiis annis propria auctoritate occupatam tenuerunt et adhuc tenent. Cum autem istiusmodi bona per desolationem ecclesiarum ad neminem preterquam ad Maiestatem Vestram, tanquam omnium in hoc regno ecclesiarum patronum proprie pertineant: supplico Maiestati Vestre humillime, ut dictam possessionem Mohnya mihi ob respectum fidelium servitiorum meorum ac diuturne captivitatis mee, per quam maxima tum valetudinis, tum rerum meorum damna accepi, clementer iure perpetuo conferre, aut saltem pro certa summa pecuniarum, que mihi vigore literarum sufficientium pro servitiis meis solvenda a Maiestate Vestra restat, inscribere dignetur... Datum in arce Saros ultima die Martii anno Domini 1542.

Eiusdem Sacre Maiestatis Vestre

humillimus servitor

Leonardus Osterrejcher (?),

Capitaneus arcis Saros.

Egy félív papir egyik oldalán, zárlatán gyűrűpecséttel s alján ezen egykorú megjegyzéssel: Scribantur litere Vernero pro informatione. Ezalatt ismét: bericht und guetbedunkhen. — Ferdinánd másnap, április 1-én ugyanezen ügyben ír a kalocsai érseknek ezen érdekes berekesztéssel: «Devotionem tuam maximopere hortamur et requirimus, ut si quid iuris in eiusdem prepositure collatione habet, illud eidem Nicolao Olaho intuitu nostro conferre velit, sicuti devotionem tuam tum ad nostram intercessionem, tum, quia ipse ea dignus est, libenter facturam esse nihil dubitamus. Datum»... — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. márcz. nr. 39.*

Közli: Bunyitay Vincze.

22.

Pécs, 1542 április 1.

Szániszló, pécsi püspök azt ajánlja a királynak, hogy a vármegyékben egybegyüjtött pénzt ne hagyja a vármegyéken a katonák toborzására, hanem adassa be a királyi kincstárba, hogy így valamennyi toborzott katona a király neve alatt legyen; jelenlegi állapotjáról tett jelentése után segélyért folyamodik, hogy a várat védő állapotba hozhassa.

Sacra Regia Maiestas... Illud omittendum non putavi, quod etsi multorum sententie et iudiciis prescribere non sit satis consultum, ne solus sapere videar, tamen mihi consultius fore apparet: *si omnis ea pecunia, que ex variis comitatibus colligitur, non apud comitatum ad conducendos milites retineretur, sed ad thesaurarium* seu questorem Maiestatis Vestre deferretur, ut quicunque milites ea pecunia conducerentur, hii omnes sub Vestre Maiestatis nomine essent. Ita enim fieret, ut numerotiores Maiestas Vestra

milites non alieno, sed proprio titulo haberet, faciliusque sub uno capitaneo parerent... Gratias vero immensas Maiestati Vestre tanquam Domino meo clementissimo ago, cum me ultra episcopatum etiam centum equitum sustentatione ornare dignata sit, quibus instructior, firmiorque erga hostes sim, et apud amicos auctoritas quedam mihi accedat... Quod ad me spectat: Quinqueecclesias ad ferias Divi Martini Episcopi veni. Hic ex eo tempore herere coactus sum, ut presidium Maiestatis Vestre expectarem, quo tempore sumptus incredibiles tollerare necesse fuit. Sepe sane domum repetere cogitabam, verum civitas et nobilitas omnis per omnia sacra obtestari me non destitit, ne abirem, ne velut desperationi civitatem et totum districtum exponerem, quod procul dubio factum fuisset, si ante adventum presidii Maiestatis Vestre abire voluissem; nemo enim esset, qui spe illos confirmaret et labantes quospiam stabiliret et contineret. Feci itaque, quod maxime Maiestatis Vestre negotiis consultum putabam. Nec tamen toto illo tempore in episcopatus iurisdictionem aliquam per Simonem immissus sum, nec proventus vel minimos habui; die tamen vicesima septima Februarii gravissimis aliquibus conditionibus me in episcopatus iurisdictionem admisit. Neque toto anno ex Albensi prepositura michi quippiam accessit, cum Valentinus Terek et Podmanyczky omnes tam meos, quam capituli possessiones occupatas tenuerit et laceraverit. Quare Maiestati Vestre tanquam Domino meo clementissimo supplico, ut me pro presenti inopia, egestateque mea sumptu aliquo iuvare dignetur, donec collecto ex episcopatus attenuatis possessionibus aliquo subsidio melius me firmare possim. Sunt enim etiam in arce plurima communienda ac exedificanda, ad que ipse non sufficio. Simon enim omni prefectura sua ne minimum quidem munitionis fecit... Quid nostri nuper apud Zekchew fecerint, et qua victoria dominus Emericus Werbeucius usus sit, clare... is egregius Cosmas Gyenger Maiestate Vestra coram referet... Ex castro Quinqueecclesiensi in dominica Ramispalmarum anno Domini 1542.

Eiusdem V. Sacratissime Maiestatis

servitor et mancipium

Stanislaus,

Episcopus Quinqueecclesiensis.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati R. Hungarie, Bohemie etc. domino domino michi clementissimo.

Két ív papirnak hat oldalán, zárlatán gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. ápril. nr. 10.* Közli: Bunyitay Vincze.

23.

Speier, 1542 április 1.

Ferdinánd király Turzó Eleknek meghagyja, hogy a győri püspököt, ki a közte és az osztrák szent kereszti apát közt a védenyi dézma miatt folytatott per eldöntése előtt a dézmát lefoglalta — annak és az edényeknek a per lefolytáig való kiadására szólítsa föl.

Turzoni.

Ferdinandus etc.

Spectabilis et magnifice fidelis dilecte. Deferendum ad Nos curarunt honorabiles et religiosi devoti nobis dilecti abbas et conventus monasterij Sancte Crucis in Austria nostra non sine gravi querela, quod quamvis lis et causa ratione decimarum in Winden inter ipsum abbatem et conventum ac reverendum episcopum Jauriensem sub judice penderet indecisa et decimas ipsas usque ad cognitionem juris penes tertias manus depositas et sequestratas remanere debere declaratum fuisset, nihilominus tamen prefatus episcopus non attenta istius modi litispendentia, non expectata cause cognitione, spretis diversis mandatis nostris et contra iudicis factam arrestationem ausus sit per suas iobagiones et subditos decimas ipsas accipere et asportari facere, quodque tempore vindemie proxime preterite idem episcopus assumptis secum quibusdam peditibus et equitibus in Winden venerit ibique ipsius abbatis et monasterii subditos ferreis baculis cedendo atque aliquot vasa vino plena abducendo vim et violentiam illis intulerit contra omnem aequitatem et iustitiam. Et proinde idem abbas et conventus a nobis humillime petierunt, ut ipsis ipsorumque monasterio contra istius modi violentas actiones auxilio esse, opportuna remedia adhibere et arrestatas decimas aliaque vasa vini per vim abducta restitui mandare dignaremur. Nos itaque eiusdem abbatis et conventus petitionem nonnisi iustam et honestam esse censentes, talesque indebitas episcopi actiones gravi animo ferentes, fidelitati tue firmissime precipimus et mandamus, uti tum ex officio tuo, tum serio hoc mandato nostro apud nominatum episcopum opportunis viis et mediis cures et efficias, ut de cetero prefatis abbati et conventui ipsorumque monasterio in decimis et bonis eorum nullum negotium facessere aut illos perturbare inquietareve aut violentiam ullam contra eos exercere audeat vel presumat sed quemadmodum omnis equitas et ratio expostulat et ubique locorum consuetum est, cause et litis decisionem et cognitionem ex-

petet (!) et preterea arrestatas decimas aliaque vasa vini violenter abducta sine contradictione restituat atque deponat et denique ita se gerat, ne prefati abbas et conventus iustam amplius de eo apud nos conquerendi causam habeant, nosque de aliis opportunis remediis providere cogamur, quandoquidem istius modi violentas actiones ferre neque possumus neque debemus, nostram in hiis seram et omnimodam executurus voluntatem. Datum Spire die prima Aprilis 1542.

Ex[pedite].

Egy ív papir három oldalán, fogalmazat, — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. IV. 2.*

Közli: Bunyitay Vincze.

24.

1542 április 8.

Statilio János erdélyi püspök halála.

«Anno Domini 1542. reginalis Maiestas (Isabella) cum thesauro et ceteris magnificis Ungaris, qui partes eorum fovebant, Transsilvaniam intravit et Albe Iulie presedit, et episcopatum in suum usum servavit, quia episcopus iam mortuus erat in vigilia pasce.»

Egykorú feljegyzés. *Katona,* XXI. 193.

25.

Pozsony, 1542 április 11.

A királyi kamara főnöke és tanácsosai jelentik a királynak, hogy a hozzá és János király özvegyéhez és Fráter Györgyhöz küldendő követek számára, még pedig Bathyány Kristóf számára száz arany forintot, az özvegy királynéhoz menendő Tamás, egri őrkanonok számára hasonlólag száz forintot az illetők részéről való visszafizetés feltétele alatt kölcsönül vették fel.

Sacratissime Rex... Hoc autem ingenue fatemur, quemadmodum etiam memini me, Albertum prepositum, ad Maiestatem Vestram antea scripsisse, ut quum finita dicta Soliensi deesset pecunia, que nunciis dominorum ad Maiestatem Vestram et Joannis Regis viduam ac Fratrem Georgium deputatis pro impensis daretur, egoque Albertus pro ea, preter moram ordinanda, per dominos locumtenentes et alios opportune et importune non modo urgerer, sed vexarer etiam, iubentibus illis levasse domino Christoforo Bathyany centum in auro, honorabili item Thome, custodi Agriensi,

ad Reginam viduam et Transsilvanos misso, similiter centum in monetis; sed hos quoque ea lege, ut promiserint se dominus locumtenens et alii Maiestati Vestre reposcenti illos vel deposituros vel me apud Eam expeditum reddituros... Datum Posonii 11. Aprilis anno 1542.

Eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre

fideles servitores

Prefectus et consiliarii camere.

Papir, zárlatán négy veresviasz gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. április. nr. 34.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

26.

Innsbruck, 1542 április 22.

Ferdinánd biztosítja Fráter Györgyöt a pécsváradi és kolosmonostori apátságok birtokáról.

Ferdinandus etc....

Fatemur et recognoscimus... quod cum magnificus, fidelis, nobis dilectus Caspar de Sered, partium superiorum regni nostri Hungariae capitaneus et mandatarius noster, reverendum, devotum, fidelem, nobis sincere dilectum Fratrem Georgium, episcopum Waradiensem, thesaurarium auctoritate pleni mandati, eidem Seredy a nobis traditi... assecuraverit in eo, quod nos bona Pechwaradya cum pertinentiis et Kolosmonostor similiter cum pertinentiis per serenissimum quondam dominum Joannem Regem eidem episcopo Waradiensi titulo donationis collata supra ea bona, de quibus a nobis speciales litteras habet et assecuratus est, apud manus dicti episcopi Waradiensis, uti et alia ipsius bona, relicturi et illum libere possidere permissuri simus, Nos itaque istiusmodi assecurationes... per omnia... confirmamus... Datum Ynnsprugg die 22. Aprilis 1542.

A bécsi cs. és kir. állami levéltárból közölve: Történelmi Tár, 1878. 256. l.

27.

1542 április 24 körül.

Egyházi birtokok és adózó plébánosok Tolnamegyében.

Regestum super connumerationem taxe, comitatus Tholnensis in processu Joannis Pewtrewchy iudicis nobilium more generali

congregacionis Novisolii celebrate ordinate atque constitute ac circa festum Beati Georgii martiris in anno Domini 1542. per eiusdem comitatum exmisse facta, sequitur modo subscripto.

Kechelygheth utraque necnon Lossanch.

Episcopatus Quinqueecclesiensis p. XVIIII, domus deserte XIII, pauperes XVII.

Rawazlyk.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. VII, deserte V.

Karas.

Episcopatus Quinqueecclesiensis p. V½, deserte IIII.

Maza.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. III½, pauperes IIII, deserte V.

Chaztha.

Eiusdem episcopi p. IIII½, pauperes V, deserte VIIII.

Egregh.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. IIII, per denarios t., pauperes IIII.

Nyarag.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. III, per den. t., pauperes II.

Waralya.

Eiusdem p. V½, ibidem pauperes VIII, ibidem dominorum prebendariorum Quinqueecclesiensium porte VIII, deserta 1, pauperes V.

Gywrew.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. VI, pauperes III t. p. den., deserte III.

Zaraz.

Eiusdem p. VIII, solvit fl. VIIII, restant ½, deserte II, pauperes III.

Mekenyes.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. V, per den. t., deserte VI, pauperes I.

Hozyouzo, Magocz.

Abbatis de eadem p. II solvit. Relique sessiones propter turcarum metum in utraque possessione destituta (!) essent.

Zaaz.

Per provisorem de eadem numerari non est permissus et neque presbiteri voluerunt obedÿre propter assecuracionem dicti provisoris.

Alsopapd.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. V½, soluit fl. III, den. LXXV.

Felsewpapd et Laaz.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. I, solvit fl. 1.

Mwche.

Eiusdem episcopi p. IIII½, solvit f. IIII½.

Sequitur regestum plebanorum et presbiterorum.

Plebanus de Zenthmarton, qui et vicearchidiaconus dictus est, obiit et loco sui capellanus suus servire coactus est, interim donec plebanus eligeretur et dixit, se hactenus nullum habuisse proventum.

Zorozlozenth.

Plebanus de eadem iuxta quantitatem proventus sui annualis numeratus denariis XXV. Levavit dicator ad necessitatem itineris sui.

Wazar.

Plebanus de eadem de omnibus proventibus suis annualibus in simul computatis, numeratus est den. L, et levati sunt per dicatorem.

Wassaros Dombo.

Dominus vicearchidiaconus de eadem de omnibus proventibus suis anualibus numeratus est ad fl. II. *Ibidem.* Rector altaris unus valde pauper, quum sit exsicator magnarum cantharum vini

Gywrew.

Dominus vicearchidiaconus de eadem pro quantitate bonorum suorum annualium iuxta conscienciam suam numeratus fl. I, den. XXV, et levati per dicatorem.

Kechelygheth.

Plebanus de eadem iuxta quantitatem proventus suis et conscienciae conumeratus est ad den. XXXV, quos dicatores levaverunt. *Ibidem* quidam Joannes presbiter pauper est.

Nyerges.

Plebanus de eadem numeratus est ad den. LXV. *Ibidem* quidam Josephus presbiter numeratus ad den. V.

Mynthzenth.

Plebanus de eadem numeratus est ad den. XLI, quos dicatores levaverunt.

Zenthgergh.

Plebanus de eadem numeratus est ad den. XXXIII, et levati sunt per dicatores.

Karaz.

Plebanus de eadem iuxta conscienciam suam nullum proventum se habuisse professus palam est.

Kozar.

Plebanus de eadem propter frequens incursum gentium domini Emerici Werbewchy opressus egenus valde factus est.

Kechel.

Plebanus de eadem pauper est valde, nihil habet.

Országos Levéltár: Dicales conscriptiones. 43. kötet.

Közli: Iványi Béla.

28.

1542.

Egyházi birtokok Bars vármegyében az adólajstrom szerint.

Archiepiscopi Strigoniensis possessiones: Nag-Sarlo, Hewlweny, Kys-Saro, Zenth Gergh, Zewlews, Cheykw, Theld, Chyeke, Thothffalw, Werebely, Wenecze, Aha, Ledecz, Nemthy, Berzencze, Preztawalka, Naglewchye, Trwbyn, Kyslewchye, Hwylehotha, Janowalehotha, Kozoryn, Lwthyle, Zlezka, Koprenycza, Zenthkerezth, Barthwsowalehotha, Okermecz, Pythwlowa, Jeztrebe.

Capituli Strigoniensis: Damas.

Lectoris capituli Strigoniensis: Chyffar, Merlek.

Praepositi Saagiensis: Leand.

Abbatis de Lekér: Oroz.[1]

[1] A. 1544 possidet etiam Lekér.

Heremitarum s. Pauli de Nostra et Chalad: Ghem, Chyata, Mykola, Belegh, Mankocz, Loth.

Abbatis s. Benedicti iuxta Gran: Semler, Bessenyew, Zelepchyen uterque, Thazar, Ebedecz, Appathffalwa, Nagwalkocz, Zenth-Benedek, Pezer, Kowachy, Rohosnycza, Nagwezekeny, Apathffalwa, Wezka, Kyslehota.[2]

Országos Levéltár: Dicales conscript. 111. kötet.

29.

1542 április 24 körül.

Egyházi birtokok és adózó plébánosok Hontmegyében.

Comitatus Hontensis.

Contribucio personarum ecclesiasticarum iuxta constitucionem regnicolarum de omnibus proventibus eorum decimam partem solvere debencium.

Examinati consciensiose per honorabilem Petrum presbiterum plebanum de Gyerek, vicegerentem dioecesanum.

Processus amborum iudicum nobilium.

Item plebanus de Perezlen d. Nyary decimam partem proventuum suorum dabit, fl. I den. LXVIII.

Item plebanus de Bernecze d. archiepiscopi Strigoniensis decimam partem proventuum suorum dabit fl. III den. XXXVI.

Item plebanus de Kemencze d. archiepiscopi, dabit fl. III den. XXXV.

Item plebanus de Sember nobilium (restat) dabit fl. II den. XVII.

Item plebanus de Thoth Baka domine relicte condam Gabrielis de Lewa, dabit fl. I d. LXII½.

Item plebanus de Baath eiusdem domine Leway dabit fl. I den. LX.

Item plebanus de Rakoncza d. archiepiscopi dabit den. LXV.

Item plebanus de Pezek d. Petri Palffy dabit fl. III den. XXXVII solvit.

Item plebanus de Feghwernek, Leway, decimam partem proventuum suorum dabit fl. II den. XXXI.

[2] A. 1544 habet portiones etiam in pagis Thayna, Kyskalna et Tholmach.

Item plebanus de Kys-Sarlo d. Palffy dabit fl. I$\frac{1}{1}$ den. VIII. Solvit.

Item plebanus de Zebeleb capituli Strigoniensis dabit fl. III$\frac{1}{2}$ Solvit.

Item plebanus de Nemethy eiusdem capituli dabit fl. IIII$\frac{1}{2}$ den. VIII. Solvit.

Item plebanus de Prynchffalw d. Petri Palffy dabit fl. I den. LXXXII Solvit.

Item plebanus de Sypyk D. archiepiscopi dabit fl. II den. XVI.

Item plebanus de Leghyen D. Francisci Nyary dabit fl. I den. XXV.

Item plebanus de Thwr eiusdem Nyary, dabit fl. IIII$\frac{1}{2}$.

Item plebanus de Wysk eiusdem Nyary dabit fl. V.

Item plebanus de Demyend nobilium, dabit fl. I den. LXXV. Solvit.

Item plebanus de Dalmad nobilium dabit fl. II den. X. Restat.

Item plebanus de Zazd nobilium dabit fl. II den. XXXVIII.

Item plebanus de Perewchen D. Leway dabit fl. I den. LXV.

Item plebanus de Gyarmath D. archiepiscopi dabit fl. III den. XXXIII.

Item plebanus de Warsan: Leway: decimam partem proventuum suorum dabit fl. V$\frac{1}{2}$.

Item plebanus de Zethe d. archiepiscopi dabit fl. II den. XXXIIII.

Item plebanus de Chank d. Leway dabit fl. IIII$\frac{1}{2}$.

Item plebanus de Zemered d. Nyary decimam partem proventuum suorum dabit fl. II.

Item plebanus de Maroth nobilium decimam partem proventuum suorum dabit fl. VI solvit.

Item plebanus de Lysso d. Leway decimam partem proventuum suorum dabit fl. I den. XXXX.

Item plebanus de Beel nobilium decimam partem proventuum suorum dabit fl. II. Solvit.

Item plebanus de Egeg claustri de Saag fl. V. Solvit.

Item plebanus de Palasth nobilium dabit fl. II. Restat.

Item Zewlews vacat.

Item plebanus de Zenth Antal.

Item Thezer vacat.

Item Theryen vacat.

Item Nadas vacat.

Item Gersen vacat.

Item Zalka vacat.
Item Pazthoh vacat.
Item Mykola vacat.
Item plebanus de Pald est captus per d. archiepiscopum.
Item plebanus de Gyerek, dictus vicegerens decimam partem proventuum suorum dabit fl. III. Solvit.

1542.

Subsidium constitucionis Novizoliensis comitatus Honthensis 1542. Kyshonth, processus Stephani Paloythay.

Zwha.

Decima pars proventuum plebani fl. IIII.

Raho.

Decima pars proventuum plebani fl. I den. XX.

Also-Zkalnok.

Decima pars proventuum plebani fl ½.

Thyzzowcz.

Decima pars proventus plebani fl. III den. XXXIIII.
Capellani den. XXXX.
Scolastici den. XXXII.

Brezo.

Decima pars proventus plebani fl. I½.
Scolastici den. XXX.

Nwsthya.

Decima pars proventus plebani fl. I den. XXV.
Scolastici den. XX.

Kokowa.

Decima pars proventus plebani den. LI.

Rymabanya.

Decima pars proventus plebani fl. V.
Scolastici den. XX.

Zeherye.

Decima pars plebani den. LXX.

Felsew-Pokorad.

Decima pars proventus plebani den. L.

Cherencheen.

Decima pars proventus plebani den. LXXXIII.

Ryma-Zombath.

Decima pars proventuum vicearchidiaconi fl. VII.
Capellanus dabit den. XXX.
Scolasticus den. XXX.
Magister capelle fl. II.

Osgyan.

Plebania vacat.
Major Honth eiusdem processus.

Zahora.

Decima pars proventus plebani fl. I den. XXV.

Wasaros-Paloytha.

Decima pars proventus plebani fl. I½ den. XXXIII.

Felsew-Paloytha.

Decima pars proventus plebani fl. II den. XXV. Saltu abiit

Felsew-Prybel.

Decima pars proventuum plebani fl. I½ Restat.

Chaab.

Decima pars proventuum plebani facit fl. V.
Scolasticus dabit den. XV.

Eghazas Nyenye.

Plebania vacat.
1542. Processus Pauli Gonda.

Lezenye.

Plebania vacat.

Kowar.

Plebania vacat.

Nagh chalamya.

Decima pars proventus plebani fl. I.

Inam.

Plebania vacat.

Balog.

Plebania vacat.

Weccze.

Plebania vacat.

Chythar.

Reverendissimi domini Strigoniensis p. VIII, iudex I, sexagesima fl. V den. XXXVI.

Honth.

Reverendissimi d. Strigoniensis p. VIIII, iudex I, sexagesima fl. VI den. III.

Decima pars proventus plebani den. LXXX.

Thesmag.

Reverendissimi d. Strigoniensis p. XI, iudex I, sexagesima fl. XII den. XXXVII.

Dregel.

Reverendissimi d. Strigoniensis p. XXXVIII, iudex I, sexagesima fl. XXV den. XXXXVI.

Decima pars proventus plebani fl. III.

Hydweeg.

Reverendissimi d. Strigoniensis p. XXVI iudex I, sexagesima fl. XVII den. XXXII.

Decima pars proventus plebani fl. I$\frac{1}{2}$ den. III.

Felsew-Zelcheen.

Decima pars proventuum plebani — restat — fl. I$\frac{1}{3}$.

Zenorad.

Decima pars proventuum plebani fl. I$\frac{1}{2}$.

Dacholam.

Decima pars proventuum plebani fl. —.

Lythwa.

Plebania vacat.

Leczko, Felsew-Chery, Alsolam, Also-Chery, Chal, Appowa.

Plebania istorum possessionum vacat.

Kewkezy.

Decima pars proventuum plebani fl. II.

Therbegecz.

Plebania vacat.

Kozthonchan.

Decima pars proventuum plebani fl. II.

Finis gracia Deo. Amen.

1542.

Contribucio colonorum iuxta numerum portarum unius floreni comitatus Hontensis.

Processus Francisci Sypyky.

Item Egeg, monasterii de Saag.[1]
Item Felsew Sypyk, domini archiepiscopi Strigoniensis.
Item Zebeleb, dominorum capituli Strigoniensis.
Item Also Rakoncza, domini archiepiscopi.
Item Barathy, dominorum capituli Strigoniensis.
Item Berzencze, eiusdem.
Item Gyerek, capituli Strigoniensis.
Item Kemencze, domini archiepiscopi Strigoniensis.

Processus Gaspari de Dalmad iudicis nobilum.

Item Zethe, domini archiepiscopi.
Item Zalka, domini archiepiscopi.
Item Leled, d. archiepiscopi.
Baytha, eiusdem.
Kewesd, eiusdem.
Item Pald, capituli Strigoniensis.
Item Kys-Elwed, domini archiepiscopi.
Item Kychynd, eiusdem d. archiepiscopi.
Item Ghyarmath, domini archiepiscopi.

[1] Portarum numeros exmisimus.

Item Also-Almas, pertinentia claustri Saag.
Item Zewlews, pertinentia Saag.
Item Nadas, pertinentia Saag.

Capituli Strigoniensis.

Inam	fl.	IIII.
Nyek, felsew, also et Koztonchan	fl.	XXIII.
Neklyncz	fl.	III.

Plebani.

De Zenna	fl. I.
De Eztergar	fl. I.
De Zenthpeter	fl. I.
De Kyrthes	fl. I.
Syshlewa	fl. I.
Paloytha	fl. II den. LXXXIII.

Országos Levéltár: Dicales conscript. XVII. kötet.

30.

1542 április 24 körül.

Egyházi birtokok és adózó plébánosok Komárommegyében.

Registrum comitatus Comaromiensis, anno 1542. — Novi Zoliensis editum.

Registrum super dicam de bonis domini reverendissimi Strigoniensis.

Ittem Hethen porcio porte VI.
Ittem Perbethe porte XVIII.
Ittem Kwrth porte XXII.
Ittem Vduard porte XXXIII.
Item Baycz porte XVIII.
Ittem Leek porte VIIII½.
Ittem Anyala porte VIII.
Ittem Zymeo porte VII½.
Ittem Gwtha porte LXII.
Ittem Nazwad porte XXXXII.
Ittem Jenew porte XVI.
Ittem Marthos porte XX.
Ittem Nandor porte X½.

Bona domini Petri de Peren. (Tata.)

Ittem abbas de Thatha nihil solvit, neque connumeratus fuit.

1543-ban a felsorolt birtokokon kívül még az esztergomi érseké: Farkasd 2 portával; egyéb egyházi birtok:

Ysa.

Dominorum prepositorum Strigoniensium, solvit por. XI. stb.

Aswanthw.

Abbatis Sancti Martini por. I½.

Zakalos.

Monialium por. XIII, deserta I.

Országos Levéltár: Dicales conscript. XXIII. kötet.

Közli: Iványi Béla.

31.

1542 április 24 körül.

Adózó plébánosok Nógrádmegyében.

Pestyen.

Plebanus de eadem fl. I solvit.

Felffalyw.

Plebani quoque. Restat fl. I.

Saag.

Plebani fl. IIII½.

Lapwythew.

Plebanus fl. I den. LXXV.

Eghazasgyeryegye.

Plebanus fl. I den. LXXV. Solvit.

Tharnocz.

Plebanus fl. II.

Litkye.

Plebanus fl. I den. XXV.

Alsokalonda.

Plebanus fl. I½.

Pilys.

Plebanus fl. I solvit.

Terbeled.

Plebanus fl. I.

Kazar.

Plebanus fl. I.

Homoktherrennye.

Plebanus fl. I.

Eghazastherennye.

Plebanus fl. I.

Kerezthhwr.

Plebanus fl. I½.

Megyer.

Plebanus fl. II½.

Locz.

Plebanus fl. I½ solvit.

Dolyan.

Plebanus fl. II solvit.

Panitdaroz.

Plebanus fl. I den. XXV.

Galsya.

Plebanus fl. I den. XXV.

Pincz.

Plebanus fl. II.

Nagdarocz.

Plebanus den. LXXV.

Kalno.

Plebanus fl. I Solvit.

Warbo.

Plebanus fl. II.

Sclabonya.

Plebanus fl. ½.

Bona domini reverendissimi archiepiscopi Strigoniensis.

Pispeky.

Eiusdem p. XVI.

Nagzyelyew.

Eiusdem p. XXV.

Országos Levéltár: Dicales conscript. XIII. kötet. Közli: Iványi Béla.

32.

1542 április 24 körül.

Adózó plébánosok Nyitramegyében.

Cheythe.

Martinus presbiter rector altarium.
Alter Martinus rector altarium.
Plebanus adhuc non est, sed brevi erit.

Ardanocz.

Domini Thwrzo et capituli Nyttriensis p. VIII.

Egerzeg.

Domini archiepiscopi Strigoniensis p. XXVIII.

Gerencher.

Capituli Strigoniensis p. XIII.

Leedewcz.

Domini archiepiscopi Strigoniensis p. XVIIII.

Pogran.

Ibidem capituli Nyttriensis p. II.
Ibidem domini Strigoniensis p. XI.
Nicolaus plebanus de Prassycz.
Johannes plebanus de Naglan.
Benedictus plebanus de Koros.
Valentinus plebanus de Bayna.
Ladislaus plebanus de Radosna.
Matheus plebanus de Belez.
Plebanus de Felso-Wazard.
Benedictus plebanus de Ludan.
Joannes plebanus de Perezlen.
Ambrosius plebanus de Wychap.
Augustinus plebanus de Chekey.
Albertus plebanus de Kolon.
Matheus plebanus de Naghynd.
Damyanus plebanus de Bodok.
Plebanus de Pogron.

Országos Levéltár: Dicales conscript. XXIII. kötet. Közli: Iványi Béla.

33.

1542 április 24 körül.

Egyházi birtokok adója Pozsonymegyében.

Processus Nicolai Ganch iudicis nobilium comitatus Posoniensis.

Dyenesdy.

Domini abbatis Sancti Martini porte VIIII. Non solvit.

Zwnyokd.

Domini reverendissimi Strigoniensis porte XI.

Papfalwa.

Domini capituli Posoniensis porte III.

Kermesd.

Monialium de Weteribuda — pauper — II.

Ilka Wyhel.

Monialium de Weteribuda porte XI.

Nagh-Magyar.

Monialium de Weteribuda et nobilium de Olgya ac ibidem ecclesie porte VII.

Wywasar.

Monialium de Weteribuda porte I.

Wayaswatha.

Monialium de Weteribuda porte V.

Cherge.

Monialium de Weteribuda porte III.

Also-Janyok.

Monialium a Weteribuda parte VIIII.

Felsew-Janyok.

Monialium de Weteribuda parte VII½.

Nagh-Welk.

Dominorum capituli ecclesie Posoniensis porte X.

Wyfalw.

Monialium de Weteribuda porte IIII.

Tharnok et Fenyer.

Monialium de Weteribuda porte XI.

Samoth.

Domini prepositi Posoniensis parte VIIII.

Processus nobilis Blasii Balog de Neboyza iudicis nobilium comitatus Posoniensis.

Zylyncz.

Capituli Posoniensis porte XXI. Solvit.

Gezth.

Monialium Tirnaviensium porte V. Solvit.

Dyozeg.

Monialium de Veteri Buda, porte XV solvit.

Zerdahely.

Domini archiepiscopi Strigoniensis porte XXIIII. Non solvit.

Waga.

Domini archiepiscopi Strigoniensis porte XVII. Non solvit.

Sygardy.

Domini archicpiscopi Strigoniensis, porte V. Non solvit.

Dodwagzeg.

Monialium de Veteri Buda, porte I. Solvit.

Országos Levéltár: Dicales conscript. XXX. kötet.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

34.

1542 április 24 körül.

Egyházi birtokok állapota Tolnamegyében.

Numerus taxe regie Maiestatis in comitatu Tholnensi, anno Domini 1542. circa festum beati Georgii martiris connumerate.

Numerus portarum.

Capituli et custodie Albensis facit portas LXXVI½.
Domini episcopi Quinqueecclesiensis p. LXXIIII.
sunt depredate p. IIII.
Abbacie Simigiensis apud Valentinum Therek p. XXIIII.
Monialium apud Valentinum Therek p. XXV.

Prepositi Albensis: Theke, Bornyath; custodis Albensis: Thazar; capituli Albensis: Felső-Iván, Nagy-Iván, Athala, Kápolna, Vásáros seu Nagy-Fonó, Kis-Fonó, Gellye, Uzd, Warangh; episcopi Quinqueecclesiensis: Kerchmen, Noztan, Kisfalud, Thoma; abbatie Simigiensis: Mosdós; monialium insule Leporum: Kasok, Gerső et Bicske, omnia apud Valentinum Therek.

Országos Levéltár: Dicales conscript. XLIII. kötet.

Közli: Iványi Béla.

35.

1542 április.

Ferdinánd hajlandó Fráter György váradi püspök kivánatait teljesíteni.

Responsum sacrae regiae Maiestatis Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. ad petitiones rev. domini Fratris Georgii episcopi Varadiensis et thesaurarii.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ad septimum: M^tas regia est contenta reverendum dominum Varadiensem in omni dignitate omnibusque bonis etc. conservare (Nota. Si est contenta, ergo det litteras donationales privilegiales super abbatiis Monostor et Pechwaradya. Item super Rivulo Dominarum et episcopatu Vaciensi. Rivulus Dominarum est in X milibus florenorum, similiter episcopatus Vaciensis in decem millibus oppignorati ipsi domino Varadiensi.)

— — — — — — — — — — — — — — —

Ad ultimum articulum. M^tas regia non gravabitur, si Deus

illi in expugnatione Budensi victoriam dederit, Budenses et Pesthienses assecurare, quo in sua propria restituantur. (Nota: de bonis praepositurae Mysle quid?)

A bécsi cs. és kir. állami levéltárból közli *Károlyi* Árpád. Történelmi Tár, 1878. 251—53. lap.

36.

Kápolna, 1542 május 1.

A pálosok főnökének levele Márton szentjobbi pálosrendű seniorhoz. Felhívja, hogy azt a tizenhét forintot, a melyekkel a szentjobbi monostor a gombaszeginek tartozik, Bernát fráter által haladéktalanul küldje be a rendkáptalanhoz.

Paternum favorem cum salute. Honorabilis et dilecte frater. Noveritis, quod monasterium Zentiogh computatione verissima debet et tenetur monasterio Gombazegh florenos in communi moneta XVII. quos pater vicarius, frater N. hic persolvere nequit. Committimus igitur vobis, ut illos florenos XVII. per manum fratris Bernardi absque dilatione ad nos ad capitulum in bonis monetis remittere teneamini. Secus non facturi sub debito obedientie. Volumus etiam, ut provideatur eidem fratri N. de aliis equis et curru, quorum subvectione velocius ad nos venire possit. Valete sancte et feliciter in Christo Jesu. Datum ex Capolna in festo apostolorum Philippi et Jacobi, anno Domini 1542.

Honorabili religioso fratri Martino ordinis Heremitarum seniori in Zentiogh, filio in Christo charissimo.

A pálos-rend levelező-könyvének töredékéből. — *Ipolyi-gyüjtemény.*

Közli: Bunyitay Vincze.

37.

Brassó, 1542 május 14, november 26.

Jekel Jeremiás brassói és Tamás prázsmári plébánosok megházasodnak.

Dominica post Servatii pro uno tapeto venerabili domino Hieremie pro munere ad nuptias suas dato fl. 9. asp. 25.

Dominica ante Andreae pro uno tapeto domino Thomae plebano Prasmariensi ad nuptiarum solennitates dato fl. 3. asp. 25.

A brassói levéltárban őrzött egykorú számadó-könyvből. — Közölve: Archiv d. Vereins für Siebenb. Landeskunde, Neue Folge. XIII. 152. l.

38.

Eperjes, 1542 május 14.

Verner György jelenti Ferdinánd királynak, hogy az erdélyi püspökség javadalmait bizonyos Móré Péter tartja a kezén, s kéri a királyt, hogy az elhalt Statileo püspök és Serédy Gáspár közt létrejött kiegyezést megerősítvén, a javadalmak kiadására és Serédy Gáspárnak való átengedésére kötelezze Móré Pétert, annál is inkább, mert Serédy kész a királynénak fizetendő tizenkét ezer forint fedezésére a neki lekötött harminczad szedésétől elállni.

Sacratissime Rex et Domine, Domine clementissime. Servitia mea fidelissima et paratissima quovis loco. Quod proximis literis ad Maiestatem Vestram scripsi de statu bonorum episcopatus Transsÿlvaniensis, ut videlicet essent in manibus cuiusdam Petri More, qui ea Maiestatis Vestre nomine esset conservaturus, id ego domino Caspari Seredi huc reverso ita, ut mihi ab eius in castro Kewesd castellano Luca Sarossii significatum fuit, exposui. Non ignorabam enim eidem Seredi cum episcopo Statilio defuncto super eo episcopatu aliquam intelligentiam fuisse, quam idem mihi nunc pluribus declarauit, ut de ea re Maiestatem Vestram certiorem facerem, eandemque solicitarem, ne occasionem ad ponenda certa imperii sui in Transsylvania fundamenta elabi pateretur. Convenit autem inter dictum episcopum et Seredi hoc modo, ut, quia episcopo decretum fuit Venetias redire ibique etatem suam exigere, episcopatus ipse cum consensu Maiestatis Vestre, quem se uterque, si quidem illum vivere et, ut constitutum fuit, in aulam Maiestatis Vestre venire contigisset, impetraturos esse speraverant, in domini Seredi esset potestate. Cuius contractus dictus Petrus More conscius fuit, qui ea de causa nunc quoque se ab ipso Seredi pendere ostendit. Cum autem ad propagandam et conservandam Maiestatis Vestre in Transsylvania ditionem plurimum valeat et alioqui ad res omnes alias Maiestatis Vestre maxima momenta habeat istius episcopatus castris ac bonis, que idem Petrus More tenet, bene esse provisum, ne qua arte aut machinatione a Maiestatis Vestre fidelitate alienentur, aut in alterius veniant potestatem, suppliciter oratam vult eandem Maiestatem Vestram Seredi, ut dictum contractum, vivente episcopo factum, ratum et gratum habere, ac dicto Petro More per literas suas committere velit, ut ipsum Seredi in dicti episcopatus castrorum ac bonorum omnium possessionem admittat, quod idem Maiestatem Vestram tum ob id, quia ea re utilitates Maiestatis Vestre continentur, tum ob seruitiorum suorum respectum factu-

ram esse sperat. Quam eius spem tanto gratiosius confirmare dignabitur Maiestas Vestra, quanto sunt pauciores, quibus res tanta merito tribui atque committi possit. Porro, ne qua hac in re mora intercedat, Maiestas Vestra clementer providere velit. Nam habent hec bona multos insidiatores et cavendum est ab iis potissimum, qui sibi quavis arte et largitione eiusmodi dominia vendicare contendunt. Dominus Deus perpetuo servet et prosperet Maiestatem Vestram, cui me humillime commendo. Datum Eperies decima quarta die Maii anno domini 1542.

Si monachus se in possessionem dicti episcopatus ingesisset, quod Seredi se a domino Tursone audivisse ait, aut prius quam M^tis^ Vestre litere afferentur ingereret, dignetur Maiestas Vestra ei quoque ad cautelam per literas committere, ut ipsi Seredi cedat de ea possessione. Offert autem Seredi se tricesimas istas, quas inscriptas tenet, Maiestati Vestre sine ulla redemptione ad solutionem illorum duodecim millium florenorum faciendam Regine remissurum. Quamvis vero certum est, in tricesimis istis tantam summam per anni spatium non prouenire, tamen credo medio istius episcopatus inveniri modum posse, ut ista summa expleatur. Censet Seredi hoc quoque monacho per Maiestatem Vestram iniungendum, ut sine omni intermissione homines suos ad portam Imperatoris Turcarum mittat ac remittat et quicquid per eos renunciatum fuerit Maiestati Vestre significet.

Sacratissime Maiestatis Vestre

humilimus servitor

Georgius Vernerus.

Egy ív papir két oldalán, zárlatán piros, czimeres gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. V. 18.*

Közli: Bunyitay Vincze.

39.

Modena, 1542 május 21.

Morone János modenai püspök, volt bécsi nuncius, Modenából Farnese biboroshoz intézett levelében felhívja a szentszék figyelmét Magyarország vallási állapotára. Ügyelni kell — úgymond — nehogy a török járom alól felszabadítandó ország lutheránussá váljék. Ajánlja a biboros különös figyelmébe a nagy befolyású magyar főpapokat.

— — — — — — — — — — — — — — —

Sopra le cose d'Vngheria è da far graue consideratione, accio, che quella provincia reacquistata dalle mani del Turco, non si faccia lutherana, come dubito assai, et percio Nostro Signore

per sua prudentia si degnarà fargli quella prouisione, che Dio gl'inspirarà; à me altro non occorre, se non che Sua Santità potrebbe intertener quelli Prelati, nelle mani de quali solea essere l'administratione de tutto il Regno, et Sua Santità potrebbe farne aduertire il Serenissimo Re de Romani, et dare quella autorità, che si può, à essi Prelati Vngari, et maxime à quelli di buon nome, accio che stando essi in autorità, potessero conseruare li loro luoghi.

— — — — — — — — — — — — — — —

Di Modena alli XXI de Maggio 1542.
Di V. S. Ill-ma et Reu-ma

hum. seruitor
El vescouo di Modena.

Közölve *Óváry Lipót:* III. Pál pápa és Farnese Sándor bibornok dipl. levelezései. — Magyar Tört. Emlékek. Első osztály. XVI. kötet. 134. lap.

40.

Késmárk, 1542 május 21.

Az iskolamester számára kelt utasítás: miként végezze az istentisztelet alkalmával a kántori teendőket, miként tanítsa az iskolába járó fiúkat és mennyi tandíjt szedhet fel azokon?

Liber actorum iudiciariorum 1533—1553.

Im Jar 1542 am Sontag vor pffyngsten... Vnd der schulmeister soll verpflicht seyn der schul und kirchenn ampt vleissyk auszuwarthen. Teglichen messen, hochmes, vesper, complet vnd Salue teglich syngen vnd die knaben der schulen vleissyk yn künsten vnd guten sytten vnd tugent czu vntherweisen vnd 4 messen ist ehr auch wochlichen verpflicht des Tarcsay Thomasch czu syngen. Am sonntag dy tagmes de Sancta Trinitate, am montag Requiem, am freitag Humiliavit vnd am sonabent de Commemoratione Beate Marie Virginis. Vnd dy knaben soln dem schulmester yerlichen gelt: dy kleinsten d. 12, dy mittelsten czu d. 25, vnd dy grossen czu d. 50. *(Más kéztől:)* Vnd wo armer leut kynder czum studirn geschickt werden vnd nicht czu bezalen het, soll er vmbsunst lernen 5 aber 6.

Késmárk városa levéltárából másolta Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

41.

Boroszló, 1542 május 25.

Moibanus Ambrus boroszlai plébános jelenti a selmeczbányai tanácsnak, hogy Tilgener Bálint most hajlandó hozzájuk elmenni iskolamesternek. A Saltzer-fiúnak nevelésére küldött 20 forintot megkapta.

Ambrosius Moibanus parochus Wratislaviensis notum reddit senatui Schemniciensi, Valentinum Tilgener[1] proprias litteras ad eum mittere velle. «Martinus Bibliopola dedit mihi XX ungaricos in auro, quos brevi mittam Saltzero iuveni, cuius indoles mihi probatur.» Scripsit epistolam «die Urbani».

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

42.

1542 május 29.

A pápa Magyarországnak a török hatalom alól való visszaszerzésére és megvédelmezésére háromezer válogatott olasz katonából álló sereget küld Ferdinándnak, a melynek kapitányává Vitelli Sándort nevezi ki.

Romanus Pontifex ad recuperandam Hungariam e potestate Turcarum exercitum e tribus millibus Italicorum militum selectorum constantem mittit in auxilium regis Ferdinandi, huicque Alexandrum Vitelli ducem praeficit.

Vatikáni levéltár. Minutae Brevium. Arm. 91. Vol. 24. Nr. 446.

Közli: Kollányi Ferencz.

43.

1542 május 29.

A pápa a Magyarországba küldött segédcsapat generalis commissariusává Medici János protonotariusát tette, a kinek a katonák élelmezéséről is gondoskodni kellett.

[1] Hunc idem Moibanus iam priori anno «die Annę» idest 1541. die 26-a m. Julii commendavit Antonio Pausio notario Schemniciensi his verbis: «Hic educatus Wratislavie, Witeberge operam literis impense dedit ac ibi consecutus est titulum magisterii, atque ludimagistrum egit aliquandiu Numslavi (Namslavicie). Rogo, ut per Fucaros habeat aliquem, cuius opera in tam longam profectionem utatur, qui et de vectura et de sumptibus faciendis in itinere curam gerat. Et gratulor illi magistrum Joannem Creslingum pastorem, cum certe ludimagistrum pendere ex voluntate parochi oporteat».

Romanus Pontifex in generalem commissarium exercitus ad recuperandam Hungariam missi Joannem Medici denominat curamque militum alimenta procurandi illi iniungit.

Vatikáni levéltár. Minutae Brevium. Arm. 94. Vol. 24. Nr. 452.

Közli: KOLLÁNYI FERENCZ.

44.

Déva, 1542 május 30.

Izabella királyné megerősíti néhai Statilio János erdélyi püspök végrendeletét és igéri, hogy mind a káptalant régi jogaiban és szabadságaiban, mind az elhalt püspök tisztjeit és szolgáit jogos igényeik érvényesítésében megvédeni fogja.

Nos Isabella Dei gratia Regina Hungariae etc. memoriae commendamus... universis: quod Nos attendentes ea fidelia et praeclara servitia reverendi domini quondam Joannis Statilii episcopi Transilvaniensis, quae ipse, dum in humanis ageret, primum sacrae coronae huius regni, deinde serenissimae defunctae Maiestati Regiae, domino et coniugi nostro amantissimo bonae memoriae, ac novissime nobis quoque et filio nostro charissimo cum summa fide et animi sui constantia praestitit, testamentum ipsius quondam domini episcopi, quod ipsum tempore infirmitatis suae in castro Gyalu fecisse intelligimus, ratum atque firmum habere volentes: idem testamentum in omnibus et per omnia, perinde ac si voluntas ipsius expressa praesentibus litteris nostris de verbo ad verbum esset inserta, acceptamus, approbamus et ratificamus atque etiam confirmamus, assecurantes etiam fideles nostros venerabile capitulum ecclesiae Albensis Transylvaniae, quod ipsum et singulos de eodem capitulo in iuribus et libertatibus ipsorum antiquis teneri, tueri contra quoslibet, et tam in personis, quam rebus ipsorum defendere et conservare volumus et conservari faciemus. Praeterea quoniam fideles nostri egregii Petrus Móré de Galatz administrator proventuum episcopatus, caeterique familiares, officiales et servitores dicti quondam domini episcopi nobis humiliter supplicarunt, ut eisdem cum fidelibus nostris dominis et caeteris regnicolis huius regni Transylvaniae super ipso episcopatu ad manus nostras dando litteras expeditorias dari facere atque ipsum Petrum Móré super eo quoque assecurare et certificare dignaremur, quod episcopatum ipsum interim de manibus ipsius minime occupabimus aut occupari faciemus, donec in proxima ista congregatione Vásárhelyiensi super ipsius episcopatus statu cum

dominis regnicolis definiemus et litteras expeditorias sufficientes superinde ipsis ordinabimus, et omnibus servitoribus dicti domini episcopi, posita cum ipsis iusta ratione, plenaria solutio satisfactioque impendetur; quodque castra Gyalu et Szent-Mihálykőve cum pertinentiis et proventibus eorundem, iuxta contenta litterarum praefatae defunctae Maiestatis Regiae et ipsius quondam domini episcopi super impignoratione dictorum castrorum, apud manus ipsius Petri Móré relinquemus, donec ei quoque de redditu suo, posita similiter iusta cum eo ratione, deductis tamen expensis ad sustentationem castrorum necessariis, plenarie satisfactum fuerit; et quod etiam, quemadmodum idem quondam dominus episcopus ipsis Petro Móré et caeteris officialibus et servitoribus suis super omnibus administrationibus litteras quietantionales et expeditorias dederit, ita et nos quoque easdem omnes expeditorias ratas habere dignaremur. Volentes igitur nos praefatos capitulum dictae ecclesiae Albensis et Petrum Móré caeterosque officiales et servitores ipsius quondam episcopi super praemissis omnibus certos et securos reddere, ipsos in eo assecurandos et certificandos, ipsisque in verbo nostro Reginali promittendum esse duximus, prouti et promittimus: quod tam ipsum capitulum... in iuribus et libertatibus suis antiquis, quam praedictos Petrum Móré, officialesque et servitores dicti quondam domini episcopi omnes, in indemnitate et sine offensione tam personarum, quam rerum ipsorum conservabimus tuebimurque contra quoslibet, et iuxta optata eorum Petri Móré et officialium... omnium, eundem episcopatum de manibus ipsius Petri Móré interim non occupabimus neque occupari faciemus, donec in proxima ista congregatione Vásárhelyiensi super statu ipsius episcopatus cum dominis regnicolis definiemus ac sufficientes litteras expeditorias superinde eisdem ordinabimus, et omnibus servitoribus ipsius quondam domini episcopi, posita cum illis iusta ratione, plenaria solutio impendetur. Quodque castra Gyalu et Szent Mihálykőve, cum pertinentiis et proventibus eorundem, iuxta contenta litterarum praefatae Maiestatis Regiae et ipsius quondam domini episcopi super impignoratione et inscriptione eorundem castrorum, apud manus dicti Petri Móré interim relinquemus, donec ei quoque, posita cum eodem modo praemisso iusta ratione, plenarie satisfactum fuerit. Insuper, sicut idem quondam dominus episcopus eidem Petro Móré caeterisque officialibus et servitoribus ipsius litteras quietantionales et expeditorias dedit, ita nos quoque damus. Imo modo praemisso assecuramus, certificamus et litteras expeditorias

ab ipso domino episcopo cuilibet datas confirmamus. Datum in oppido nostro Deva feria..... Anno Domini 1542.

Szeredai, Notitia veteris et novi Capituli ecclesiae Albensis Transilvaniae ex antiquis ac recentioribus literarum monumentis eruta. Albae Carolinae MDCCXCI. 161—164. l. — *Beke,* Az erdélyi káptalan levéltára. Budapest, 1890. 76. l.

45.

Bártfa, 1542 június 2.

Stöckl Lénárt levele Réwai Ferenczhez. — Értesíti, hogy a Réwaitól ajánlott német protestáns munka lefordítását elvállalja; továbbá, hogy öcscse, kit a Réwai-fiúk mellé nevelőül ajánlott, felhivására még nem válaszolt.

Salutem et mei commendationem. Magnifice domine, mihique gratiosissime. Quamquam ex hoc ipso satis magnum laboris mei fructum cepisse iudico, quod eum V. M. non ingratum esse cognoui, quae quidem ex singulari erga me benevolentia, quaecunque a me proficiscuntur, amantissime complecti solet; tamen et munus ipsum, quod mihi Franciscus Kelner nomine V. M. obtulit, eum apud me locum habet, quem debet, ut per se quidem mihi vehementer gratum sit, multo vero magis, quod a V. M., qua nihil in tota Hungaria studiosius mei reperi, est profectum. De ipso autem scripto facile patior, ut totum sit in V. M. arbitrio et potestate, sive priuatim illud legere, sive aliis quoque communicare volet. Mihi hoc unum propositum fuit, ut M. V. in onere vertendi mihi imposito non deessem, quod postquam sum consecutus, reliqua omnia V. M. committo, tametsi meis scriptis tantum non tribuo, in tanta praesertim optimorum ac praestantissimorum scriptorum copia, ut malim ea in luce versari, quam latere. Si vero V. M. omnino constituit hunc libellum extrudere, valde assentior huic consilio, ut nomen supprimatur. De mei fratris aduentu adhuc nihil intelligo, sed cum nihil adhuc rescripserit, omnino spero eum venturum. Neque mihi haec mora aliquam suspicionem facit, ut de aduentu eius dubitem. Neque enim adeo subito illinc se explicare potest. Interea paedagogum in officio retineo, tametsi cum ipsius et hospitis molestia. Me vero nullius curae ac diligentiae poenitet, quam in liberos V. M. impendo. Scio enim me ad laborem, non otium natum esse. Praeterea tum V. M. tum puerorum ingenia digna iudico, quibus mea opera et labore non desim. De reliquo Deus ipse viderit, cui scio meos labores non displicere. — — — Quod superest, cupio V. M. una

cum magnifica Domina foelicissime valere, meque utrique commendatum esse. Bartphae 2. Junii Anno 1542.

V. M. obsequentissimus
Leonhardus Stöckel.

Eredetije a báró Réwai-család stjavnicskai levéltárában. — Nyomtatva kiadta Frankl V. Réwai F. fiainak iskoláztatása. Pest, 1873. 60. l.

46.

Boroszló, 1542 június 6.

Tilgener Bálint Boroszlóból értesíti a selmeczbányai tanácsot, hogy másodszori meghivásukat elfogadja, de mivel erre a félévre már lekötötte magát a namslavicziekneк, csak e félév eltelte után. Gondoskodjanak biztos odautazásáról.

M. Valentinus Tilgener Vratislaviensis significat senatui Schemniciensi, se evocationem suam alteram acceptare. Attamen, quia hoc semestri iam obligavit se Namslaviensibus (Namslau oppidum a Vratislavia orientem versus), tantummodo post sex menses potest semet itineri accingere. Interim de securo conductu provideant.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

47.

1542 június 15.

A székesfejérvári káptalan elismeri, hogy Podmaniczky János és Ráfáel János király halála után Palota várához elfoglalt faluit visszaadták s nekik erről menedéket ad.

Nos capitulum ecclesie Albensis. Memorie commendamus per presentes, quod, quamvis magnificus dominus Joannes Podmanyiczky de Podmanyn supperioribus annis videlicet statim post sepulturam serenissimi condam principis et domini domini Joannis pie memorie regis Hungarie Dalmatie Croatie etc. bona et possessiones ecclesie nostre, puta Wynyola, Kowachy, Nana, Chathar et Rosthas in Wesprimiensi, ac Naghffyle, Atthya, Choor, Zenthmyhal et Saag in Albensi comitatibus existentes et habitas pro seipso occupaverit, occupatasque usque in presenciarum tenuerit et possederit, fructusque et utilitates earundem hactenus perceperit et percipi fecerit, tamen expost certis bonis respectibus et rationabilibus de causis dicta bona ecclesie nostre nobis remisisset et relaxasset manusque suas exinde penitus et omnino excepisset. Ideo nos matura intra nos deliberatione prehabita, eundem dominum Joannem de Podmanyn ac fratrem eius carnalem, dominum

Raphaelem, necnon Joannem Mladozky castellanum castri Palotha, aliosque cunctos familiares et servitores eiusdem de et super occupatione detencioneque et fructuum eorundem bonorum nostrorum perceptione, generaliter vero omnium iniuriarum damnorum nocumentorum, quas et que in predictis bonis ecclesie nostre infra tempus occupacionis usque modo ad datum presencium fecisse dinoscerentur, quitos et expeditos ac modis omnibus absolutos reddidimus et committimus, immo reddimus et committimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quinta, in octava festi sacratissimi Corporis Christi, anno eiusdem millesimo, quingentesimo, quadragesimo secundo.

Eredetije papiron, hátlapján a káptalan töredékes pecsétjével. Országos Levéltár. N. R. A. fasc. 1018. Nr. 58. Hevenesi kézirat gyűjtemény. XIII. 352. és XXXVI. 377.

Közli: Iványi Béla.

48.

Gyulafehérvár, 1542 június 17.

Csáky Mihály krasznai főesperes, erdélyi másod-püspöki-helytartó Frater György rendeletére Csesztvei Miske neje és az újtordai plébános, István közt perujítást enged.

Michael Chaky archidiaconus Craznensis canonicus ecclesie Albensis Transsilvane ac in officio vicariatus in spiritualibusque causarum auditoris iudex surrogatus etc. in Christo nobis syncere dilectis honorabilibus et discretis universis et singulis ecclesiarum parochialium plebanis necnon sacellanis ac hospitalium et altarium rectoribus ubivis constitutis et existentibus, presencium noticiam habituris coniunctim vel divisim, quo propterea necesse, sempiternam ac nobis firmiter obedire mandatum. Noveritis[1] quod quum nos die hodierna ad reddenda iura et causas audiendas pro tribunali sedissemus, egregius Myske de Chezthwe nostram veniendo in presenciam nomine et in persona generose domine Anne consortis sue exhibuit et presentavit nobis quasdam literas reverendissimi domini Fratris Georgii episcopi Waradiensis, thezaurarii ac in regno Transsilvanie locumtenentis regie Maiestatis etc. preceptorias patenter in papiro simplici confectas et emanatas ac de subtus cera alba in prestola (!) consignatas, novum iudicium in se continentes et denotantes, hunc tenorem continentem:

Frater Georgius episcopus Waradiensis thezaurarius et in

[1] Una vox excidit.

regno Transsilvanie locumtenens regius etc. venerabili et egregio Adriano decretum doctori, canonico et vicario ecclesie Albensis Transsilvane, salutem et favorem. Exponitur nobis in persona generose domine Anne consortis egregii Emerici Mÿske de Chezthwe, filie[1] egregii quondam Cherubyn de Thothprona, quomodo hiis diebus proxime preteritis inter ipsam dominam exponentem ab una et honorabilem Stephanum presbiterum plebanum et vicearchidiaconum Nove Thordensis veluti in causam attractum, partibus ab alia, racione et pretextu cuiusdam summe pecuniarum septingentorum videlicet et aliorum nonnullorum florenorum preciorum scilicet possessionis Kapozthas Zenthmarthon ac cuiusdam spathe deargentate et unius cuppe argentee deaurate flor. I[c] valentis, coram vobis in foro ecclesiastico quedam causa mota fuisset et quodammodo eciam adiudicata, ubi contra ipsam dominam, exponentem prefato in causam attracto iuramentum licet adiudicaveritis; non tamen sub ea forma, qua procurator eiusdem domine exponentis in ipsum in causam attractum credidisset, ipsum iuramentum deposuisset, et quia procurator eiusdem domine exponentis tempore discussionis cause certas eciam raciones et allegaciones pro tuicione iurium eiusdem domine exponentis necessarias in medium proferre, ut debuisset, pretermisisset, unde eidem domine exponentis iudicium per vos factum fuisset onerosum. Cum tamen praefata domina exponens[2] premissis defectibus et erroribus prepedita non fuisset, sperasset se causa in ipsa a vobis melius iudicium habere potuisse, prout posse speraret eciam de presenti. Supplicatum itaque extitit nobis pro parte eiusdem domine exponentis, ut eidem circa praemissa de opportuno iuris remedio et gracia novi iudicii providere dignaremur, et quia auctoritate nostra iudiciaria, qua partibus in hiis Transsilvanis in presenciarum fungimur talismodi casus nocivos quorumlibet incolarum parcium istarum Transsilvanarum presertim in processu iuridico contingendo (!) in melius reformare soliti sumus, et ad hoc eciam de regni consvetudine admittimur, accepta igitur supplicacione prefate domine exponentis id eidem duximus annuendum et concedendum, ut ipsa non obstante priori iudicio vestro absolucioneque vestra qualitercunque facta iterum coram vobis novum iudicium novamque responsionem et allegacionem et ea omnia, que iuris sunt agere valeat atque possit, immo annuimus et concedimus presencium per vigorem. Quocirca requirimus vos, nichilominus-

[1] Errore scribae: filii.

[2] Hic aliquid excidit.

que vobis harum serie auctoritate nostra iudiciaria firmiter committimus, quattinus receptis presentibus dato per vos ipsis partibus brevi termino iudicii coram vobis comparentibus, auditisque ambarum parcium novis proposicionibus allegacionibusque et responsis, probabilibus documentis admissis, iuxta iura parcium partes inter easdem denuo et ex novo secundum Deum et eius iusticiam bonum et rectum iudicium facere et impendere, et si eadem domina exponens de huiusmodi iudicio vestro novo contentare noluerit quovismodo, extunc vos causam eandem (tum ex eo, quod precia hereditatum nobilitarium esse censentur), tum eciam aliis ceteris racionibus et causis supervenientibus simulcum tota serie ipsius adiudicacionis vestre, novo termino in literis vestris specificato, nostram, veluti iudicis ordinarii transmittere debeatis in presenciam, damno et gravamine dicte domine exponentis sine omni, secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in oppido Zekelwassarhel feria tercia inter octavas sacratissimi festi Corporis Christi, anno Domini 1542.

Post quarumquidem literarum dicti domini locumtenentis regii exhibicionem et presentacionem, requisiti sumus per prefatum Emericum Myske, ut nos iuxta continenciem prefatarum literarum domini locumtenentis contra prefatum Stephanum plebanum super novo iudicio in causa premissa celebrando literas nostras citatorias dare et concedere dignaremur. Nos itaque mandato dicti domini locumtenentis, ut tenemur, obtemperare volentes, contra prefatum Stephanum presbiterum presentes litteras nostras citatorias duximus dandas et decernendas, prout damus et decernimus presencium per vigorem. Quocirca fraternitati vestre harum serie in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena firmissime precipiendo committimus et mandamus, quattinus presentibus requisiti accedatis coniunctim vel divisim, quo propterea necesse fuerit, accedendo, ibique memoratum Stephanum presbiterum ad instanciam prefate domine Anne, consortis Emerici Myske ad nonam diem a die vestre citacionis de ipso fiende inclusive computando, si dies ipsa nona iuridica fuerit, alioquin ad proximam diem iuridicam extunc immediate sequentem, in nostram peremptorie citetis presenciam ad videndum iuxta continenciam prescriptarum literarum novi iudicii novas proposiciones et allegaciones dicte domine actricis audituri, et si quas contra easdem literas habere pretendit, excepciones offerri debere, vel dicendo et allegando causam, siquam habeat racionabilem, quare premissa fieri non debeant. Certificando eundem sic citatum, quod sive

ipse in dicto termino citacionis coram nobis compareat sive non, nos nichilominus eo ulterius non aliunde de partibus, sed per edictum in foribus huius ecclesie Albensis Transsilvane predicte solito more publice citato, ad partis coram nobis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expedire. Et posthec diem et locum citacionis et certificacionis vestrarum huiusmodi simulcum nomine et cognomine citati et certificati nobis terminum ad predictum conscienciose rescribatis, presentibus in specie remissis. Datum Albe Julie decima septima die mensis Junii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Egyszerű, egykorú másolat. Országos Levéltár. Gyulafehérvár: Miscellaneorum cista 3. fasc. 2. Nr. 33.

Közli: Iványi Béla.

49.

1542 június.

A velikei várba hordott egyházi szerek jegyzéke.

Regestrum super universis rebus victualibus, clenodiis, ingeniis aliisque infrascriptis in castro Welyke habitis et existentibus tempore castellanatus Mechnetis Plothmar et Sebastiani Ember.

De rebus ecclesie per M. D. Welykam portatis hic:

Ornamentum sacerdotale de purpere viridi cum omnibus attinentiis --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Ornamentum altaris veres kamoka auro contextum --- I.

Ampulas duas argenteas unacum ostya tarto argenteo e. d. Andreas Tarnoczy ad Stenyicsnyak deportare fecit.

Calix hic restat.

Supycza de panno purpian szyrke --- --- --- --- --- I.

Supycza de panno londis weres --- --- --- --- --- II.

Super rebus ecclesie Wasmegeryche.

Ornamentum altaris --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Karkapa nigrum cum fimbris zewld --- --- --- --- I.

Karkapa, mutilis nigrum --- --- --- --- --- --- --- I.

Ornamentum sacerdotale de kamoka alba e. d. Andreas Tarnoczy ad Stenyicsnyak deportavit.

Karkapa rubeum --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Indumenta sacerdotalia --- --- --- --- --- --- --- II.

unum ex nigro chemelet, aliud ex nigro hernacz.

Indumentum nigrum ex telo --- --- --- --- --- --- I.
Indumentum welez depictum --- --- --- --- --- --- I.
Indumentum de purpure rubeo --- --- --- --- --- --- I.
Indumentum celestini coloris, athlacz, vile --- --- --- I.
Indumentum rubeum mixtum cum celestino colore --- I.
Kaamsa de telo --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Ista omnia indumenta sacerdotalia, preter quatuor, camiseas non habent et hoc absque stolis et cingulis.

Calix unus ex argento optimus ac bonus cum pathena I.
Calix simplex --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.
Monstrancia cuprea --- --- --- --- --- --- --- --- I.
Missalia --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- II.
Legenda lombardica --- --- --- --- --- --- --- --- I.
Bulle sanctissimi pape cum maximis donis.

Res Szerdahely.

Calix argenteus --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.
Alter cupreus deauratus --- --- --- --- --- --- --- I.
Alie res, que sunt, non valent tres denarios.

Res ecclesie Welykensis.

Calices argentei cum pathenis --- --- --- --- --- --- IIII.
Ampule argentee --- --- --- --- --- --- --- --- IIII.

Monstranciam magnam e. d. Andreas de Tarnocz ex argento factam ad Stenyicznyak deportavit.

Crux argentea et deaurata --- --- --- --- --- --- --- I.
Indumenta sacerdotalia ex kamoka alba cum attinenciis II.
Indumentum sacerdotale ex kamoka weres sine alba --- I.
Indumenta sacerdotalia de purpure viridi kender vocato II.
Indumentum sacerdotale ex kamoka weres --- --- --- I.
Indumentum sacerdotale keek athlacz --- --- --- --- I.
Indumentum ex kamoka alba --- --- --- --- --- --- I.
Indumentum nigrum, in quo habetur crux deaurata I.
Indumentum ex purpure rubeo deaurato --- --- --- I.
Indumentum ex athlasio rubeo aureis floribus contextum I.
Karkapa de purpure rubeo --- --- --- --- --- --- --- I.
Karkapa de athlasio sarga --- --- --- --- --- --- I.

Indumentum sacerdotale de rubeo purpure aureis floribus contextum cum attinentiis --- --- --- --- --- --- --- I.

Stricta de purpure rubeo deaurato --- --- --- --- II.
Stricta de purpure raacz --- --- --- --- --- --- --- II.

Indumentum sacerdotale de purpure hannozyny deauratum	I.
Indumentum de purpure deaurato	I.
Indumentum de purpure rubeo deaurato	I.
Indumentum de purpure keek deauratum	I.
Karkapa de purpere rubeo aureis fimbriis circumdata colore keek	I.
Lobogo kerezt ex turcica fwtha	II.
Ornamenta altaris in toto diversi generis	XII.
Manutergia alba simplicia	V.
Manutergia serico contexta	XI.
Missalia	VIIII.
Anthiphonarium magnum	I.
Graduale	II.
Prosale	I.
Ampule plumbee	IIII.
Wasfazeek ereg	III.
et quarta minor	I.
pileum	I.

Eredetije papiron, Országos Levéltár, Nádasdy-számadások, *b)* csomó.

Közli: Iványi Béla.

50.

Bécs, 1542 június 21.

I. Ferdinánd király megerősíti a somlyóvásárhelyi apáczák azon jogát, hogy peres esetekben nem személyesen, hanem tisztviselőik útján kell esküt tenniök.

Nos Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum Hungarie, Bohemie etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum Archidux Austrie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod cum devote moniales claustri Vassarhel nobis per supplicacionem exposuissent, se ac cenobium ipsarum eam habuisse prerogativam, ut dum in controversiis, quibuscunque iuramentum eis adiudicatum fuisset, semper officiales earum, non ipsemet debuerunt prestare eiusmodi iuramentum, at quoniam per hec superiorum annorum sediciones et tumultus huius prerogative diploma et litere, ab eisdem utcunque deperiissent, aiunt esse quosdam, qui ab eis exigerent expostularentque, ut non officiales, sed ipsemet adiudicatum sibi iuramentum prestarent. Nos igitur earum supplicacione accepta, quoniam certis documentis comperimus, ipsam prerogativam indubie eas

habuisse, eisque servatam eciam fuisse, eandem prerogativam ipsis monialibus et cenobio earum de integro concedentes duximus, prout concedimus presencium vigore, mandantes universis regni nostri Hungarie iudicibus tam ecclesiasticis, quam secularibus, ut ipsi et eorum quilibet, seu in comitatu, seu alibi iuramentum ipsis monialibus adiudicatum fuerit, hanc prerogativam eis inviolate observare debeant, nec unquam, ut predictum est, ab eis, sed ab officialibus earum iuramentum exigere quisquam presumat. In cuius rei testimonium presentes nostras literas eisdem duximus concedendas, quas ubique post lecturam reddi iubemus presentanti. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima prima Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, regnorum nostrorum Romani duodecimo, aliorum decimo sexto.

Ferdinandus. mp. *Joannes,*
prepositus in Lelez.

Eredetije egy ív papiron, alul rányomott, töredezett vörösviasz pecséttel. Orsz. Levéltár: Eccl. Cameral. fasc. 25. Nr. 28.

Közli: Iványi Béla.

51.

1542 június 26.

Lőrincz csetneki esperes-plébános és Németh János száz forintot aranyban Lomniczai János szepesi prépostnak kölcsön adván, kezességet vállalnak az iránt, hogy Bebek Ferencz Somodit, mihelyt neki az említett összeg vissza fog téríttetni, azonnal kibocsátja kezéből.

Ego Laurentius, plebanus de Chithnek et vicearchidiaconus loci eiusdem, et Joannes Németh, familiaris domini magnifici Francisci Bebek, fatemur per presentes literas: mutuo dedisse rèverendo domino Joanni de Lompnycza, preposito Scepusiensi centum florenos auri pignoricii in sortem ad tempus redemptionis Somoghi, ut ipse potitur dominus Bebek, et dum et quando sibi repositi et restituti fuerint, eadem summa auri vicissim sibi resignare et restituere debet et teneatur, obligamus nos supradicti, videlicet Joannes et Laurentius sub ipotheca. Huius rei gratia literas propria manu scriptas damus eidem domino reverendo in cautelam etc. Datum et scriptum die divi Joannis et Pauli, anno ab incarnato Christo millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1552. alias Nr. 2. fol. 34b és a következő lapsorozatban fol. 30b.

Közli: Bunyitay Vincze.

52.

Bécs, 1542 június 26.

I. Ferdinánd király megparancsolja Nyáry Ferencznek, hogy a nagyszombati apáczáknak jogtalanul elfoglalt erdejét adja vissza. Ha neki Bánffy Boldizsár elzálogosította, vegye vissza pénzét Bánffytól.

Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc. Magnifico Francisco Nyary de Bedeg comitatus Honthensis comiti fideli dilecto salutem et graciam. Ex querimonia devotarum monialium civitatis nostre Tyrnaviensis accepimus, te silvam earum indebite ac per vim possidere, asserens eas tibi a magnifico Balthasare Banffy esse oppignoratas, que tua assercio vana et frivola est. Scis enim ipsum Banffy iura aliena, nec tibi, nec aliis potuisse pignori locare, nec, si locavit, rata censeri ea locacio potest, tanquam non rite facta. Quamobrem tibi mandamus, silvam ipsam eisdem monialibus et cenobio earum citra cavillacionem restituas, si vero pignori tibi locate sunt, tuam pecuniam repetere potes ab ipso Banffy, tanquam, qui tibi non suam silvam, sed alienam oppignoravit. Secus ne feceris. Aequitas enim requirit, ut ipsis monialibus de oportuno iuris remedio provideamus, ut eam silvam et damna accepta rehabeant. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne, vigesima sexta Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Ferdinandus. *Joannes,*
prepositus in Lelez.

Eredetije papiron, alul vörösviaszba nyomott pecsét helyével. Országos Levéltár: Monial. Tyrnav. fasc. 9. Nr. 1.

Közli: Iványi Béla.

53.

Bécs, 1542 június 26.

I. Ferdinánd király Pozsony vármegye hatóságának meghagyja, hogy vegye tekintetbe a nagyszombati apáczák nagy nyomoruságát és ne állíttassanak velök a hadjáratra lovas katonákat.

Ferdinandus, divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex, semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc. Fidelibus nostris comiti et vicecomiti ac

iudicibus et universe nobilitati comitatus Posoniensis salutem et graciam. Quoniam nos intuitu calamitatis atque inopie devotarum monialium civitatis nostre Tyrnaviensis, qua per hec superiora tempora (uti omnibus palam est) non mediocriter gravate sunt, illum numerum equitum, qui ab ipsis racione sexagesime et vigesime in presentem regni expedicionem de viginti quattuor colonis deberetur, eisdem relaxandum duximus hac vice et remittendum, prout relaxamus et remittimus, mandantes vobis, ut hanc nostram relaxacionem eisdem servare debeatis, nec eas racione eius taxe quoquomodo iniuria, aut damno afficere presumatis, presentes autem pro vestra expedicione, si opus est, reservatis. Datum Vienne vigesima sexta Junii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Ferdinandus. *Joannes,*
prepositus in Lelez.

Eredetije papiron, alul töredezett vörösviaszba nyomott pecséttel. Országos Levéltár: Monial. Tyrnav. fasc. 1. Nr. 29.

Közli: Iványi Béla.

54.

Bécs, 1542 június 26.

I. Ferdinánd király a Bebek Ferencztől elfoglalva tartott Rosnyóbánya várost, Püspöki és Velkenye falvakat Várday Pál esztergomi érseknek itéli oda, mivel Bebek Ferencz, bár hivatalosan fel volt reá szólítva, sem adomány-, sem záloglevelet nem tudott ezekről előmutatni.

Nos Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc. damus pro memoria, quod fidelis noster reverendissimus in Christo pater dominus Paulus de Warda, archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus secretarius cancellarius noster, Nostre Maiestatis veniendo in conspectum, proponere curavit in hunc modum, qualiter iuxta constitucionem fidelium nostrorum universorum dominorum prelatorum et baronum ac electorum regnicolarum regni nostri Hungarie in conventu eorum generali nuper Novizolii de nostro regio edicto celebrato factam ac contenta articulorum ibidem confectorum per Maiestatemque Nostram approbatorum, et confirmatorum, universe donaciones seu inscripciones nostre, super quibuscunque castris, castellis, bonisque et iuribus possessionariis necnon proventibus ecclesiarum Dei, ac dominorum baro-

num in regno nostro Hungarie quibusvis subditis et fidelibus nostris per hos annos disturbiorum, post obitum scilicet serenissimi quondam domini Ludovici regis Hungarie et Bohemie, predecessoris et sororii nostri, pie memorie facte, per Maiestatem Nostram cum dominis prelatis et baronibus ac proceribus dicti regni nostri Hungarie, quos scilicet ad id eligere voluerimus, quintodecimo die presentis reditus nostri, hic Viennam cognosci, discutique deberent et adiudicari, ob hoc idem dominus archiepiscopus fidelem nostrum magnificum Franciscum Bebek de Pelsewcz, comitem comitatus Gewmeriensis, super presenti Maiestati Nostre huc Viennam reditu, per literas suas iuxta tenorem huiusmodi articulorum certificasset et in eo amoneri fecisset, ut ipse coram Maiestate Nostra comparere ac donaciones seu inscripciones nostras, si quas super oppido Rosnobanya et pertinenciis eius, in eodem comitatu Gewmeriensi existente et adiacente, ad predictum archiepiscopatum ecclesie Strigoniensis et consequenter eundem dominum Paulum archiepiscopum spectante et pertinente idem Franciscus Bebek pro se habere pretenderet, coram Maiestate Nostra producere, exindeque Maiestatis Nostre cognicionem pariter et iudiciariam deliberacionem recipere deberet, supplicando Maiestati Nostre idem dominus archiepiscopus, ut nos eidem ex parte dicti Francisci Bebek superinde ea, que iuris et iusticie essent, facere et administrare dignaremur. Nos itaque accepta eiusdem domini reverendissimi humillima supplicacione, egregios Albertum de Fylpes et Gaspar Nagh, homines et nuncios dicti Francisci Bebek, per eum ad Maiestatem Nostram transmissos, in eo graciose admoneri fecimus, ut iidem literas Maiestatis Nostre, si quas prefatus Franciscus Bebek dominus eorum super donacione seu inscripcione nostra de pretacto oppido Rosnobanya et pertinenciis eius pro se haberet, coram Maiestate Nostra producere deberent et tenerentur, ut his visis ea, que iuris et iusticie sunt, inter ipsas partes faceremus ac deliberaremus, iamfati autem homines et nuncii dicti Francisci admoniti et requisiti, in persona eiusdem domini eorum, nullas prorsus literas donacionis seu inscripcionis super pretacto oppido Rosnobanya, pertinentiisque suis, coram Maiestate Nostra producere et exhibere curaverunt. Nos itaque habito superinde fidelium nostrorum spectabilis et magnifici comitis Alexii Thwrzo de Bethlenfalwa, iudicis curie nostre et in regno nostro Hungarie locumtenentis nostri ac ceterorum dominorum prelatorum et baronum, consiliariorum nostrorum ac procerum dicti regni nostri Hungarie, ad id per Maiestatem Nostram electorum, maturo con-

silio et sana deliberacione, visis eciam prescriptis constitucionibus et articulis in pretacta generali fidelium nostrorum conventu superinde confectis et per Maiestatem Nostram approbatis, quia idem Franciscus Bebek per iamfatum dominum archiepiscopum, de presenti Maiestatis Nostre huc Viennam reditu certificatus extitisse, ac ut coram Maiestate Nostra comparere, pretactas literas donacionis seu inscripcionis nostre regie producere et exhibere deberet, admonitus fore, eaque admonitio ad notitiam dicti Francisci Bebek devenisse, ex literis spectabilis et magnifici Petri de Peren, comitis perpetui comitatus Abawywariensis, cancellarii et in regno Hungarie supremi capitanei nostri, superinde prefato domino archiepiscopo datis reperiebatur, iamfatus vero Franciscus Bebek, licet per prenominatos nuncios et homines suos coram Maiestate Nostra comparuerit, tamen, quia nullas literas Maiestatis Nostre donacionis seu inscripcionis super pretacto oppido Rosnobanya et pertinenciis eius coram Maiestate Nostra producere, vel se aliquibus iustis et legittimis racionibus tueri et defendere curabat, ob hoc idem Franciscus Bebek ius suum, quod in pretacto oppido Rosnobanya et pertinenciis suis ac possessionibus Pyspeky et Welkenye iamfati domini archiepiscopi et ecclesie sue prenotate in dicto comitatu Gewmeriensi existentibus, quas eciam possessiones idem Franciscus Bebek ad predictum oppidum Rosnobanya et pertinenciis eius pertinere pretendebat et vigore inscripcionis nostre regie, unacum eodem oppido et pertinenciis et predictis possessionibus Pyspeky et Welkenye iamfato domino archiepiscopo, ecclesieque sue prenotate readiudicari reddique et restitui debere, ubi vero idem Franciscus Bebek super pretactis possessionibus Pyspeky et Welkenye aliquas literas nostras inscripcionales minime habuisset, eedemque ad predictum oppidum Rosnobanya non pertinuissent, extunc idem Franciscus Bebek, possessiones ipsas, vigore articulorum et constitucionis publice iamdiu infra dominicam scilicet Palmarum novissime preteritam prefato domino archiepiscopo remittere et resignare debuisse, nobis ac prefatis locumtenenti et consiliariis nostris, regnique Hungarie proceribus videbatur manifeste, racionibus igitur et causis ex prenotatis nos pretactum oppidum Rosnobanya cum suis pertinenciis, necnon possessionibus Pyspeky et Welkenye, memorato domino archiepiscopo readiudicando decrevimus et committimus, ut idem Franciscus Bebek, infra quintumdecimum diem, presentis deliberacionis nostre ac diei datarum presencium idem oppidum Rosnobanya cum suis pertinenciis ac prescriptis possessionibus Pyspeky et Welkenye anno-

tato domino archiepiscopo et ecclesie sue prenotate, sub pena in pretactis articulis denotata reddere remittereque et restituere debeat et teneatur. Immo decerninus et committimus per presentes, aucthoritate nostra regia, iureque et iusticia mediante. Datum Vienne, feria secunda in profesto beati Ladislai regis et confessoris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Eredetije papiron, I. Ferdinánd királynak Pozsonyban 1544. «sabbato proximo post festum beati Dionisii et sociorum eius» kelt átiratában. Országos Levéltár: Eccl. Cam. fasc. 4. Nr. 26.

Közli: Iványi Béla.

55.

1542 június 30.

A somogyvári konvent bizonyítja, hogy Fajszi János özvegye az ő kiküldöttei előtt a fajszi kastélyban betegágyán akcsi és kürtösi birtokait a vetahidi pálosoknak hagyományozta oly kikötéssel, hogy minden héten egy misét mondjanak Jézus szenvedéséről.

Nos conventus monasterii Sancti Egidii de Simigio, memorie commendamus per presentes, quod nos ad instanciam et legittimam peticionem pro parte generose domine Anne, relicte egregii condam Joannis Fayzy de Fayz, nobis factam, que, ut dicebatur, tam propter debilitatem sui corporis, senioque confecta, tum eciam disturbia temporum nostri in presenciam venire minime valuisset, religiosos fratres Georgium et Demetrium sacerdotes socios nostros conventuales ad infrascriptam fassionem exaudiendam pro testimoniis nostris fidedignos duximus destinandos, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt eomodo, quod ipsi feria quarta proxima ante festum beatorum Petri et Pauli apostolorum preterita ad possessionem dictam Fayz in comitatu Simigiensi existentem habitam, consequenterque ad domum fortaliciumque nobilitare dicte domine Anne in eadem Fayz habitam pariter accessissent, prefatamque dominam in debilitate laborantem et senio confectam reperissent, eadem domina Anna personaliter coram nostris testimoniis constituta, onera et quelibet gravamina filiarum, cunctorum eciam fratrum, proximorum et consangvineorum suorum in subscriptis super se levando et recipiendo coram predictis testimoniis nostris sponte et libere est confessa retulitque in hunc modum. Quod ipsa consideratis et attentis probitate et virtute morum, honestateque congregacionis fratrum ordinis heremitarum in claustro Sancti Nicolai episcopi penes Wethahyda

fundato degencium et Deo famulancium, ex eo, tum eciam ob spem et devocionem refrigeriumque erga sacratissime passionis domini nostri Jesu Christi, in quo tota salus hominis pendet, necnon ob refrigerium et salutis mee ac egregii condam Joannis, domini scilicet mariti mei, cunctorum eciam fratrum et consangvineorum meorum, totales porciones possessionarias suas empticias in possessionibus Akcz et Kyrwthes (!) omnino in comitatu Simigiensi existentes habitas, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quaslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis agris, pratis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus rubetis, aquis, fluviis, aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis molendinis et eorum locis, vineis vinearumque promonthoriis generaliter vero quarumlibet utilitatum earundem integritatibus [et pertinenciis] quovis vocabulo vocatis ad easdem de iure [et] ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus memoratis fratribus religiosorum heremitarum in dicto claustro Sancti [Nicolai] degencium et Deo famulan[cium] tam presencium quam futurorum [..... elemosina..... dedisset donasset et] contulisset, imo dedit donavit et contulit coram predictis nostris testimoniis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, utendas, possidendas pariter et habendas, hoc adiecto, quod iidem fratres heremitarum in qualibet ebdomada per anni circulum videlicet feria sexta unam missam de passione domini nostri Jesu Christi Humiliavit, secunda collecta pro defunctis, tercia siquidem collecta de concepcione gloriosissime Virginis Marie, dicere celebrareque debeant et teneantur, sintque astrincti, eo tunc ibidem astando venerabilis frater Nicolaus prior predicti claustri Sancti Nicolai, personaliter constitutus sponte et libere in personis eiusdem conventus et tocius ordinis heremitarum celebraturi assumpsit et promisit coram predictis testimoniis nostris, assumendo nichilominus prefata domina Anna memoratos fratres heremitarum ac successores eorum futuros in pacifico dominis pretactarum porcionum possessionariarum in possessionibus Akcz et Kewrthes contra quosvis legittimos impetitores, causidicos et actores propriis suis laboribus et expensis tueri, protegere et defensando conservare, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum secundo die a die fassionis, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Eredetije papiron, kívül a konvent viaszba nyomott pecsétjének töredékével. Országos Levéltár: Acta Paulinorum 580. csomó, régi jelzet: Acta conv. Vetahida, fasc. 2. Nr. 8.

Közli: Iványi Béla.

56.

Bécs, 1542 július 3.

I. Ferdinánd király tudatja Nádasdy Tamással, hogy a német keresztény fejedelmek elküldték hadaikat a török ellen s fölszólítja, hogy csapatával ő is Esztergomba vonuljon.

Ferdinandus, divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Magnifice fidelis, dilecte. Quanto desiderio multos iam annos in hiis preteritis fortune casibus subsidia Christianorum principum a vobis fuerint expectata, que vos ac vestrates reliquos omnes ab imminente sevissimi hostis iugo et hiis malis, quibus premebamini, eriperent iamdudum perspicuum est, pro illis impetrandis flectendisque animis aliorum principum et in hanc sentenciam trahendo, ut nobiscum una huic tam sancto operi eyciendi hostes Thurcas ex Hungaria eiusque finibus sedulo vacarent, nos iamdudum omni cura, studio ac solicitudine authoritate imprimis sacre cesaree maiestatis fratris nostri impensius laborare nusquam omisimus, uti omnibus hominibus late constat. Eam rem proximis annis frustra prope contendisse visi sumus, quod vigentibus nimirum inter Christianos populos Romanique imperii et Germanie principes variis discordiis ac simultatibus abducti non poterant, ut neglectis privatis eorum ac domesticis negociis, quisque se ad alienam externorumque defensionem conferret. Verum cum divina imprimis ope et prefate sacre cesaree maiestatis ac nostra opera et authoritate principes et populi prefati in unam voluntatem mutuamque concordiam coiverunt, tantum mox presidii tantumque copiarum pedestrium et equestrium ab illis impetratum est ad defensionem libertatemque asserendo Hungarie, quantum a summis et vere Christianis principibus sperare iampridem iure debuimus. Hee copie et hic imperii Romani exercitus duce illustrissimo principe et electore marchione Brandenburgensi etc. hic Vienne maiori ex parte iam adsunt omni apparatu bellico, omnibusque necessariis ingeniis instructissime, iamque profeccionem ad Hungariam parant et plane se itineri committunt. Expectantur eciam a summo pontifice pedestres copie vulgares et bono numero, quibus cum aliis ex regnis et provinciis nostris hereditariis gentibus conscriptis stipati, nos quoque propediem personaliter imperii copias sub-

secuturi sumus, ut quemadmodum fecimus hactenus, intelligant omnes populi et gentes, nullum nos periculum, nullum laborem aut incommodum refugere aut detrectare pro salute et libertate fidelium nostrorum. Cum autem spem plane firmam habeamus, in Dei Optimi Maximi clemencia imprimis repositam, hiis copiis atque hoc apparatu, hostes brevi debellare posse, te quem confidimus auditis hiis et tantisque apparatibus ingenti prope leticia perfusum, ut Christianum et Christiano nomini religionique addictum decet, nihil non opis aut virium penes alios fratres tuos fideles nostros more maiorum tuorum ad tam salutarem expedicionem collaturum, utpote quem turpissimum foret tantis periculis im̄inentibus, cum longinque ac extere naciones tam prompte ad defensionem vestram confluant, te cuius res eciam agitur, ociosum ac prope inertem desidere, monere et hortari paterne ac benigne voluimus, ut cum tua persona et gentibus iuxta regni decretum in hac expedicione nobis presto esse et ad festum beati Jacobi proxime futuri Strigonium ad reliquas gentes et copias predictas convenire velis. Quo facto, preterquam quod saluti vestre, liberorumque ac coniugum et fortunarum vestrarum consulueritis, que in summo discrimine a sevissimis hostibus Thurcis periclitantur, Deum Optimum Maximum mutua hac animorum coniunccione vobis et posteris vestris apprime reconciliabitis et et apud omnes Christianos populos et gentes gloriam immortalem consequimini, tu vero a nobis graciam et liberalitatem in omne tempus tibi liberisque tuis promereberis. Secus itaque ne feceris, iterum clementer hortamur. Datum Vienne tercia die Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Ferdinandus. *Johannes,*
prepositus in Lelez.

Kívül: Magnifico Thome de Nadasd tavernicorum nostrorum nostrorum magistro, fideli dilecto.

Eredetije papiron, kívül papirba nyomott zárópecséttel. Országos Levéltár: Nádasdy-levelek. F. csomó.

Közli: Iványi Béla.

57.

Bécs, 1542 július 12.

Az egri püspök jelenti a királynak, hogy ő Szentsége segédcsapatai csak szeptember hó végéig kapták fizetésüket, azért kéri, hogy komolyan figyelmeztesse a Szentatyát az ebből származható veszedelemre, egyszersmind az esztergomi érsek nevében sürgettetni kéri a Szentatyát, hogy az új biborosok kinevezését ne halaszsza tovább.

Sacratissime Rex... Intellexi post discessum hinc Maiestatis Vestre copias auxiliares Sanctissimi Domini Nostri solutas esse per totum duntaxat Septembrem et non ultra, quo vix posset esse perniciosius aliquid in ista expeditione, si initium discessionis inciperetur ab eis. Admoneo igitur humiliter Maiestatem Vestram, in tempore providere huic periculo et admonere serio Suam Sanctitatem, ne hoc fiat. Non dubito Suam Sanctitatem id facturam tum ob Vestre Maiestatis amorem, tum presertim in fidei et religionis christiane defensionem, dummodo sit aliquis ibi, qui opportune et importune urgeat senem veris et iustis rationibus; et Maiestas Vestra in hoc sit sollicita in tempore.

Preterea admoneatur, ut non differat ad kalendas grecas pronunciationem cardinalium in favorem Maiestatis Vestre. Hec tamen nomine reverendissimi domini Strigoniensis scribo. Deus Maiestatem Vestram reducat nobis cito sanam et contentam Vienne 12. Julii anno Domini 1542.

Eiusdem V. M. Sacre servitor et capellanus
Agriensis m. p.

Kívül: Sacratissime Rom. Hung. Boe. etc. Regie Maiestati... in proprias manus.

Egy ív papir, egy oldalán zárópecséttel, egészen a püspök irása, hasonló a 20-as évek biztos, folyékony vonásaihoz, de az idegesség a megvékonyult, ingatag betükön már meglátszik. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. jul. Nr. 5.*

Közli: Bunyitay Vincze.

58.

1542 július 13. körül.

Egyházi birtokok és adózó plébánosok Baranyamegyében.

Circa festum Margarethe.

Regestum super connumeracione subsidii per regnicolas Novi Zolii pro defensione regni Hungarie Regie Maiestati oblati in comitatu de Baranya factum.

Processus Thome Booz de Naghwath iudicis nobilium.

Iregh.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. X. Idem levavit.

Patach.

Capituli Quinqueecclesiensis p. II, solvit.

Monialium p. VII. Ex hiis relaxate III. Comitatus relaxavit sanctimonialibus.

Vicarii Quinqueecclesiensis p. II, solvit.

Zenth Myklos.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. III. Idem levavit; deserte p. VIII.

Capituli Quinqueecclesiensis p. II, solvit; pauper IIII.

Cherkwth.

Capituli Quinqueecclesiensis p. VIIII, solvit.

Zewlews.

Capituli Quinqueecclesiensis p. XVI, solvit.

Thythews.

Capituli Quinqueecclesiensis p. X, solvit.

Bakonya.

Capituli Quinqueecclesiensis p. III, solvit II.

Hic p. I restat insoluta, propter jobagionem capituli Quinqueecclesiensis per Stephanum Isthwanfy medio tempore potenter cum omnibus bonis abductum.

Bakonya.

Capituli Quinqueecclesiensis p. II, solvit.

Custodis p. I, solvit.

Naghboda.

Prepositi minoris p. XVIII, solvit.

Bycherd.

Capituli Quinqueecclesiensis p. XXIII, relaxate II, solvit XXI. stb.

Cherdy.

Prepositi maioris p. XII, relax. I. Episcopus Quinqueecclesiensis levavit; pauper II.

Zenth Gal.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. II½.
Capituli Quinqueecclesiensis, et in Pezery, p. VII, solvit.

Zenth Demether.

Capituli Quinqueecclesiensis p. VIII, solvit; iudex I, pauper I, deserta I.

Zenth Eged.

Plebani de eadem, p. I.

Erdeglyk.

Capituli Albensis p. V; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Zenth Marton.

Capituli Albensis p. VI½, episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Herthelend.

Capituli Albensis p. V; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Zenth Ersebeth.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. VII; iudex I, pauper III.
Plebani de eadem p. III, solvit.

Zenth Ilona.

Capituli minoris p. I, solvit, pauper I.

Loranthfalva.

Episcopi Quinqueecclesiensis p. V½. Idem levavit.

Kaptalanfalwa.

Capituli Quinqueecclesiensis p. III, solvit.

Bykesd, Megyefalwa.

Capituli Albensis, p. XVI, relaxate VI; episcopus Quinqueecclesiensis levavit pro se.

Zenth Damyan.

Capituli Albensis, p. III; episcopus Quinqueecclesiensis levavit pro se.

Egeed.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII½, solvit.

Korpad.

Capituli Albensis p. IIII; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Erdei Rathkocha.

Capituli Albensis p. IIII½; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Kaan.

Capituli Albensis p. V½; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Hethmee, Okoravelg.

Capituli Albensis, p. VIIII½; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Hethfehel.

Capituli Albensis, p. III; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Byztrice.

Capituli Albensis, p. V; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Hagymas, Zlatina.

Capituli Albensis, p. XIIII; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Zenth Catherina.

Capituli Albensis, p. XVI; episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Hozw toth.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VIIII, solvit.

Zapwgyr.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI½, solvit.

Kys Kewesd.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII, solvit.

Erzek.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI½, solvit.

Nyaras.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. V½, solvit.

Abalygethy.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII, solvit.

Orphe, Egrestho, Lypoch.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. XII, idem levavit.

Rakos.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI½, solvit.

Zakal.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI½, solvit.

Thekeres.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII, solvit.

Kowachzena.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VIII, solvit.

Eghazas Bel.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VIII½, solvit.

Hertelend.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI½, solvit.

Barator.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. XIII, solvit.

Pelewske.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII, solvit.

Janosy.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. III, solvit.

Chypan.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII, solvit.

Egerzeg.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VII½, relax. I½, solvit VI.

Felsew Bodolya.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII, relax. I, solvit III.

Also Bodolya.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI, solvit.

Zeek.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. XX, solvit.

Balwanyos.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. V½ solvit.

Zenth Imre.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII, relax. I, solvit III.

Monoh, Melegmal.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. VI. Levavit idem.

Bwdafalwa, Manfalwa.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. XI. Idem levavit.

Bodog Azzonfalwa.

Vicarii Quinqueecclesiensis, p. II, relax. I. solvit I.

Welencze.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. II, rel. I, solvit I.

Pethyen.

Capituli minoris, p. III, solvit.

(Taxa plebanorum.)

Item Franciscus plebanus de Iregh, fl. ½, solvit.
Nicolaus plebanus de Zenth Myklos, fl. I, solvit.
Franciscus plebanus de Zewlews, fl. I, solvit.
Ibidem Stephanus presbiter, den. V, solvit.
Item Lucas plebanus de Tythews, fl. I, solvit.
Thomas plebanus de Bakonya, fl. I½, solvit.

Benedictus plebanus de Nagh Boda, fl. II, solvit.
Vicearchidiaconus de Bycherd, fl. I, solvit.
Demetrius plebanus de Tharcha, fl. I, solvit.
Bartholomeus plebanus de Zenth Lewrincz, fl. II.
Stephanus plebanus de Zenth Gal, fl. I, solvit.
Item plebanus de Zenth Iwan, fl., I, solvit.
Thomas plebanus de Zenthgenys, fl. ½, solvit.
Andreas presbiter rector capelle de Harazthy, fl. ½, solvit.
Anthonius plebanus de Zenth Myhalfalwa fl. I½, solvit.
Ibidem Gallus presbiter rector altaris, fl. ½, solvit.
Item Franciscus plebanus de Zenth Jacab, fl. II, solvit.
Ibidem Mathias presbiter rector altaris, fl. I, solvit.
Item Laurencius plebanus de Mynth Zenth, fl. ½, solvit.
Stephanus plebanus de Boghka, fl. I, solvit.
Martinus plebanus de Sybolt, fl. I½.
Martinus plebanus de Zenth Myklos, fl. I½, solvit.
Ibidem Stephanus rector altaris, fl. ½.
Item Georgius plebanus, de Zenth Egyed, fl. I½.
Joannes plebanus de Zenth Gal, fl. I, solvit.
Joannes plebanus de Kerezthwr, fl. I, solvit.
Item Joannes plebanus de Zenth Ersebet, fl. I, solvit.
Ibidem Gregorius presbiter rector altaris, fl. ½, solvit.
Item Petrus plebanus de Naghwath, fl. I½, solvit.
Ibidem Stephanus presbiter rector altaris, fl. I, solvit.
Ibidem Egidius presbiter rector altaris, fl. ½, solvit.
Ibidem Gregorius presbiter rector altaris fl. I, solvit.
Item Michael plebanus de Chonca Mynthzenth, fl. ½, solvit.
Benedictus plebanus de Bodog Azzonfalwa, fl. ½, solvit.
Item Mathias plebanus de Helesfalwa, fl. I½, solvit.
Ibidem Gaspar presbiter rector altaris, fl. I, solvit.
Item Benedictus plebanus de Abalygethy, fl. I.
Benedictus plebanus de Zakal, fl. ½.
Gregorius plebanus de Kowaczena fl. I.
Item plebanus de Eghazasbel, fl. I.
Franciscus plebanus de Barathor, fl. I½, solvit.
Paulus plebanus de Pewleske, fl. I, solvit.
Blasius plebanus de Janossy, fl. ½.
Blasius plebanus de Zeek, fl. I½, solvit.
Matheus plebanus de Zenth Imre, fl. I.
Stephanus plebanus de Monoh, fl. I½, solvit.
Matheus plebanus de Zenth Marton, fl. III.

Joannes plebanus de Hertelend, fl. I.
Lucas plebanus de Byztrice, fl. ½.
Thomas plebanus de Haghmas, fl. II.
Stephanus plebanus de Zenth Catherina, fl. I.
Andreas plebanus de Hethfehel, fl. ½.
Michael plebanus de Korpad, fl. I.
Gregorius plebanus de Erdey Zenth Myhal fl. II.
Mathias plebanus de Zenth Damyam, fl. I.

1542.

Processus Joannis Hernath iudicis nobilium etc.

Kewkee.

Magistri hospitalis Quinqueecclesiensis, p. III, relax I, solvit II.

Baranya Wyzlo.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. IIII½, Occupate ad Soklyos.

Zenth Marton.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. II. Occup. ad Soklyos.

Zook.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. II, solvit.

Kezew.

Clementis Komornyk, p. III } Episcopus Quinque-
Episcopi Quinqueecclesiensis, p. IIII } ecclesiensis levavit.

Izewrew.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. IIII. Idem levavit.

Gyod.

Prepositi minoris, p. III½, solvit.

Gadan.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. V½, solvit.

Loranthfalwa.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. II, solvit.

Somon.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. VIIII.

Gerycze, Marocha.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII, solvit.

Bogdasa.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI½, relax. I, solvit V½.

Alsokerchyne, Felfalw.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. III½, solvit.

Sen.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII½, solvit.

Waryas, Lengyel.

Prepositi minoris Ouinqueecclesiensis, p. IIII½, solvit.

Zenthkyral.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. XVII½, } Episcopus Quinque-
Bartholomei literati, p. I, } ecclesiensis levavit.

Welyn.

Custodis Quinqueecclesiensis, p. VII½, solvit.

Geredysthye.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VIIII, solvit.

Kemsefalwa.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII½, solvit.

Basky.

Capituli Quinqueecclesiensis, VIII½, solvit.

Lwsok.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI½, solvit.

Hyrych.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI½, solvit.

Zelchan.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. IIII, solvit fl. VI.

Weythy.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI, solvit.

Kezew.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VII, solvit.

Pogan.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. V½, levavit pro se.

Zewked.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. II. Idem levavit.

Bysseh.

Joannis Bornemyza, p. VII½. Episcopus Quinqueecclesiensis levavit.

Warsan.

Blasii Chery, p. IIII, relax II. Episcopus levavit.

Malom.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. I. Idem per se levavit.
Capituli minoris, p. IIII, solvit.

Megyer.

Monialium p. VIII. Comitatus relaxavit Sanctimonialibus.
Magistri Stephani, p. I, restat.

Zawa.

Abbatis de Somogwar de iure (de facto Valentini Therek).
Racio plebanorum et rectorum altarium etc.

Kewke.

Plebanus de eadem, den. III.

Baranyawyzlo.

Benedictus plebanus de eadem, fl. I, solvit.
Ibidem Petrus presbiter rector altaris, fl. II.
Ibidem Stephanus presbiter rector altaris den. L, solvit.
Item Anthonius plebanus de Theremhegh, den. LX.
Item Paulus plebanus de Izthro, den. XXV.
Ibidem Gregorius presbiter rector altaris, den. X.
Item Andreas plebanus de Bodon, den. XXX, solvit.
Item Emericus plebanus de Baxa, den. LXXVI.
Item Andreas plebanus de Kyzdeer, den. III, w. I solvit.
Item Georgius plebanus de Gerczen, fl. II½.
Ibidem Laurencius presbiter, fl. I.
Ibidem Fabianus presbiter, fl. I.
Item Ladislaus plebanus de Zook, den. XXXVII, solvit.
Item Bartholomeus, plebanus de Pelerd, fl. I.
Ibidem Blasius presbiter rector altaris, den. L.
Ibidem alter Blasius presbiter rector altaris, fl. I.
Item Michael plebanus de Kewzew, fl. I.
Item Georgius plebanus de Batha Mynthzenth, den. L, solvit.
Item Albertus plebanus de Kys Azzonfalwa, fl. I, solvit.
Item Michael plebanus de Mekche, fl. I½, solvit fl. ½.

Item Andreas plebanus de Somon, fl. I, solvit.
Item Georgius plebanus de Marocha, fl. I, solvit.
Item Osvaldus plebanus de Bogdassa, fl. II.
Item Petrus plebanus de Kapolna, den. L.
Item plebanus de Geredysthye, fl. VI,
et rector altaris de eadem.
Item Paulus plebanus de Sellye, fl. III.
Item Gregorius plebanus de Naghchan, den. L.
Item Stephanus plebanus de Ozthro, fl. I.
Item Paulus plebanus de Gerede, fl. I, solvit.
Item Thomas plebanus de Zenthkyral, fl. II½, solvit.
Item Franciscus presbiter rector capelle de Bagotha, den. L, solvit.

1542.

Processus Jose Prychy, iudicis nobilium.

Zabolch.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. VI, levavit pro se.
Capituli Quinqueecclesiensis, p. I.

Somogh.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. VIIII. Idem levavit.

Bogad.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. VII. Idem levavit.

Sewynye.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. III. Levavit pro se.

Zemely.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. I. Idem levavit.

Dergyche.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. V. Idem levavit.

Kyskozar.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. VIIII. Idem levavit.

Egeragh.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. X. Idem levavit.

Herend.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. III, solvit.

Felsewdewecher.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VII, solvit.

Kassa.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VI, solvit.

Peterd.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VIII, solvit.

Alsodewecher.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. VII, solvit.

Lothwarth.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. III, solvit,
Custodis Quinqueecclesiensis, p. I, restat.

Berand.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. II, solvit.

Latran.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. III, solvit.

Izegh.

Episcopi Quinqueecclesiensis, p. II. Levavit idem.

Nagh Arpad.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. II, solvit.

Sarros.

Capituli Quinqueecclesiensis, p. II, solvit.
Episcopl Quinqueecclesiensis, p. VI. Levavit idem.

Lak.[1]

Capituli Quinqueecclesiensis, fl. II½, solvit.

Gewresd.

Episcopi Quinqueecclesiensis, fl. VII. Idem levavit.

Fenees.

Episcopi Quinqueecclesiensis, fl. III. Idem levavit.

Cytho.

Episcopi Quinqueecclesiensis, fl. VI. Idem levavit.

Zewr.

Episcopi Quinqueecclesiensis, fl. IIII. Idem levavit.

[1] In subsequentes pagos, quia iugo Turcico subiecti erant, iudex nobilium «misit schedulas» et sic subsidium collegit.

Felsehymeseghaz.

Episcopi Quinqueecclesiensis, fl. V, den. X. Idem levavit.

Alsohymeseghaz.

Episcopi Quinqueecclesiensis, fl. III. Idem levavit.

Toth Job.

Episcopi Quinqueecclesiensis, fl. II. Idem pro se.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio. III. kötet.

Közli: Iványi Béla.

59.

Székesfejérvár, 1542 július 17.

Fejér vármegye nemessége kéri Ferdinánd királyt, hogy az al- és felcsuthi menekülteknek az esztergomi vár kapitánya és gondviselője által elrabolt marháit és egyéb javait adassa vissza.

Serenissime Princeps domine et domine clementissime, post servitiorum nostrorum perpetuorum fidelitatem. His nobilis frater noster, qui has Sacrae Majestati Vestre serenissime literas presentabit, unacum suis vicinis de possessionibus Alsochwth et Felsechwth vocatis, cum sese voluissent huc ad civitatem Albam Regalem causa tuitionis capitum ac rerum ipsorum defensione propter devastationem immanissimorum Turcorum conferre, tunc familiares ac servitores equites ac pedites generosi ac magnifici Johannis Jakobi, prefecti civitatis Strigoniensis ac egregiorum Michaelis Mwthnokÿ, provisoris eiusdem arcis Strigoniensis, necnon Benedicti Erdewhegÿ subditi ac fidelis Majestatis Vestre serenissime de civitate Strigoniensi, nescitur unde moti, in dictos nobiles irruerunt, bona ac res et pecora ipsorum vi et potentia mediante abduxerunt, insuper res eclesiarum duarum praedictarum possessionum, nam exceptis aliis rebus pecora plusquam trecentena deduxerunt, quorum pecorum aliqua pars videlicet centum et quinquaginta nunc apud manus egregii Martini Laskanÿ, capitanei arcis Strigoniensis sunt. Scripsimus autem hactenus jam sepius ipsi Martino Laskan, ad cujus manus hujusmodi pecora devenerunt, ut eisdem miserrimis nobilibus praedicta pecora apud se habita remitteret ac reddi et restitui facere velit, sed tamen nullo modo restituere curavit. Ideo supplicamus Majestati Vestre Sacratissime tanquam Domino clementissimo, dignetur illa pro innata sua, quam erga nos gerit, clementia per literas suas mandare ipsi Martino Laskan

capitaneo arcis Strigoniensis, ut dictorum nobilium fratrum nostrorum apud se habita reddi ac restitui facere, ceteris etiam, ut et ipsi eosdem miserrimos nobiles contentos redderent, nam hii pauperrimi nobiles fideles Majestatis Vestre Sacratissime alias etiam undique in his disturbiorum temporibus tam per internos et domesticos hostes, tum vero per externos oppressi in extremam paupertatem egestatemque devenire ac hostiatim victum quaerere cogantur. Gratiosam a Majestate Vestra Sacratissima relationem expectamus. Datum Albe feria secunda post festum Margarethe virginis anno 1542.

Ejusdem Majestatis Vestre Sacratissime

fideles servitores

universitas nobilium comitatus Albensis.

Kívül: Sacre Romanorum Hungarie, Bohemie etc. Regie Majestati domino nostro clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. VII. 9.*

Közli: Bunyitay Vincze.

60.

Lőcse, 1542 július 22.

Lomniczi Horváth János szepesi prépost felhívja papjait, hogy a keresztény seregek győzelméért imádkozzanak, az eretnek tanítókat pedig eltávolítsák.

Joannes de Lumnicza, praepositus Scepusiensis, Regiae Maiestatis Romanorum, Ungariae, Bohemiae etc. secretarius, consiliarius etc. Universis fratribus et singulis venerabilibus, honorabilibusque dominis, capitulo ac vicario ecclesiae nostrae Scepusiensis, ac ceteris plebanis, parochis, altaristis, capellanis ac aliis cuiuscunque officii et gradus presbyteris ac clericis, in hac provincia Scepusiensi ubivis constitutis, praesentes visuris et audituris, salutem et omne bonum. Palam est omnibus, truculentissimus religionis nostrae hostis, quam fervida crudelitate in christianos, praesertim in hujus regni incolas, saeviat, qua ambitione et cupiditate id sibi subiicere conetur, quamque firmissime sese in viscera huius regni non immerserit modo, sed etiam ingesserit, ut illud sibi perpetuum et haereditarium faciat: quae omnia Deus optimus maximus (cui honos et perennis gloria debetur) ob omnium nostrum delicta admittit. Operae pretium itaque est, si illius clemen-

tiam immensamque misericordiam deprecari volumus, tantique tyranni impietatem subterfugere et declinare, ut omnes precibus, vigiliis, ieiuniis, aliisque pietatis promotionibus humiliemur, eaque omnia agamus, quibus Dei optimi iram mitigemus; etsi iam passim sciatur, Regiam Maiestatem dominum nostrum clementissimum, caeterosque principes christianos arma contra dictum hostem movisse, idque, ut nobis persuademus, divino instinctu agi, quorum et consilia et gesta, ipsa Deitas secundare dignetur! Et ob id dignum est, veterum patrum christianorum exemplo, perinde atque praescripsimus, ut precibus, vigiliis, eleemosynis, processionibus ad Deum coeli et terrae clamemus sedulo, quo in populum suum misericordia uti dignetur, nostroque principi, cum caeteris christianis principibus, victoriam in hostem communem tribuere. Ad quem si firma fide, candidaque mente conversi fuerimus, dignabitur nos gratia sua, dignabitur optatissima quiete et securitate, dignabitur denique omni felicitate. Quare vos universos et singulos virtute salutaris obedientiae monemus, et eisdem ex officio pastorali committimus, ut mox, visis praesentibus, singulis feriis secundis, quartis et sextis, singulis hebdomadis, in ecclesiis, parochiis ac sacellis vestris processiones devotissimas facere cum solitis sanctorum invocationibus, orationes pias et cantus ad implorandam Dei misericordiam, tum pro victoria christiana celebrare, ac itidem in singulis missis et divinis officiis horisque canonicis facere, praeterea in omni concione populum ad id exhortari, piis exemplis invitare non deficiatis. Perinde intelligimus inter vos emersisse, qui neglectis prioribus sanctis constitutionibus Ecclesiae Catholicae et Apostolicae, impiissimos quosdam et ab omni pietate alienissimos errores sequuntur, et qui etiam concionatores admittunt peregrinis doctrinis populum seducentes, qui iurisiurandi sui nobis praestiti ac candoris obliti, ea docere aut observare audeant, quibus pietatem christianam supprimunt; quod nec Caesarea, nec Regia Maiestas praefata, in suis principatibus admitti mandat; ob id vestras fraternitates sub amissione vestrorum beneficiorum, quocunque nomine censeantur, et sub punitione personarum vestrarum hortamur eisdemque mandamus, ut nullum talem intra vos toleretis, vel, si quem sciretis eius farinae, volumus sub eisdem poenis, nobis significetis, in quos nos ex officio nostro animadversuri sumus, nec patiemur eiusmodi scandali errorumque seminatores augeri sub nostro officio et iurisdictione. Praeterea dicuntur esse nonnulli inter vos, qui, spretis Christianorum et Ecclesiae conciliis, qui abiectis praelatorum suorum auctoritatibus,

suapte pertinacia audent communicare populum sub utraque, quum eius generis constitutio non pertineat ad eos, sed ad primores, quibus id negotii concreditum est. Itaque committimus sub praescriptis poenis, ut ad id nullus vestrum, neque publice, neque seorsim, neque clandestine sese audeat immittere, et id sibi vindicare, quandoquidem sciat in sese certo animadverti; talesque ut nobis describantur, vobis et cuivis vestrum iniunctum esse scitote; secus ne feceritis, si praemissam animadversionem evitare cupitis. Datum Leutschoviae sub sigilli nostri testimonio, ex aedibus nostris, vigesima secunda mensis Julii, alias in feriis divae Magdalenae, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Idem qui supra Mpra.

(L. S.)

Ribini, Memorabilia August. Confess. II. 409—412.

61.

Gyulafehérvár, 1542 július 26.

Serédy Gáspár, Ferdinánd király meghatalmazottja, Izabella királynénak a gyalui kiegyezés alkalmával neki igért tizenkétezer forint biztosítékául az erdélyi püspökség jövedelmeit leköti.

Paria literarum super inpignoratione episcopatus Transilvanensis.

Caspar Seredy etc. fateor et recognosco per presentes literas meas, quod, cum serenissima domina Isabella regina Hungarie etc. iuxta informationem Maiestatis Regie, domini mei clementissimi mihi datam super deputatione florenorum duodecim millium annuatim iuxta contenta superioris tractatus eiusdem Regie Maiestatis, domini mei clementissimi unacum dicta serenissima domina Isabella Regina Hungarie etc. affine sua charissima, medio mei et dominorum consiliariorum dicte domine regine in Gyalw habiti et initi de tricesimarum scilicet Cassoviensium proventibus persolvendorum certis de causis contenta non esset, authoritate pleni mandati eiusdem Maiestatis Regie, domini mei clementissimi mihi in hac parte attributa, universos proventus episcopatus Albensis Transsilvaniensis, tam intra quam extra Transsilvaniam provenire debentes, pro medietate solutionis duodecim millium florenorum in hunc annum presentem dicte domine regine persolvendorum, ut puta sex milium florenorum prima vice dicte serenissime

domine regine deponendorum, pro medietate vero eorundem duodecim millium florenorum proventus prefate Regie Maiestatis in Transsilvania, quas vigesimas vocant et cementum reverendissimo domino Fratri Georgio episcopo Waradienensi ac thesaurario etc. cui hac in re me collegam adiunxi, ex quo idem reverendissimus dominus Frater Georgius summam prescriptam duodecim millium florenorum per sese deponere et persolvere gravatus sit, neque alterum quempiam collegam habere voluerit, inscripserim, obligaverim et impignoraverim, ita ut predictos duodecim mille florenos certis terminis in aliis literis meis superinde confectis apertius declaratis unanimiter equalique utraque parte summa deposita dicte serenissime domine regine persolvamus et restituamus, hac conditione, ut ipsa Regia Maiestas dominus meus clementissimus, in ipso termino et die prime solutionis medietatis dictorum duodecim millium florenorum universas arces, castella et alia fortalicia ipsius episcopatus simulcum omnibus proventibus ipso facto infra tempus solutionis dictorum sex millium florenorum ad manus nostras loco pignoris omni mora et occasione semotis dare et assignare sit obligata. Quamvis autem in omnibus rebus ad dicte summe duodecim millium florenorum solutionem pertinentibus dicto reverendissimo domino Fratri Georgio socium me dederim, eundem nihilominus authoritate pleni mandati Maiestatis Regie, domini mei clementissimi assecuraverim et certificaverim, quod si forte Regia Maiestas, dominus meus clementissimus, predictum episcopatum Albensem Transsilvaniensem alicui contulisset vel conferret, dictum episcopatum e manibus nostris Regiam Maiestatem non excepturam nec excipi permissuram, donec prescripta summa ratione dicti episcopatus per nos deposita et persoluta, vel ex proventibus sepedicti episcopatus jure percepta et recuperata, vel in paratis nobis deposita fuerit et restituta. Immo assecuro et certifico harum mearum vigore et testimonio litterarum etc. Datum Albe Julie die 26 mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

«*Paria literarum Albe Julie in tractatu emanatarum mense Julii anno 1542*» czimű füzetben az 5-ik oklevél, egykorú másolat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. VII. 35.*

Közli: Bunyitay Vincze.

62.

Gyulafehérvár, 1542 július 26.

Serédy Gáspár, Ferdinánd király felhatalmazottja biztosítja Barlabássi János csanádi püspököt, hogy mindazon adományozások és beiratások, miket János király az ő számára tett, igazaknak, megerősítetteknek, senki által meg nem támadhatóknak fognak tekintetni.

Gaspar Seredy, partium superiorum capitaneus, commissarius et mandatarius Sacre Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regie Maiestatis fateor et recognosco per presentes literas meas, me auctoritate pleni mandati prefate Regie Maiestatis, domini mei clementissimi, in hac parte mihi attributa in persona eiusdem Maiestatis reverendissimum Joannem Borlobassy de Zentpal, episcopum ecclesie Chanadiensis assecurasse et certificasse in eo: quod Regia Maiestas, dominus meus clementissimus, omnes donationes et inscriptiones serenissimi domini quondam Joannis Regis etc. eidem reverendissimo domino Joanni Borlobassy factas, ratas, gratas, firmas et valituras habitura et in eis conservatura est, neque quempiam fidelium illegitime contra dictum reverendissimum dominum episcopum Chanadiensem agere permissura est; imo assecuro et certifico dictum reverendissimum dominum Joannem Borlobassy dicti pleni mandati auctoritate eiusdem Regie Maiestatis Domini mei clementissimi harum mearum vigore et testimonio literarum ... Datum Albe Julie 26 die mensis Julii anno Domini 1542.

Egyszerű másolat Serédynek nyolcz, ez alkalommal kelt levelének másolatai közt, ez a VII-ik. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár : Hung. 1542. jul. Nr. 32.*

Közli: Bunyitay Vincze.

63.

Gyulafehérvár, 1542 július 26.

Serédy Gáspár újból bizonyítja, hogy Ferdinánd király Zapolyay János és Izabella fiát a Göncz és Thelkibánya mezővárosok birtokában a gyalui egyezés idejében megerősítette, a többi örökségét is két év alatt eligazítja.

Paria literarum super Gewncz et Thelkybanya.

Caspar Seredy etc. fateor et reognosco per presentes literas meas, quod cum in literis confirmatoriis Maiestatis Regie, domini mei clementissimi, juxta exigentiam priorum literarum mearum

super confirmatione oppidorum Gewncz et Thelkybanya, uti patrimoniorum illustrissimi domini Joannis ducis, filii serenissimi domini quondam Joannis regis et serenissime domine Isabelle regine Hungarie etc. tempore superioris tractatus in Gyalw habiti confectis et emanatis, predicte serenissime regine assignandis in quibusdam verbis casu per scribam erratum fuerit, dicte serenissime domine regine bona fide promiserim, me alias literas confirmatorias super predictis oppidis Gewncz et Thelkybanya, tanquam patrimoniis dicti domini Joannis ducis a Regia Maiestate, sacratissimo domino Ferdinando rege, domino meo clementissimo, dispositurum et obtenturum, que oppida Gewncz et Thelkybanya nunc quoque sicut hereditaria et patrimonialia illustrissimus dominus Joannes dux possidet, deinceps quoque absque ullo tractatu et controversia ac impedimento veluti paternas hereditates ad castrum Scepusiense perpetuo pacifice possideat. De reliquis vero hereditatibus et patrimoniis infra spatium duorum annorum a die contractus initi iuxta continentiam literarum priorum tempore superioris tractatus in Gyalw habiti, concludatur et finis imponatur. Ita nunc easdem literas me dispositurum et obtenturum promitto harum mearum vigore et testimonio literarum, sigillo meo solito et manus mee subsriptione roboratarum mediante. Datum Albe Julie die 26 mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

«*Paria literarum Albe Julie in tractatu emanatarum mense Julii anno 1542*» czimű füzetben a 3-ik oklevél, egykorú másolat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. VII. 34.*

Közli: Bunyitay Vincze.

64.

Róma, 1542 július 28.

III. Pál pápa Frangepán Ferencz kalocsai érseket meghivja a trienti zsinatra.

Venerabili Fratri Archi-Episcopo Colocensi Paulus Papa III. — Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi arbitramur iam innotuisse tuae Fraternitati, quemadmodum nos oecumenicum generale et universale concilium toties frustra promulgatum omnino decreverimus celebrare, diemque ad calendas Novembris proxime futuri, locum vero civitatem Tridenti vobis quoque viciniorem et commodam elegerimus, bulla generali desuper publicata: tamen id particulariter eidem tuae Fraternitati

ob eius archieppalem dignitatem significare et exempla dictae bullae per te et suffraganeis tuis et abbatibus ac aliis istius regni Hungariae praelatis, etiam exemptis, necnon universitatibus studiorum generalium, qui et quae in tua Provincia fuerint, mittere voluimus, per te illis mittenda et distribuenda, ut pleniore rei notitia per vos habita, illuc in tempore conveniatis, omniaque in dicta bulla contenta per vos effectualiter adimpleatur. Fidem vero huius nostrae significationis per te illis factae ad nos postea destinare curetis. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris. Die XXVIII. Julii MDXXXXII. Pontificatus nostri Anno octavo.

Blosius el. Fulginen.[1]

Hevenesi-kéziratgyüjtemény, XIII. 107. l.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

65.

Nürnberg, 1542 augusztus 1.

Ferdinánd király az iránti rendelkezése, hogy Fiuméban az Isten igéjének hirdetésére hitszónoki állomás szerveztessék.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc.

Honorabiles religiosi fideles dilecti. Exposuit nobis in presentiarum inter cetera egregius fidelis nobis dilectus Caspar Ritzan, capitaneus noster sancti Viti terre Fluminis, in dicto oppido nullum modo esse, qui verbum Dei concionetur idque ob eam causam, quod sumptus necessarii non suppeditentur, quibus concionator sustentari possit. Quem quidem defectum omnino sarciendum duximus, eique capitaneo nostro iniunximus, quo cum scitu et consilio vestro ac honorabilis et religiosi Joannis Primozitz, prioris monasterii Augustensis, virum pium et honestis moribus doctrinaque sacrarum literarum preditum inquirere, illique concionandi curam munusque committere debeat. Cum autem vos haud gravatim de proventibus et redditibus vestris aliquid subsidii pro intertenendo huiusmodi concionatore conferre posse intelligamus, preterquam quod alioqui aequum est, vos uti personas ecclesiasticas in hac pia re et honorem Dei usque adeo concernente promo-

[1] Archiepiscopus Strigoniensis eodem modo vocatus est. V. Kollányi: Regesták a római és parmai levéltárakból. Budapest, 1905. 38.

uenda et procuranda faciles et promptos esse debere. Idcirco vos gratiose requirimus, quatenus vnacum prefato honorabili et religioso Joanne Primozitz, priore monasterii Augustensis, quem in hoc ipso etiam negotio seorsim requirimus, tantum contribuere et conferre velitis, quantum intertentioni idonee persone ad docendum populum, ut prefertur, deputande satis esse queat. Nostram in eo perbenignam et omnimodam exequuturi voluntatem. Datum in ciuitate nostra Norimberge prima Augusti anno domini MDXXXXIJ regnorum nostrorum Romani duodecimo, aliorum vero decimo sexto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium.

Kevenhuler mp.

Jobst von Liligenberg mp.

Tunkhl.

Alján: In simili ad archidiaconum, parrochum et capitulum ecclesie sancti Viti terre Fluminis quod vna cum priore tantum contribuant, quantum pro alendo concionatore opus erit.

Exp[edita].

A király által aláírt, de később javított s így újra írt példányban kiadott nyiltlevél; papir. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. VIII. 2.*

Közli: Bunyitay Vincze.

66.

Vázsony, 1542 augusztus 5.

Barnabás, vázsonyi pálosrendű vicarius levele András szentpéterúri helyettes perjelhez a törökök pusztításairól. A toldi, vetahidi és mindszenti kolostorok elégtek.

Optamus salutem cum omnibus vestris. Ex parte Turcarum quitquid certi rumoris vobis, minime veritatis consonum, possumus scribere preter hoc, quod sunt in obsidione Strigoniensi et ad partes civitatis Pape fuerint quidam ad rapinam egressi. Peractis tamen quinque diebus, si festinanter ad R. p. non venietis, cerciorem famam vobis scribere valemus. Nos tamen cum nostris ad partes istas sumus in continuo tremore et timore die noctuque, nescitur quorsum reversuri facturi (?) sint. Hoc constat et vobis, quod nostra monasteria Thold, Wethahida, Myndzenth sunt igne consumta. Priorem expectamus, qui venit pro recolleccione residuitatis rerum terre nascencium, si quid poterit invenire, nondum

adhuc reversus quis sit, si detur requies, incertum habemus. Valete feliciter. Wason, sabbato ante Transfiguracionem, anno 1542.

Frater Barnabas,
vicarius dicti monasterii etc.

Kívül: Venerando religioso patri, fratri Andre ordinis heremitarum vicario de S. Petro in Simigio, nobis semper observandissimo.

Eredetije papiron, rongált papirba nyomott zárópecséttel. Országos Levéltár : Acta Paulinorum 578. csomó, régi jelzete : Actor. prov. sub. monast. Vason. fasc. 9. Nr. 8.

Közli : Iványi Béla.

67.

Ajka-Rendek, 1542 augusztus 6.

Veszpémmegye nemessége bizonyítja, hogy Báthory András a beszterczebányai országgyűlés végzése szerint visszaadta a vázsonyi pálosoknak az agyagliki malmot és lihérti pusztát, de Giczy István azután újra elvette tőlük.

Nos universitas nobilium comitatus Wesprimiensis damus pro memoria, quod nobis in festo beati Jacobi apostoli in oppido Zenthgrot congregacione nostra et comitatus Zaladiensis generali constitutus religiosus frater Nicolaus ordinis heremitarum de Wason in persona conventus fratrum heremitarum dicti claustri[1] per modum gravis querele nobis proposuit in hunc modum, quod scilicet spectabilis et magnificus dominus Andreas de Bathor, comes etc. et capitaneus huius regni generalis, iuxta continenciam articulorum regni Novizolÿ editorum, vigore literarum nostrarum testimonialium, molendinum ipsorum in Agyaglyk habitum, simulcum predio Lyhert, omnino in isto comitatu Wesprimiensi existentes habita, ipsis fratribus heremitis restatui fecisset. Tandem expost egregius Stephanus de Gycz post restatucionem premissam non formidans prenotatam regni publicam constitucionem violare, prescriptos molendinum, ac predium ipsorum fratrum heremitarum iterum de manibus eorum violenter excepisset ac reoccupasset potencia mediante, petens nos idem frater Nicolaus debita cum instancia, ut sibi de premissis literas nostras testimoniales dare dignaremur. Nos itaque iustis peticionibus ipsorum fratrum acquiescentes, matura superinde deliberacione prehabita, parique consilio et volun-

[1] In originali : clastri.

tate unanimi fatemur, prescriptos molendium ac predium ipsos fratres bono optimoque iure concernentes, ipsosque tempore obitus serenissimi condam principis domini Lodovici regis et expost in dominio eorum fuisse, memoratumque Stephanum de Gycz contra premissam publicam constitucionem post preallegatam restatucionem antefati domini capitanei de manibus ipsorum fratrum denuo reoccupasse potencia sua mediante. In cuius testimonium presentes ipsis fratribus concessimus. Datum in oppido Rennek nostra ac dicti comitatus Zaladiensis congregacione generali, die festo Transfiguracionis Domini, anno eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Eredetije papiron, kivül négy rányomott gyűrűs pecsét helyével. Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 571. csomó. (Váson. fasc. 2. Nr. 3.)

68.

Szamosfalva, 1542 augusztus 22.

Bethlen Farkas Erdély főbb embereinek és az erdélyi püspökség részéről is egybegyülteknek egyhangú megállapodásából kéri Kendi Ferenczet, eszközölné ki, hogy az a püspökség senki másnak, hanem csakis Kecsethy Márton veszprémi püspöknek adományoztassék.

Magnifice Domine... Memineri potest Vestra Dominatio Magnifica, quod cum una fuimus Waradini, inter nos tractatum extitit ex parte episcopatus Transsilvaniensis; cum autem nos huc ad domum domini Ladislai Mykola nunc pervenissemus, apud eundem reperimus una congregatos dominos potiores nobiles regni Transsilvanie, videlicet egregios Martinum Gerendi et Sigismundum Weres et alios etiam nonnullos, qui tunc similiter ex parte episcopatus convenerunt tractaturi. Itaque cum eisdem dominis et amicis eadem sententia nostra similiter placuit: ut Vestra Dominatio Magnifica apud Suam Maiestatem Dominum nostrum clementissimum, velit laborare et nomine totius Regni supplicare, ut sua Maiestas nemini alteri dignetur conferre episcopatum Transsilvaniensem, nisi reverendissimo domino Martino Kechethy, episcopo Wesprimiensi. Igitur Vestra Dominatio Magnifica agat strenue et quanto maiori diligentia poterit efficiat, ut prefatus dominus episcopus propter servitium totius regni in episcopum Transsilvaniensem per Suam Maiestatem procreetur. In reliquo... Datum ex Zamosfalva feria 3. post festum sancti Stephani Regis anno 1542.

Wolffgangus de Bethlen etc.

Kívül: Magnifico Domino Francisco de Kend, consiliario Reginalis Maiestatis, domino fratri et amico nobis observando.

Egy negyedív papir egyik oldalán, barnaviasz zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. VIII. 49.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

69.

Szamosfalva, 1542 augusztus 25.

Mykola László és társai egy Kendi Ferenczhez intézett levélben felkérik őt, hogy az ország és Kecsethi Márton veszprémi püspök nehéz ügyében hozzá küldött emberüknek, Gyulai Mihálynak teljes hitelt adjon abban, a mit nevükben elő fog adni, és az ügyekei bölcs belátása szerint intézze el.

Magnifice Domine et frater... In negotiis arduis regni et reverendissimi domini Martini Keschety, episcopi Wesprimiensis, misimus ad Vestram Magnificam Dominationem hunc egregium Michaelem Gyulay, medio cuius Vestre M. D. serio nunciavimus. Rogamus itaque Vestram D. M. ut quitquid prefatus amicus noster Vestre D. M. nomine nostro retulerit, id totum fide indubia credere velit ac in illis negotiis iuxta suam prudentiam omnem diligentiam adhibeat, quod nos Vestre D. M. omni humanitatis studio regratiare volumus. Quem Deus optimus, maximus conservet felicissime. Datum ex Zamosfalwa 25 Augusti anno 1542.

Ladislaus Mykola, Vicelocumtenens regius in regno Transsilvanie.
Ladislaus et Nicolaus Bamffy (!) *de Losoncz.*
Martinus de Gerend.
Michael et Antonius de Kend.
Wolffgangus de Harynna.
Bernaldus et Gabriel Bamfy de Mogyoro.
Nicolaus de Haranglab.
Joannes Tabyassy de Eczel.
Joannes Kechethy.
Joannes de Gywla.
Joannes et Benedictus Sewkesd.
Joannes et Blasius Was de Chege.
Andreas Zenthpaly.
Petrus et Joannes Kemen.
Nicolaus de Omboz.
Sigismundus Weres.
Jacobus et Joannes de Warfalwa.
Ladislaus de Kozarwar.
Stephanus de Bogath.
Bartholomeus et Ladislaus Makray.

Kívül: Magnifico Domino Francisco de Kend etc. domino et fratri nostro observandissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, egészen egy írás, a fentebbi, VIII. 49. sz. a. levél írójának tollából; zárlatán három, barnaviasz gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. VIII. 59.*

Közli: Bunyitay Vincze.

70.

Segősd, 1542 augusztus 30.

Péter, volt bajcsi pálos helyettes perjel kéri a baranyaszentlászlai helyettes-perjelt, hogy bélelt ruhát küldjön neki. Jelenti, hogy a toldi kolostorba megy lakni.

Praemissa oracione divina ac sui ipsius commendacione. Venerabilis pater vicarie, ex quo hactenus ad partes nostras Eadem venire distullit, super re ipsa videlicet pelliceo, super quo Eandem quam vehementer rogaveram, sum incertus. Iterum presentibus v. Eandem v.(enerabilem) p.(aternitatem) rogo, ne absque pelliceo caream, quum non ulterius absque merore quidpiam habeam. Eademque curam solertissimam habere dignetur, nam dietim frigora augebuntur, et quia nos de Baych nolle et velle oportuit abscedere, pro tempore oportet me fieri in Tholdh, et si per nuncium aut per literas notificaverit ipsum pelliceum promptum esse et in manibus vestris fore, aut per me veniam ad vos, aut per aliquem fidelem nostrum precium eiusdem remittere negligam nequaquam, meque eidem commendo. Insuper venerabili patri vicario istius cenobii nomine meo in divinis oracionibus commendantes, tanquam patri meo unice dilecto Eandemque cum suis fratribus et una[cum] v. p. valere opto et credat p. v. v. me super precio ipsius preliminati pellicei contentare, quibus me in Jesu Christo commendo. Datum ex Seegesth feria quarta inter octavas sacratissimi patris mei Augustini episcopi, anno Domini 1542.

Frater Petrus,

qui et vicarius de Baych vester confrater et conservus Ita manu scripta Eadem accipiat.

Kívül: Ad manus venerabilis patris et fratris Petri vicarii in Sancto Ladislao in Baronya dentur, tanquam confratris dilectissimi.

Eredetije papiron, kívül töredékes rányomott gyűrűs pecséttel. Országos Levéltár: Acta Paulinum 132. csomó.

Közli: Iványi Béla.

71.

Bécs, 1542 augusztus 31.

A fejérvári prépost értesíti a győri püspököt a király Bécsbe érkezéséről, továbbá a kalocsai érsek és Serédy Gáspár összeütközéséről.

Reverendissime domine, mihi observandissime. Salutem et serviciorum commendacionem. Vani fuere rumores illi, quos de reditu regis heri scripsi. Rediit hac nocte hora duodecima, ad quem visendum iam nunc aulam ingredior. Heri gravis et admodum iniuriosa concertacio accidit, presente domino Sigismundo àb Herbestainer inter reverendissimum dominum Colocensem et Casparum Seredy, ille hunc raptorem latronemque esse dixit, hic vero falsum hunc dicere respondit, multa huius generis alia convicia sunt invicem iactata, ut superasse visum mihi est impudicarum muliercularum oblatratus etc. Coram plura. Servet Deus d. v. incolumen. Datum Vienne, ultima Augusti, anno Domini 1542.

Servitor Albensis prepositus.

Kívül: Reverendissimo domino Francisco episcopo Jauriensi, domino observandissimo.

Eredetije papiron, papírba nyomott gyűrűs, gennás zárópecséttel. Országos Levéltár: Missilisek, P. 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

72.

Kolozsvár (Claudiopolis), 1543 augusztus 31.

Enyedi Adorján, erdélyi püspöki helytartó bizonyítja, hogy Deés városa és a deési Mária Magdolna-kápolna igazgatója, István, az előtte folyt pert abbanhagyták. A kápolna-igazgató kötelezte magát, hogy a kápolna szőlleiből járó adókat a városnak megadja.

Adrianus de Enyed vicarius Albensis Transilvaniensis testatur conventionem litis intermedio initam, vi cuius Stephanus rector capelle s. Marie Magdalene in oppido Deés fundatae semet obligat ad tributa oppido Deésiensi ex vineis rectoratus sui debita reddenda.

Néhai Torma Károly kivonata a Deés város levéltárában 153. sz. a. volt eredetijéről.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

73.

Kelet nélkül (1542) augusztus.

A szepesi prépost ellen emelt vádaknak hosszú sorozata, melyet azon kéréssel terjesztenek a király elé, hogy vizsgáltassa meg azokat s a bűnöst büntesse meg.

Clementissime Rex. Pudet quidem me pietas Maiestatis Vestre S. aures ac optimum eiusdem Maiestatis V. S. animum turpibus prepositi Scepuciensis sceleribus offendere; sed cum ea publice agat, neque Dei, neque hominum reverentiam apud se existimans, scandalumque maximum cum honestissimo femineo sexui, pariterque et viris in hiis hic partibus prebeat, pertinet ad me, ut ego Maiestati V. S. id notum faciam. Ad Maiestatem V. S. pertinet tanquam ad supremum pastorem gregis a Domino Deo commisse hiis prospicere, qui oviculas Domini offendunt et periclitant.

Que et quanta manifestissima scandala ille tot annis egerit, de illis facile enim Maiestas V. S. (si impigrum pastorem gregis Domini agere voluerit) ea inquiret et inquisita resciret; recentia tantum et que continuo fiunt Maiestati V. S. recito.

Nuper in nundinis civitatis Levczoviensis plenus vino ac crapula cum suis similibus ac cum adulteris mulieribus ac meretricum grege, media die, incensis cereis, cantaros mero plenos cum ciatis circumferens spaciabatur, impudentissimos tum complexus, coreas et id genus nefanda adinstar processionum peragens, cum maximo spectantium ac maledicentium ordini spirituali scandalo.

Item puellas fere infinitas omni anno colonorum et quorum potest, tum muneribus, cum diabolicis fraudibus ac artibus pellicit ac deflorat, tandem acsi honestissimas rusticis ac servitoribus suis desponsat, celeberrima convivia et sumptuosa, scandalosissimaque illis inhonestis mulieribus faciendo.

Item fere omni mense, imo ut verius dicam, fere omni septimana in curribus facit sibi ex Cracovia et ex Polonia (precise enim in metis Polonorum in castro illi per dominum Laski oppignorato habitat) novas greges meretricum adduci, veteres relegando, et ex nobili illa domo fecit speluncam latronum et ignobile lupanar.

Item, cum illi sumptus ad inhonestissimas dotes meretricum suarum ac ad suas luxoriosas illecebras abest, tunc ubi apud

plebanos et sacerdotes ditionis sue sentit aliquid substantie: illico eos iniustissime captivat, in carcerem iniicit, taxat et emungit usque ad sanguinem; uti hoc bono viro plebano meo ex Lomnicza nuper fecit, quem tribus diebus adeo fame in carcere pressit, quousque illi centum aureos et quinquaginta solvebat, et quod miser ille plebanus (qui vir dignus et doctus est) ab annis multis sudore suo corroserat, ille trium dierum carcere iniustissime ab eo exegit et emunxit.

Non presbyteri, sed tyranni, non prepositi, sed potius carnificis hic vitam ducit, et non secus, acsi secularis iudex esset, facit homines decollari, suspendi etc. id genus suppliciis affici; nec mirum est, quod heretici in tantum clamant contra statum spiritualem, propter quorum scandala finaliter Deus puniet mundum.

Multa essent de illo scribenda, que Maiestai V. pro suo regali officio faciat inquiri de illo, illumque uti addecet, cohercere a talibus scandalis. Commiserat Maiestas V. S. olim domino illum captivandum, et sunt Maiestatis V. Sacratissime litere apud me de illius captivatione, nam id dominus Laski propter suam in Turciam profectionem prestare non poterat, itaque literas apud me Maiestatis Vestre reliquerat; conquestus enim fuit Maiestati V. S. dominus Laski de illo, quod insidias vite ipsius pararet, latrones in viis, in condensis silvarum in ipsum dominum Laski subordinando, et querela olim domini Laski contra hunc prepositum coram Maiestate V. S. fuit vera et iusta.

Egyszerű, de egykorú másolat kelet és aláírás nélkül, Loboczky Mátyásnak Krakóból 1542 augusztus 24-én Ferdinánd királyhoz írt leveléhez mellékelve, a mely levélben ezen másolat mellékelését nem említi ugyan, de említi mellékelését egy másik másolatnak (Izabella királyné levele), mely szintén itt van s mely a fentebbi másolattal együtt ugyanegy kéznek írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. VIII. Nr. 53.* — Hogy tulajdonképen nem másolat, hanem Loboczkynak levele valamelyik iródeákja kezétől: igazolja *u. i. IX. 10.* számú oklevél.

Közli: Bunyitay Vincze.

74.

Bécs, 1542 szeptember 7.

Ferdinánd király a pozsonyi tanácsot, mely egy rendjét elhagyott szerzetest predikátornak fogadott fel s egy hajadont arra kényszerített, hogy hozzá nőül menjen, Bécsbe ad audiendum maga elé idézi.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemiae etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae etc.

Prudentes et circumspecti fideles dilecti. Ex fidelium nostrorum certa narratione accepimus, vos quendam deserti ordinis monachum, prius deposito habitu tandem uxore ducta, verbi divini praedicatorem adduxisse, quod coniugium etiam virgine illa nolente contigit. Vos enim minis et aliis terriculamentis adactam illi apostatae conjunxistis, quod quam contrarium sit veteri Ecclesiae instituto, et quam haeresim redoleat talis vestra praesumptio, facile quivis iudicare poterit. Nobis autem ex regiae celsitudinis munere id non ferendum incubuit, ut quisque sua temeritate ductus, antiquis Ecclesiae institutis illudat. Proinde vobis sub poena indignationis nostrae firmiter mandamus, ut confestim visis presentibus, rationem temeritatis et facti reddituri, huc ad nos venire debeatis, secus praemissae poenae sub animadversione non facturi. Datum Viennae, septima die Septembr. Anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Ferdinandus mp. *Jo. praepositus in Lélez.*

Czím: Prudentibus et circumspectis Judici ac Juratis ceterisque universis civibus civitatis nostrae Posoniensis fidelibus dilectis.

Eredetije papiron, zárlatán a nagy királyi pecséttel, Pozsony szab. kir. város levéltárában. Lad. 38., fasc. 1. nr. 87. A czimzés alatt egykorú kézírással a következők olvashatók: presentate in festo Exaltationis sancte Crucis. Ao 42. — Közölte *Fabritius* Károly a Történelmi Tár 1881. évf. 248. l.

75.

Szigetvár, 1542 szeptember 10.

Enyingi Török Bálint neje, Pempflinger Katalin megígéri, hogy a kezében levő egyházi javakat visszaadja.

Ego Catherina Pempflÿnger, magnifici domini Valentini Therek de Ennÿng etc., coniux, fateor et recognosco per presentes literas meas, quod cum Sacratissima Rom., Hungarie, Bohemie etc. Regia Majestas, dominus noster clementissimus, ad instantes preces et supplicationes meas, domino et marito meo charissimo, mihi ac liberis et servitoribus nostris omnibus gratiam et clementiam impertire dignata sit, nobisque preterita errata omnia condonaverit, ac remiserit, ut patet in literis gratie sue Majestatis superinde datis, ego quoque promisi bona fide, honore et humanitate mea mediante, quod universa monasteria, claustra, et fortalicia, bona et proventus ecclesiarum Dei, dominorumque baronum et nobilium et aliorum

omnium in manibus meis et meorum existentia libere iis, ad quos spectant, aut quibus domini locumtenens et consiliarii jusserint, infra spacium viginti dierum a datis presentibus incipiendo remitto et relaxabo, nec ad illa me in posterum ulla ratione ingero. Castrum Lak cum pertinentiis ad manus magnifici domini Andree de Bathor tanquam communes assignabo, tenendum per eum tamdiu, donec super illo juxta articulos conventus Nouizoliensis juridica cognitio et deliberatio per dominos locumtenentem et consiliarios fiet. Item quoque medietatem arcis Zegligeth cum pertinentiis, Gaspari Lengyel juxta articulos predicti conuentus assignabo, de altera autem medietate eiusdem, quam ex venditione Balthasaris Lengyel bono jure possidere me affirmo, similiter juxta juridicam deliberationem per dictos dominos super ea faciendam me geram, habeboque interim mutuam et pacificam intelligentiam in procuratione ipsius arcis cum dicto Gaspare Lengyel, ita ut illi damnum vel iniuria non continget. In remissione autem arcium Hunyad et Csorgó ad requisitionem illorum, qui in ipsis arcibus jus pretendunt, tempore celebrationis judiciorum juri stabo, et quicquid jure de illis decretum fuerit, observabo. Et a modo in posterum, dominus et maritus meus charissimus, et liberi ac servitores mei, in omnibus nos tanquam fideles et obedientes subditi Regie Majestatis geremus, Majestatem suam pro vero et legittimo, coronato rege Hungarie recognoscentes, nec fideles ipsius quoscunque in bonis vel rebus ipsorum aut personis ullo modo impedientes. Ad que omnia et singula premissa me modo predicto, fide honore et humanitate mea mediante obligo et obligatam esse volo, harum literarum vigore et testimonio mediante.

Datum in arce nostra Zÿgeth die decima Septembris, Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Kívül: 1542.

Copia obligatoriarum consortis Valentini Theöreök super bonis Ecclesìasticis, ittem Chwrgo et Zÿgliget Ferdinando regi factarum.

Eredetije a herczeg Eszterházyak kismartoni levéltárában. Rep. 45. nr. 137.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

76.

Bécs, 1542 szeptember 11.

A velenczei követ jelentése a signoriához. Az egri püspök mindenkép reá akarja birni Ferdinánd királyt, hogy Esztergomba menjen a magyar ügyek rendezése végett; azt állítja, hogy ha nem megy le s húsz főurat le nem fejeztet, soha sem lesz igazi, sem látszólagos magyar király, holott a vétkesek kivégeztetése által az országot is megmenti. Az egri püspök ezt természetesen azért teszi, hogy a Perényi Péter által elfoglalt egri püspökséget visszaszerezhesse. A követ értesülése szerint Ferdinánd nem megy ez idő szerint Magyarországba, csak csapatokat küld oda s a szigorú igazságszolgáltatást akkorra hagyja, ha majd föltétlen ura lesz az országnak. A követ úgy véli, hogy az egri püspöknek addig is valami spanyol beneficiumot fognak adni.

Orator Venetus nuntiat reipublicae episcopum Agriensem omni conatu persuadere velle Ferdinando regi, ut ad disponendas res Ungaricas Strigonium se conferat. Asserit enim episcopus, nisi descendat et viginti proceres capite plectatur, nunquam erit neque specie neque re rex Ungariae, dum per extinctionem perversorum regnum liberet. Agriensis utique ideo hoc consulit, ut episcopatum Agriensem per Petrum Perényi occupatum recuperare possit. Ferdinandus tamen hic et nunc minime descendit in Ungariam, sed tantum copias mittit et rigorem iustitiae tunc ostendere vult, cum totum regnum in manu teneat. Orator putat, episcopo Agriensi interim aliquod beneficium in Hispania conferri.

Óváry Lipót: A Magyar Tudományos Akadémia történelmi bizottságának oklevélmásolatai. II. füzet. 85. l.

77.

Pécs, 1542 szeptember 19.

Alsólendvai Bánffy István kéri a veszprémi püspököt, hogy a szepetneki kerületnek tőle kibérelt, de Nádasdy Tamástól elszedett tizedeit adassa vissza.

Reverendissime domine et amice nobis honorandissime, salutem et nostram commendacionem. Bene constare poterit vestre R. d., quomodo nos decimas nonnullas cum frugum tum eciam vini in arenda ab eadem emimus. Magnificus itaque dominus Thomas de Nadasd decimas cutelli Zepethnekiensis frugum cum officialibus suis pro se accipere fecit, decimas quoque vini niteretur pro se velle percipere. Ideo rogamus v. R. d. quattenus velit laborare apud dictum dominum Nadasdi atque alios dominos plures, ut nobis dictas decimas acceptas plenarie restituere faceret, utque in decimis vini se officialesque suos ne ingerat, sed eas nobis percipiendas sinat. Quod restat V. R. d. valere cupimus. Datum Quinqueecclesiis 19. Septembris 1542.

Stephanus Banffy de Alsolyndwa,
comitatuum Zaladiensis et perpetuus de
Werewcze comes etc.

Kívül: Reverendissimo domino Martino de Keweczed (!) episcopo Wesprimiensi etc. domino et amico nobis observandissimo.

Más kézzel: Paria literarum domini Stephani Banffy.

Eredetije papiron. Országos Levéltár: Eccl. Cameral. fasc. 19. nr. 40.

Közli: Iványi Béla.

78.

1542 szeptember 22.

Ferdinánd király megparancsolja Székesfejérvár városának, hogy a Jánoslovagoktól elvett házat visszaadják és az okozott károkat megtérítsék.

Mandatum Ferdinandi I. ad civitatem Albaregalensem, ut conventui Cruciferorum ablatam domum restituat et illatas iniurias compenset.

Oklevél-kivonat *Kovachich:* Formulae solennes styli in cancellaria etc. regni Hungariae olim usitati. Pesthini, MDCCXCIX. pag. LXXX. nr. 302.

79.

Bécs, 1542 szeptember 26.

I. Ferdinánd király tudatja a somogyvári apátság alattvalóival, hogy az apátságot Pereghy Albert kamarai elnöknek adta s megparancsolja, hogy az apátság jövedelmeit Pereghynek adják át.

Ferdinandus Hungarie etc. Rex, judicibus, iuratis ceterisque civibus et incolis oppidi Somoghwar, aliarumque possessionum ad abbaciam Sancti Egidii de Simigio pertinentium ubilibet et in quibuscunque comitatibus regni istius nostri Hungarie commorantibus salutem et graciam. Scire vos volumus, quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri venerabilis Alberti de Peregh, prepositi Quinqueecclesiensis et Sancti Nicolai Albensis, consiliarii nostri ac prefecti camere nostre Hungarice, dictam abbaciam Simigiensem, cum omnibus bonis, iurisdicionibus, possessionibus porcionibusque possessionariis ac aliis omnibus emolumentis, ad eandem de iure pertinentibus, eidem Alberto preposito contulisse. Mandamus iccirco (!) vobis omnibus generaliter, ut a modo deinceps dictum Albertum prepositum et neminem alium pro vestro legittimo domino tenere et recognoscere, et uni sibi debita observantia parere debeatis, proventusque vestros annuos et legittimos eidem vel homini suo, per eum constituto detis et administretis. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum

Vienne, vigesima sexta Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Ferdinandus. *Joannes,*
prepositus in Lelez.

Eredetije papiron, alul rányomott vörösviasz némi töredékével. Országos Levéltár: Actorum Eccl. Cameralium fasc. 68. nr. 43.

Közli: Iványi Béla.

80.

1542 szeptember 27.

Medici János pápai biztos Farnese biborosnak írja: Ma előnyomultunk és egy mértföldnyire vagyunk Pesttől, a hol határozatba ment, hogy mindent el fogunk követni annak megvételére. Adja Isten, hogy sikerüljön. Ha mindenki megteszi a maga kötelességét, nem kell attól tartani, hogy a siker elmarad. Ma hadseregünk elfoglalta a Margitszigetet, daczára annak, hogy az Ó-Budán rejtőző ellenséges tüzérség folytonosan lövöldözött.

Utóirat. Ezen az éjjelen a németek folyton ezt kiáltották: «Gelten, Gelten» és pénzt követeltek; különben is sok a pártoskodás és baj a birodalmi hadseregben.

Joannes Medici cardinali Farnese nuntiat, exercitum christianum iam oppido Pest approximasse et uno milliari tantum abesse. Deliberatum est, hoc oppidum omni conatu expugnare. Christiani hodie insulam beatae Margaritae occuparunt, quamvis Turcae Vetero-Budae latitantes continuo ictibus bombardarum eos impetebant. — Milites Germani nocte praeterita semper «Gelten, Gelten» clamitabant et pecuniam postulabant. In exercitu imperiali dissidia plurima vigent.

Pármai állami levéltár: Carteggio Farnesiano. 1542. III.

Közli: Kollányi Ferencz.

81.

Bazin vára, 1542 szeptember 29.

Szentgyörgyi Kristóf gróf Nádasdy Tamást értesíti, hogy Salm Erzsébetet eljegyezte s meghívja Bécsben október 22-én tartandó menyegzőjére.

Magnifice domine et amice nobis observandissime, post salutem et serviciorum nostrorum solitam commendationem. Nolumus Eandem ignorare, nobis generosam virginem Elizabeth comitissam natam a Salm. deponsatam esse et celebraturi sumus nuptias Deo optimo maximo authore dominica vigesima post Trinitatis, hoc est XXII die mensis Octobris, Vienne. Quapropter Eandem diligenter rogamus, ne gravetur sua presencia celebritatem nuptiarum nostrarum decorare. Hoc erga magnificam d. v. omni amicicia

reservire studebimus, quam feliciter valere optamus. Datum in castro nostro Bozyn in festo divi Michaelis archangeli, anno etc. 1542.

Christophorus comes a Sancto Georgio et Bozyn etc.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd etc. domino et amico nobis plurimum observando.

Eredetije papiron, gyűrűs zárópecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek S. 5. csomójában.

Közli: Iványi Béla.

82.

Bécs, 1542 október 3.

Ferdinánd biztosítja Fráter Györgyöt, hogy a váczi püspökséget és Nagybányát el nem veszi tőle, míg a 10—10 ezer forint zálogösszeget le nem fizeti.

Ferdinandus etc. Recognoscimus, quod cum reverendus, devotus, fidelis, sincere nobis dilectus Frater Georgius episcopus Varadiensis nos humiliter requisiverit, ut illum in inscriptionibus super Wacia et Rivula (!) Dominarum... manutenere, simul et nova desuper privilegia, et litteras, eo quod priores universae Budae periissent, illi dare dignaremur. Nos itaque... promittimus... quod ipsum in iam dictis inscriptionibus impignaritionibusque super episcopatu Waciensi et Rivula (!) Dominorum conservabimus, tuebimur et defendemus, neque permittemus, ut antequam decem millia florinorum (!) hungaricalium pro Wacia et totidem pro Rivula (!) Dominarum restituta ei fuerint, teneatur aut cogatur iuri suo cedere... Datum Viennae die tertia Octobris 1542.

A bécsi cs. és kir. állami levéltárból közölve. Történelmi Tár. 1878. 270.

83.

Bécs, 1542 október 5.

Ferdinánd utasítja követeit: Révay Ferenczet és Bornemissza Pált, hogy Báthory Andrást és Fráter Györgyöt nyugtassák meg Perényi Péter elfogatása felől.

Ferdinandus etc.

Instructio de iis rebus, quas res magnificus Franciscus de Rewa personalis praesentiae nostrae in iudiciis in regno nostro Hungariae locumtenens et consiliarius noster necnon egregius

Paulus Bornemissa secretarius et oratores nostri, fideles, nobis dilecti, tum apud reverendum devotum Fratrem Georgium episcopum Varadiensem etc. tum apud magnificum Andream de Bathor, fideles nobis dilectos, nostro nomine coniunctim vel divisim agere et tractare debent.

In primis recta se ad ipsum Andream Bathori... conferant...

Deinde vero referant... Nos id consilii coepisse, ut exquo praefatum reverendum Fratrem Georgium episcopum Varadiensem in locumtenentem nostrum in regno nostro Transsylvaniae constituere in animo habemus, hunc ipsum Andream Bathory ceu alterum collegam et locumtenentem adiungeremus.

— — — — — — — — — — — — — — —

Caeterum postquam a regnicolis Transsylvaniae numerus gentium adminus circiter mille pedites et mille equites pro nunc petitus sit... pro conductione eiusmodi gentium solvendisque stipendiis, quibus sustineantur, donec in regno futuris aliter ipsis de certa solutione provideri queat et pacta ex taxis et proventibus introitibusque regni (!), cogitavimus interim parandae pecuniae eum modum ad manum esse posse, ut de capitulo Varadiensi quanta haberi queat summa, necnon a magnifico Benedicto Bayoni similiter de pecunia illa, quam penes se habet, recipiatur...

Datum Viennae 15 Octobris 1542.

Postscripta. Cum intellexerimus illum ipsum Andream de Bathor et nonnullos alios ex eo, quod Petrum Perenny et capi et in custodia teneri iussimus, ex castris nostris quasi metu quodam impulsos proximis diebus discessisse; debent dicti oratores nostri hoc sibi nomine nostro confidenter declarare, quod licet dictum Petrum Perenny et arrestari et captivari feceramus idque propterea, quod confoederationem quandam tum contra nos uti legitimum regem Hungariae tum in perniciem ipsius regni et consequenter totius christianitatis inire et multa alia manifesta crimina contra officium suum et debitum fidelitatis suae, prout fidedigna relatione accepimus, perpetrare et machinare ausus sit; tamen nunquam in animo habuisse et ne cogitasse quidem praeter hunc solum aliquem alium ob eam causam captivari facere. Et quamvis ipsum quoque Andream Bathory de istiusmodi confoederatione intelligentiam aliquam habuisse perlatum sit ad nos, tamen hoc e diverso nobis exploratissimum esse, quod nonnisi invitus et illibenti prorsus animo ei se conspirationi immisceri passus sit atque adeo desiderasse, ut illum per litteras nostras ab hac confoederatione revoca-

remus, in quam nonnisi sub falso quodam praetextu boni publici et commodi nostri per dictum Petrum Pereny inductus fuerat...

Ubi autem venerint ad episcopum Varadiensem, tunc illi quoque confidenter verbis nostris ostendant causam illam, quamobrem Petrum Pereny et capiendum et in custodia tenendum curaverimus, ut ne suspicetur nos immerito ad hoc factum condescendisse, ad quod nos ipsa atrocitas rei et plurima illius Pereny facinora perpulissent.

Datum Viennae 17. Octobris 1542.

A bécsi cs. és kir. állami levéltárból közölve. Történelmi Tár. 1878. 506—11.

84.

1542 október 5.

Medici Farnese bibornoknak. Tegnap és ma 41 ágyu dörgött és ma a 23. óra táján kezdetét vette a roham; azonban szerencsétlenségünkre visszaszorították. Nekem nincs reményem, hogy valami eredményt fogunk elérhetni, mert az első rohamunkat visszaverték, a mi az ellenségbe új bátorságot öntött, a mi embereinket pedig lehangolta. A segítség reménye mindenkiben él. A legtevékenyebbek az olaszok voltak, daczára, hogy a legtöbb pénzzel nekik tartoznak.

Joannes Medici cardinali Farnese scribit de infelici exitu impetus ad oppidum Pest expugnandum instituti. 41 bombardis munitiones quatiebant et 23-a (3-a pomeridiana) impetus inceptus est, sed repulsus. Itali acerrime pugnabant, quamvis illis restarent plurima stipendia insoluta. Non est ulterius spes aliquid efficiendi, quia infelix exitus christianis alacritatem ademit, inimicus vero animum addidit.

Pármai állami levéltár: Carteggio Farnesiano. 1542. III.

Közli: Kollányi Ferencz.

85.

Bécs, 1542 október 5.

Ferdinánd király meghagyja Verner Györgynek és Eck Bálintnak, hogy őt a bevádolt szepesi prépost erkölcsi magaviseletéről gondos vizsgálat nyomán értesítsék.

Ferdinandus etc. Egregii fideles dilecti. Cuiusmodi querele et accusationes in prepositum Scepusiensem paucis ante diebus ad nos delate fuerint, ab exemplo hisce literis incluso facile intelligetis. Recordamur, quondam de eiusdem prepositi intemperante vita culpabilibusque moribus iam dudum ad aures nostras simile quoddam pervenisse. Quare vobis iniungimus ut habita mox diligenti inquisitione de dicti prepositi vitiosis gestis nos clarius edo-

cendos curetis, Nostram in eo expressam exequuturi voluntatem. Datum Vienne quinta Octobris 1542.

Felül: Georgio Vernero et Valentino Eggio.

Fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 15.* Közli: Bunyitay Vincze.

86.

Gyulafehérvár, 1542 október 11.

Perembsky Péternek, Izabella királynő titkárának leveléből. Az erdélyi püspöki javakról Statileo halála után.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ex episcopatu Maiestas Sua (Izabella) parvam hoc tempore turbulento utilitatem habet. Decimae sunt direptae, censuras ecclesiasticas nemo curat, deputationes multae sunt factae servitoribus reverendissimi quondam domini episcopi. Maiestas etiam Sua nonnullas decimas servitoribus suis condonavit. Mediam partem episcopatus vi occupavit dominus Caspar Dragffy, et nemo est qui vel contradicat vel rursus eodem modo repetat. Id quod dominus Thesaurarius (Frater Georgius) praestare posset, sed mavult servire sibi, quam aliis. Petrus More, reverendissimi quondam episcopi servitor primarius, possidet titulo pignoris castra duo episcopalia, quae dimittere non vult, nisi illi plenaria solutio fiat, et debentur illi decem millia florenorum etc.

Óváry L.: III. Pál pápa és Farnese S. bibornok diplom. levelezései. 150. l.

87.

Alsó-Lendva, 1642 október 15.

Lendvai Bánffy Lászlóné, Keglevich Anna végrendelete. Gondoskodik a lelke nyugalmáért mondandó misékről.

Magnifica domina Anna Keglewith de Buzyn, consors magnifici domini Ladislai Banffy de Alsow-Lendva testamentum condit: «Primo commendasset animam suam Deo omnipotenti eiusque Genitrici, pie virgini, Marie, ac toti celesti curie, corpus vero suum in claustro fratrum oppidi Zemenÿe vocati sepeliendum, de rebus autem et bonis sibi a Deo optimo maximo collatis legasset ad sepulture sue funeralis peractionem florenos centum et quinquaginta, de quibus honorabili domino Michaeli plebano ecclesie in Bewlcz fundate, alias vicearchidiacono sancte Clare, pro fatigis (!) et expensis profecturo ad petitionem suam singularem ad eccle-

siam beate Mariae virginis de Loreto ac missis per ipsum inibi celebrandis legasset florenos viginti quinque...

Item eundem dominum Ladislaum Banffy, dominum maritum suum charissimum rogasset pro Dei optimi maximi amore eiusque Genitricis virginis Marie, quatenus de eisdem rebus suis eidem per eum modo premisso legatis et relictis, in bonis suis, ubi competentius fore visum fuerit, velit missam unam perpetuo pro refrigerio animarum prefati condam domini Gasparis Ernusth (de Chakthornÿa) prioris domini mariti sui ac parentum eiusdem insuper et sue celebrandam ordinare. Item dicto claustro in Zemenÿe fundato pro indumento celebrandarum missarum legasset vestes duas suas unam de wonth aranÿ factam, aliam subbam hermellinam athlasio zederÿes tectam similiter pro indumento parando...

Presentibus... Michaele plebano in Bewlcz aliter in Lethenye confessore suo, Petro Zalay de Apathy... Petro Loranth de Zagorhÿda provisore et castellano castri Also-Lÿndwa... dominabus Clara condam Joannis Kupynczÿ et Dorothea Bochkay condam Francisci Keczzer de Radwan egregiorum relictis...» Datum in Also-Lÿndva dioecesis Zagrabiensis Dominica proxima ante festum beati Luce... a. 1542.

Fogalmazvány a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litteralia instrumenta. fasc. 5. nr. 49.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

88.

1542 október 16.

Medici Farnese bibornoknak. Visszavonultunk ide, Esztergomba, a hol a hadsereg létszáma folyton apad, és azt gondolom, nemsokára teljesen feloszlik; itt folyik a tanácskozás a teendők felett és hogy mily őrséget kellene elhelyezni a török szomszédságokban levő helyeken. Rövid időn belül látni fogjuk, miben történik megállapodás és akkor értesítést küldök. Letartóztatták és egy várban fogva tartják Perényi Pétert, a kiről azt mondják, hogy úgy gazdagság, mint származásra nézve Magyarország első embere. A király fogatta el azon ürügy alatt, hogy a törökkel van összeköttetésben és hogy ő játszotta kezére az egri püspökséget. Mikor a szerencsétlenség történt, az olasz csapat állott őrt azon a helyen és most ki fog tünni, hogy ezt a veszteséget az olaszok okozták-e, avagy a magyarok gonoszsága, mert mi itt egészen biztosra vesszük, hogy a veszedelemnek a magyarok voltak az okai, hogy elfoglalhassák azt a helyet, nem pedig az olasz őrség, a melynek nem volt alkalma onnan távozni. Ezen visszavonulásunk alkalmával a németek fölégették Váczot és más helyeket; a magyarok pedig raboltak, a hogy tudtak.

Joannes Medici cardinali Farnese nuntiat, exercitum retrocessisse usque Strigonium. Copiae continuo decrescunt et, ut Medici putat, haud multo post

totus exercitus dilabitur. Strigonii consultant, quales custodiae essent ponendae in locis Turcis finitimis. Detinuerunt et in quadam arce captivum tenent Petrum Perényi, quem tum divitiis tum genere primarium virum Hungariae esse dicunt. Rex detineri iussit praetextu conspirationis cum Turcis et quia manus injecit in episcopatum Agriensem. Nunc inquirunt in causas infortunii, utrum Itali vel Hungari calamitatem induxere? Tempore regressus Germani Vacium et alia loca concremassent, Hungari vero, ut-ut poterant, rapiebant.

Pármai állami levéltár: Carteggio Farnesiano. 1542. III.

Közli: Kollányi Ferencz.

89.

Bécs, 1542 október 18.

Ferdinánd király meghagyja a szebenieknek és a hét szász-szék lakosainak, hogy mivel a gyulafehérvári püspökséget összes birtokaival és jövedelmeivel kapitányának, Serédy Gáspárnak engedte át, nevezett püspökség náluk levő folyó jövedelmeit késlekedés nélkül neki szolgáltassák be.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Rex etc. prudentibus et circumspectis magistro civium, iudici regio, villicis, ac iudicibus et iuratis ceterisque civibus ac toti communitati civitatis nostrae Cibiniensis, ac septem sedium Saxonicalium fidelibus dilectis salutem, gratiam regiam et omne bonum. Quoniam nos certis conditionibus episcopatum Albensem Transsylvaniensem una cum omnibus arcibus, fortalitiis, bonisque tam intra quam extra Transsylvaniam existentibus, ac universis et quibuslibet proventibus ad dictum episcopatum de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus magnifico Caspari Seredy, partium superiorum capitaneo nostro possidendum concessimus; fidelitatem igitur vestram harum serie requirimus firmiterque praecipientes committimus et mandamus: quatenus quoslibet et universos legitimos proventus dicti episcopatus presentis anni de medio vestri et bonorum vestrorum, si qui restant adhuc, in specie, perceptos vero proventus per solutionem debite et iuste arendae, ad manus dicti Casparis Seredi vel hominum suorum per ipsum ad id deputatorum, citra omnem moram et tergiversationem administrare et administrari facere debeatis; alioqui dictus Caspar Seredy informationem et facultatem habet a nobis sibi attributam, super illos, qui semel atque iterum per ipsum superinde requisiti fuerint, prefatos legitimos proventus dicti episcopatus recuperandi et recipiendi. Secus nulla ratione facere presumatis. Datum in civitate nostra Vienna die decimaoctava mensis Octobris,

anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, regnorum nostrorum Romani duodecimo, aliorum vero decimo sexto.

Ferdinandus m. p.

Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium
Ad. Carolus, Secr.

Eredetije Nagyszebenben, a szász nemzeti levéltárban, 812. sz. Közölve Dr. G. D. *Teutsch:* Urkundenbuch der evang. Landeskirche A. B. in Siebenbürgen. (Hermannstadt, 1862.) I. 156.

90.

Bécs, 1542 október 18.

Serédy Gáspár kötelezvénye, melyben igéri és megfogadja, hogy a neki a királytól négy évre adományozott erdélyi püspökséget a neki előírt föltételek értelmében lelkiismeretesen fogja kezelni.

Ego Caspar Seredy etc. fateor et recognosco per presentes litteras meas, quod cum Sacratissima Regia Maiestas, Romanorum, Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Sclavonie etc. semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc., dominus meus clementissimus, episcopatum mihi Albensem in Transsylvania cum omnibus pertinentiis et proventibus eiusdem in quatuor annos de hinc consequuturos, adnumerato tamen illis presentis anni curriculo, possidendum et fruendum dedit et assignavit sub certis conditionibus, que in litteris Maiestatis Sue desuper emanatis expresse sunt, quarum quidem litterarum tenor est talis et hic sequitur.

Ferdinandus etc. Quocirca ego idem Caspar Seredy sub fide, humanitate et honore meo in vim iurisiurandi sancte promitto, spondeo, recipio, meque obligo et obstringo per presentes, quod sub pena indignationis Maiestatis Sue omnes et singulas conditiones mihi ac meis officialibus et hominibus a domino meo clementissimo in prefatis Maiestatis Sue litteris prescriptas et impositas in omnibus punctis et clausulis firmiter, inviolate et integre observare, prestare et exequi volo, necnon a meis et dicti episcopatus officialibus per omnia observari, exequi faciam et curabo, omni fraude et dolo in his penitus semotis et postpositis. In cuius rei testimonium et firmiorem securitatem hasce litteras manu mea subscripsi et solito sigillo meo corroboravi. Datum Vienne die 18 Octobris 1542.

Felül: Reversales per Casparem Seredy dande.

Fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 100.*
Közli: Bunyitay Vincze.

91.

Bécs, 1542 október 18.

Ferdinánd király Bornemissza Boldizsárhoz, Valkay Miklóshoz és Káwássy Kristófhoz intézett levelében az iránt intézkedik, hogy az erdélyi püspökség minden ingatlan birtokai és folyó jövedelmei Serédy Gáspárnak adassanak át.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie Bohemie etc. Rex, semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie. Magnifice fidelis dilecte. Quia nos certis conditionibus episcopatum Albensem Transsilvaniensem unacum omnibus arcibus, fortalitiis, bonisque, tam intra quam extra Transsilvaniam existentibus, ac universis et quibuslibet proventibus ad dictum episcopatum de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, magnifico Caspari Seredy, partium superiorum capitaneo nostro possidendum concessimus, proinde fidelitati tue harum serie mandamus, quatenus de universis et quibuslibet proventibus dicti episcopatus huius presentis anni per te vel ex bonis tuis vel aliorum quorumcunque perceptis, si quid restant adhuc, in specie restituendo, de expositis vero per solutionem juste et solite arende satisfaciendo, dictum Casparem Seredy vel homines suas per ipsum ad id deputatos, semota omni occasione, contentari debeas, secus non facturus. Datum Vienne decima octava Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Kívül: Exemplar literarum ad Balthasarem Bornemyzza, Nicolaum Wolkay et Christophorum Kawassy datarum.

Ki nem adott nyilt levélpéldány, pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. X. 79.* Közli: Bunyitay Vincze.

92.

Bécs, 1542 október 19.

Ferdinánd király értesítvén az erdelyi vikáriust és káptalant, hogy az erdélyi püspökséget minden birtokaival és jövedelmeivel ideiglenesen adományozta Serédy Gáspárnak, meghagyja nekik, hogy az isteni tisztelet minden ágát eddigi szokás szerint elvégezni el ne mulasszák, a személyzetben előforduló üresedéseket azok betölthetése végett rögtön feljelentsék.

Ferdinandus etc. Fidelibus nostris venerabilibus et honorabilibus, devotis nobis ecclesie vicario et toti capitulo ecclesie Albensis in regno nostro Transsilvanie salutem, gratiam regiam et omne bonum. Noveritis, quod nos certis de causis adducti

magnifico fideli, nobis dilecto Caspari Seredy, partium superiorum in regno nostro Hungarie capitaneo nostro, episcopatum Albensem ibidem una cum omnibus pertinentiis et proventibus eiusdem usque ad ulteriorem deliberationem et provisionem nostram nomine et loco nostro tenendum et possidendum dedimus, sed cum expressa tamen conditione, ut sese in his, que ad ecclesiam illam spectant nullatenus ingerere aut implicare nihilque penitus immutare aut innovare debeat, prout in litteris per nos desuper emanatis latius continetur. Quocirca vobis et fidelitatibus vestris harum serie firmiter per presentes mandamus, quatenus divinum cultum, officia, ceremonias idque genus alia omnia in dicta ecclesia hactenus et ab antiquo observari et administrari solitas more alias consueto rite, inviolabiliter, indesinenter necnon continuato semper ordine observanda et administranda curare debeatis. Nosque singulo quoque tempore, si qua dignitas, personatus, officium aut prebenda in dicta ecclesia vacaverit ad collationem nostram regiam spectatura, de eo statim et in continenti admoneatis, ut de idoneis personis in locum defunctorum sufficendis providere possimus. Secus ne feceritis. Datum Vienne 19 Octobris 1542.

Felül: Vicario et capitulo ecclesie Albensis in Transsilvania.

Fogalmazat a királyi kanczellariából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 107.*

Közli: Bunyitay Vincze.

93.

Esztergom, 1542 október 19.

Medici Farnese bibornoknak. Ma reggel a birodalmi sereg Bécs felé indul; a király csapatai és mi maradunk, míg ezen helyekről és különösen Esztergomról gondoskodunk stb.

Joannes Medici nuntiat cardinali Farnese, exercitum imperialem hodie versus Viennam iter capere. Regis et Romani Pontificis copiae manent, donec Strigonio et aliis locis bene provideatur.

Pármai állami levéltár: Carteggio Farnesiano. 1542. III.

Közli: Kollányi Ferencz.

94.

Lőcse, 1542 október 22.

Lőcse városának birája és esküdtei Verner György és Eck Bálint által felszólíttatván, irásban adják be a szepesi prépost ellen tett tanuvallomásaikat.

Sacratissima Regia Maiestas, domine, domine clementissime! Ex Sacratissime Majestatis Vestre mandato per egregios dominos Georgium Vernerum, eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre consiliarium et arcis Saros prefectum ac Valentinum Eckium, consulem civitatis Bartffa et proventuum tricesimalium Sacratissime Maiestatis Vestre administratorem etc. vigesima secunda die huius mensis serio pro confessione veritatis in rebus reverendum dominum prepositum Scepusiensem concernentibus requisiti, Maiestatem Vestram Sacratissimam, dominum nostrum clementissimum, de omnibus, que nobis vere constant et in confesso habentur, synceriter ac fideliter pro debita nostra in Sacratissimam Maiestatem Vestram fide ac obedientia duximus hisce presentibus humillime informandam.

Inprimis non inficiandum, eundem in hac Sacratissime Maiestatis Vestre civitate quandam mulierem certos annos fovisse, cumque illa duos liberos procreasse et demum ipsam cuidam servitori suo nuptui tradidisse his retroactis annis.

Quod tamen ad mulierum inhonestarum impudicos amplexus (ut salvo pudore ac pace Sacratissime Maiestatis Vestre loquamur) et gregem scortorum de Cracovia et regno Polonie singulis mensibus aut septimanis per eum adductarum attinet, quid ipse foris in sua arce, que certis hinc miliaribus distat, gesserit rerum, non satis sane nobis exploratum est.

Quantum autem ad eius gesta in nundinis superioribus in hac civitate facta spectat, certum est, quod visus fuerit luce clara accensis facibus ire ex suis edibus in domum cuiusdam amici cum servis suis et aliis quibusdam sibi familiaribus hominibus, non autem cum impudicis mulieribus, quarum oscula et nepharii amplexus nos plane fugiunt, aliis reipublice rebus ac negotiis protunc affatim abundeque satis occupatos.

De pactationibus, incarcerationibus ac emunctionibus plebanorum et sacerdotum suorum informaverunt haud dubie Sacratissimam Maiestatem Vestram persone ecclesiastice, quibus actiones hominis plus quam nobis cognite sunt.

De punicione et occisione hominum aliud sane compertum non habemus, quam quod fures et predones (quorum non pusillus numerus in his partibus assiduo grassatur) tempore disturbiorum tanquam capitaneus nixus fuerit semper pro sua virili exstyrpare ex ditione sua. Alias si quid egerit, tale ignoramus, quandoquidem nos, que ad custodiam et conservationem huius civitatis Sacratissime Maiestatis Vestre faciunt ex reque ac successu reipublice nostre sunt, iugi cure habemus, non curantes interim, quidnam alii atque alii in eorum dicionibus exerceant.

Hec sunt, rex clementissime, que Sacratissimam Maiestatem Vestram in presens latere noluimus, cuius gracie nos, perpetuaque obsequia nostra humillime commendamus. Datum Leutschauie sub communi sigillo nostro die XXII-a dicti mensis Octobris anno Domini millesimo, quingentesimo quadragesimo secundo.

Eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre

fideles humilesque subditi
iudex et iurati totaque respublica civium eiusdem civitatis Leutschouiensis.

Egy ív papir két oldalán, alján piros pecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 126.* Közli: Bunyitay Vincze.

95.

Esztergom, 1542 október 24.

Perényi Péter kéri Vég Antalt, a sárospataki prefectust, hogy az ellene emelt vád alaptalanságának kimutatása végett küldje el a királynak az általa kihirdetett és a megyékhez intézett levelét, meghagyván egyszersmind övéinek, hogy a szepesi prépostság javait a király akarata szerint visszaadják.

Egregie nobis dilecte. Maiestati Regie, domino nostro clementissimo, in hoc accusatus sum, ut ego aliam ligam fecissem cum dominis fratribus meis Andrea de Bathor, Dragfi, Bebek, Homonnensibus, Raskai, quam promulgavimus, quam et ad civitates liberas, quam et ad comitatus misimus, quorum paria, si bene recordor, miseramus et Maiestati Regie, domino nostro clementissimo. Quare volo et committo tibi, ut in specie requiras et ad manus Maiestatis Regie mittas, ex quibus Maiestas sua innocentiam meam intelligere possit. Nihil tale nec per me, nec per alios admissum est, quod esset contra dignitatem Maiestatis sue et honorem nostrum.

Ceterum vult Maiestas sua, ut bona capituli Scepusiensis

remittam; alioquin etiam nolo, ut amplius teneatis; volo, committo tibi sub honore tua, ut sine ulla procastinatione restituas illis.[1]

Ceterum Maiestas sua vult, ut Franciscum Dobo ad manus Maiestatis huc Strigonium mitteretis; quare tibi firmiter committo, ut quitquid Maiestas Regia in eo vobis iniunxerit, aliud facere non audeatis...

Ceterum Maiestas sua repetit a me Agriam, quod (!) non est meum, sed Maiestatis sue; committo, ut castrum sine ulla procastinatione restituant, quemadmodum commisi Nicolao Torma et Warkocy.

Preterea non te latere scio, ut ego patrie et Maiestati Regie servire volens, quibus exactionibus debui meos vexare; committo tibi, ut nulla exactione, nisi iusta, molestetis, nec redemptionem vini, nec aliquod honerosum illis imponatis, vivite ex proventibus.

Si autem aliquis vos molestaverit vel impediverit: Maiestatem Regiam, ut tutorem vestrum et dominum clementissimum, inveniatis; post Maiestatem suam dominum locumtenentem et dominum Andream Bathori, ut in omnibus impedimentis vestris supplicent Maiestati Regie. Dominus enim meus, qui me propter persecutiones super me factas cepit, ipse abet (!) post Deum auctoritatem et liberandi. Ex Strigonio 24 Octobris 1542.

Ceterum ecclesie edificationem non dimittatis, tecturam etiam provideatis. Vale, frater, Domine tue ita serviatis, ut michi; filios meos carissimos custodiatis et discant.

Tuus

Petrus Pereni.

Kívül: Egregio Ambrosio Veg, prefecto Sarospatak nobis dilecto.

Egy félív papirnak mindkét oldalán, hanyag írás, egészen egy kéztől. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 151.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

96.

Esztergom, 1542 október 24.

Perényi Péter Jázy Pál debrei várnagynak megparancsolja, hogy Heves-Szentivánt és Szent-Miklóst, mihelyt e tekintetben a király parancsát veszik, rögtön adja át az egri káptalannak.

Egregie nobis dilecte. Comitto tibi, ut si Maiestas Regia, dominus meus clementissimus ita tibi mandaverit, ut Heves Szent

[1] Ide vonatkozik egy későbbi levelének a következő kifejezése: «*Lizkam* restituatis statim, sicuti commisi». *U. i. XI. 70.*

Ivan et Scent Miclos, quod erat Antonii Paloci, ut (!) capitulo Agriensi des. Committo tibi, ut statim mandato Maiestatis Regie, domino nostro clementissimo satisfaciat. Secus nulla ratione facere audeas. Datis ex Strigonii (!) 24. Octobris 1542.

Petrus de Peren m. p.

Kívül: Egregio nobis dilecto Paulo Jazy (?) castellano Debreuensi nobis dilecto.

Egy nyolczadív papiron, egészen egy kéz hanyag írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 157.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

97.

Esztergom, 1542 október 24.

Perényi Péter szigorúan meghagyja Károlyi Was Mihály siklósi és valpai várkormányzónak, mint fiának, hogy a püspök és a káptalan javait rögtön adja vissza, a törökkel semmi köze ne legyen és teljesen a királytól függjön.

Egregie et tanquam fili dilecte. Committo tibi in quantum vitam meam diligis et in quantum mandatis meis obtemperare cupis, ut bona episcopi et capituli statim restituas, nec secus ulla ratione facere audeas. Ceterum tu scis, fili, ut ego omnia mala potius subessem (!), quam aliquid contra christianitatem fecissem; nullum commercium vobis sit cum Turcis, sed potius... nam, si dominus meus clementissimus propter persecutiones emulorum meorum super me factas morti tradiderit, post Deum adhuc in ipsum sperare volo... totaliter pendeatis a Maiestate sua. Vale, fili. Datis ex castro Strigoniensi 24. Octobris 1542.

Petrus de Peren
propria manu.

Kívül: Egregio Michaeli Was de Karoly prefecto Soclyos et Walpo, tanquam filio dilecto.

Egy félív papir egyik oldalán, egészen egy kéz hanyag írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 154.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

98.

Sopron, 1542 október 25.

N. Márk kéri Nádasdy Tamást, hogy azt a 45 magyar frtnyi összeget, a melyet levéliró Kechethy Márton veszprémi püspöknek bécsi tanuló korában kölcsön adott, bizonyos, a püspököt illető dézsma árából fizesse meg; mert ha Kechethy Erdélybe talál menni püspöknek, pénzét sohasem fogja megkapni.

Spectabilis ac Magnifice Domine, Domine et Benefactor observandissime, servitiorum et mei singularem, perpetuamque commendationem. Intellexi dominam meam comitissam etc. convalescere, quod scit Deus plurimum gratulor; fui per aliquot dies propterea totus tristis. Ceterum, Domine observandissime, dominus Martinus Kechethy, modo episcopus Wesprimiensis, dum adhuc Wienne in studio fuisset, mansit mihi debitor florenis 45 hungaricalibus, quos sua reverendissima dominatio michi aput dominationem V. S. et magnificam ex aliquo precio decimoram deputare scripserat et coram hic in domo preceptoratus cruciferorum similiter promiserat; imo etiam unam vas vini optimi quoque sua D. reverendissima missurum spoponderat. Precor propterea dominationem V. S. et M. quod si eidem domino Wesprimiensi pro aliqua decima tenetur, huiusmodi 45 florenos ad [rationem] prefatorum debitorum reservet; quoniam si continget ipsum dominum Wesprimiensem ingredi Transilvaniam ad episcopatum, nunquam ero solutus. Reliquum est, quod Deus V. S. et M. dominationem cum omnibus suis felicissime conservet, cui me in evum recommendo. Ex Sopronio 25 Octobris 1542.

Vestre S. et Mag. D.

deditissimus cliens

Marcus m. p.

Kívül: Spectabili ac Magnifico Domino Domino Thome de Nadasd etc.

Eredeti, egy negyedív papiron, veres zárópecsét nyomaival. — *Budai országos levéltár: Nádasdy-levéltár: 3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

99.

Késmárk, 1542 október 28.

Loboczky Mátyás figyelmezteti Ferdinánd királyt, hogy a scsavniki apátságot ugyan Péterváradi Balázs deáknak adományozta, de az apátság tizennyolczezer forintban van a Lasky-árváknak beírva; ajánlja az árvákat a király védelmébe.

Sacratissima ac inclita regia Maiestas... Nuper Maiestas v. s. ad temerarias preces cuiusdam Blasii literati donavit eidem abbatiam Sczewnyk, qui etiam obtinuit a Maiestate v. s. literas ad dominum Vernerium, quibus Maiestas v. s. domino Vernerio satis severe precepit, ut illum contra quoscunque possessores abbatie in ipsam abbatiam instituat et nomine Maiestatis v. s. defendat, colonisque illarum pertinentiarum obedientiam omnem ipsi Blasio faciendam precipiat; cum tamen orphani [Laski] super illa abbatia decemocto millia florenorum inscripta habeant... contra Blasium literatum literas ad officiales peto; conspiraverunt contra istos orphanos avari aliqui homines, et nisi singulari gratia Maiestatis vestre protegentur, funditus illos pervertent, nam et potentes sunt et iurium Hungaricorum periti. Datum ex Kiesmark XXVIII. Octobris anno Domini 1542.

Eiusdem Maiestatis v. s.

fidelis ac perpetuus servitor

Mathias Loboczky m. p.

Egy ív papir három oldalán; csak az aláírás Loboczkyé, a többit ugyanaz a kéz írta, mely a szepesi prépost ellen beadott vádakat; zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 159.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

100.

Bártfa, 1542 október 30.

Verner György és Eck Bálint a szepesi prépost ellen vizsgálatra kiküldött királyi biztosok vizsgálatuk eredményét felterjesztik.

Sacratissime rex et domine, domine clementissime.

Servitia mea fidelissima et paratissima quovis loco. Quod Maiestas vestra per literas suas ad quintum Octobris proxime preteriti Vienne datas et ad decimum septimum diem eiusdem mensis ad nos allatas super articulis quibusdam, de quibus prepositus Scepusiensis accusatus est, nobis inquirendum iniunxit, id, qua par est, fide et diligentia exequi conati sumus. Sed quia mihi

Georgio Vernero propter diuturnam et gravissimam infirmitatem meam, que me etiam nunc oppressum tenet, inquisitioni huic interesse non licuit, misi Maiestatis vestre fidelem servitorem et civem iuratum civitatis Bartpha, Seruatium Czebner, qui meis partibus cum collega meo Valentino Ecchio fungeretur. Cum autem nullus appareret locus, in quo hec melius indagari possent, quam Leutschowie, ubi dictus prepositus aliquandiu sedem suam habuit, ac nuper etiam priore domo divendita aliam emit, quo subinde, cum ex arce Donauicz, quam tenet, digreditur, divertere solet, visum est nobis inquisitionem istam ibi potissimum esse faciendam. Itaque post habitum inter nos colloquium de modo et ratione recte faciende huius inquisitionis profecti inquisitores ipsi Leutschoviam ac facta inquisitione inde reversi hec a se gesta atque comperta esse retulerunt.

Primum cum iudicem solum, ut constitutum erat, convenissent, eidemque lectis articulis rem declarassent, mirari idem se dixit, quod hec tam clare tamque aperte ad Maiestatem vestram essent delata, quodam quasi preiudicio significans, ea se aliter non habere. Ceterum, cum idem senatores quosdam ad se vocasset, quibuscum hanc rem communicaret, quanquam iidem primum non diversa a iudicis sermone pro se quisque dixissent, tamen postea semotis inquisitoribus inter se collocuti fassionem et recognitionem suam scripto complexi inquisitoribus ipsis exhibuerunt, quod his literis in specie est adiunctum.

A iudice et senatu itum est ad plebanum eiusdem civitatis, virum integerrimum, qui de ista inquisitione admonitus alium quendam plebanum de oppido Olazzi, Laurentium, virum inter omnes plebanos Scepusienses primarium evocandum curavit, qui de articulis ordine quesiti, hec ad fidem et conscientiam suam fassi sunt.

Primum plebanus ipse Leutschoviensis de factis prepositi in nundinis, quibus alter plebanus non interfuit, asseruit vera esse, que primo articulo continerentur, nisi quod sibi de adulteris et infamibus, que, dum per civitatem incensis cereis spatiaretur, interfuissent, nihil constaret. Quanquam addidit, hoc se scire, quod et alter plebanus confirmavit, quod domi sue, cum Leutschovie esset, inter cenas et per potationes nocturnas casulas aliaque vestimenta sacerdotalia viris ac mulieribus induenda dedisset et in his choreas cum eis duxisset. Ceterum vestimenta aliaque ornamenta ecclesiastica pertinent ad ecclesiam suam Scepusiensem, que partim vendiderit, partim iudeis Cracouie impignoraverit, partim adhuc apud se habeat.

Ad secundum articulum responderunt uterque plebani, palam esse, multas ab eo puellas arte et muneribus circumventas defloratas esse, neque unam tantum, sed multo plures ab eo dotatas et servitoribus suis non sine magno sumptu et apparatu elocatas esse.

Ad tertium articulum responderunt uterque, id quoque palam esse, quod sibi subinde meretrices ex Polonia adducendas curavit, neque aliam ob causam arcem Donawicz, que in ipso limite regni Polonie sita est, pignoris titulo conduxerit, quam ut libidini sue liberius indulgere, et eo plebanos sibi subiectos, ut taxas nullo iure eisdem impositas sibi persolverent, captivos abripere posset. Quin adiecerunt hoc quoque, in curia sua capitulari aliisque in locis, in quibus habitat, multo plures meretrices, quam sacerdotes inveniri.

De quarto articulo hec recognoverunt, eum plebanis suis per districtum Scepusiensem et imprimis viginti quattuor plebanis, quos regales vocant, gravissimas taxas imperare et ab eisdem exigere solitum esse, et ut cetere exactiones particulares per florenos centum, ducentos etc. taceantur, que fuere creberrime etc. eum in anno millesimo quingentesimo tricesimo octavo Thomam Lascanum induxisse, ut sibi daret literas ad dictos viginti quattuor plebanos, nomine Maiestatis vestre taxandos ea lege, ut inter dictum Lascanum et prepositum ea summa taxe communiter divideretur, atque eo pretextu eundem prepositum ab eisdem exigere florenos sexcentos, sed nihil inde Lascano ipsi reddidisse, verum summam totam pro se retinuisse. Novissime item, cum per speciem synodi dictos plebanos convocasset et pecunie summam ab eisdem persolvendam postulasset, captos ab eo esse tres plebanos et in Donawitz abductos, nempe Georgium de Lewbicza, a quo florenos aureos centum quadraginta quinque, Urbanum de Lomnitza, a quo aureos centum, et Thomam de Mülenbach, a quo florenos quadraginta in monetis exegerit, accepta vel potius extorta eisdem fide, quod hec nemini essent dicturi.

Ad ultimum articulum, quod dicerent dicti plebani non habuerunt, nisi quod palam esset, eum multos extremo supplicio mulctandos curasse.

Horum testimonium per omnia confirmatum est a bono et fidele Maiestatis vestre servitore, circumspecto Caspare Mülner, viro spectate fidei et probitatis, qui his gravissimis tempestatibus per multos annos iudicatu dicte civitatis Leutschouie cum summa laude functus est. Et sunt alioqui hec omnia ita publica fama et opinione hominum confirmata, ut pro certissimis et confessis habeantur. Hec sunt sacratissime rex, que in inquisitione nobis

per Maistatem vestram iniuncta per nos a predictis spiritualibus et secularibus personis, que nomina sua hac de re tacita haberi suppliciter rogant, fideliter et diligenter explorata atque comperta sunt. Dominus Deus Maiestatem vestram perpetuo felicem esse sinat. Datum Bartphe penultima die Octobris anno 1528.

Sacratissime Maiestatis vestre

humillimi servitores

Georgius Vernerus.

Valentinus Ecchius.

Kívül: Sacratissime Romanorum Hungarie Boemie etc. regie Maiestati etc. domino nostro clementissimo.

Egy ív papir három oldalán, két piros zárópecséttel. — *Béesi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 131.*

Közli: Bunyitay Vincze.

101.

Nagy-Karád, 1542 október 31.

Péter, a lövöldi kartauziak perjele kéri Nádasdi Tamást, hogy levele átadóját kegyesen meghallgatni és a tőle tudomásul vett ügyet a királynál és a Pozsonyban összegyült rendeknél pártolni sziveskedjék.

Magnifice domine etc. Misi hunc hominem meum, presentium scilicet exhibitorem, in certis quibusdam et quidem arduissimis negotiis meis ad sacram regiam Maiestatem, vel eo absente, ad spectabiles ac magnificos dominos in conventione Posoniensi existentibus, (!) que ex relatu ipsius eadem v. dominatio m. clare intelligere poterit. Supplico igitur Eidem, tanquam domino et fautori fidentissimo atque singularissimo: quatinus velit dictis et relatibus ipsius piam ac copiosam exauditionem et fidem adhibere, partesque suas in rebus meis tum apud regiam Maiestatem, tum dominos magnates interponere, quod eidem in divinis una cum grege cure mee commisso reservire contendam. Quam in reliquo felicissime valere in Christo semper oro. Ex Nagkarad in vigilia Omnium Sanctorum anno eiusdem 1542.

Frater Petrus,

immeritus prior fratrum Cartusiensium in Leweld.

Kívül: Magnifico domino domino Thome de Nadasd etc.

Egy félív papiron, zárópecsét nyomaival. — *Budai országos levéltár:* Nádasdy-levéltár. 3.

Közli: Bunyitay Vincze.

102.

Brassó, 1542 október 3.

Brassóban az ág. ev. egyházközség megalakul és az ág. ev. istentisztelet megkezdődik.

Eodem Anno [1542]. Hat man im Monath October angefangen Ewangelische Mess zu halten in der Croner Kirch, und die Papistische weggeschaft, Gott und seinen heiligen Nahmen zu Ehren. Amen.

Item hat H. Johannes Fux durch den hocherleuchten und rechtgelehrten Mann M. Joannem Honterum die Reformation der Kirchen aufgericht in Burzenland, und in Druck lassen ausgehen.[1] Dieses ist der Königin und Herrn Schatzmeister Frater Georg hart zuwieder, als folgen wird. Gott aber der allmächtige wolle wieder all Toben und Wüthen dies angezündete wahre Licht bey uns und unseren Nachkömligen gnädiglich erhalten und biss in Ewigkeit uns scheinen lassen. Amen.

Ostermayer Jeromos brassai orgonista krónikája. 1520—1561. Kiadta gr. Kemény József: Deutsche Fundgruben der Geschichte Siebenbürgens. Klausenburg, 1839. 1—68. ll.

— — — — — — — — — — — — — — —

(1542). Die 3. Octobris. M. Johannes Honterus auxilio Joh. Fuchsii incipit, benedicente Domino, reformationem missae.

Album Oltardianum. *Trauschenfels,* Deutsche Fundgruben. 13. l.

— — — — — — — — — — — — — — —

1542.) Hoc anno primum abolita est missa papistica in templo cathedrali Coronensi: et inchoata reformatio publica ecclesiae, opera et studio doctissimi viri M. Joannis Honteri: strenue rem adiuvante et promovente piissimo gravissimoque viro dno Johanne Fuchsio, judice Coronensi.

Trausch: Chronicon Fuchsio-Lupino-Oltardinum. I. 53. l.

[1] Cui titulus: Formula Reformationis Ecclesiae Coronensis, et Barcensis totius Provinciae. Coronae, 1542.

103.

Brassó, 1542 november 2.

Brássó-városi és vidéki képviselők az evangelium tisztán hirdetése és a vallásujítás ügyében gyűlést tartanak.

Feria quinta post Omnium Sanctorum pro convocatione provinciae causa evangelii pure praedicandi et religionis hic reformatione asp. 12.

A brassai számadó-könyvekből. — Közölve Archiv d. Vereins für siebenb. Landeskunde. Neue Folge. XIII. 152. l.

104.

Pozsony, 1542 november 9.

A pozsonyi országgyűlésen alkotott törvényczikkelyekből.

Constitutiones conventus Posoniensis pro festo Omnium Sanctorum anno Domini M. C. XLII. celebrati.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus XXVI.

Domini praelati, abbates, praepositi, capitula, conventus, ratione decimarum, bonorumque et personarum suarum, pro futura generali expeditione ea onera, quae in constitutione Novizoliensi expressa sunt, subire debeant.

Articulus XXVII.

Privatarum vero ecclesiarum plebani, altarium et capellarum rectores et aliae personae ecclesiasticae, decimam partem proventuum suorum ad ipsam generalem expeditionem contribuere debeant.[1] Ad taxationem autem huiusmodi contributionis in singulis comitatibus ecclesiasticus quispiam per praelatum dioecesanum eligatur et dicatori regiae Maiestatis adiungatur. Qui quidem ecclesiasticus, regio dicatore praesente, unamquamque personam

[1] Ezen pont a Magyar Nemzeti Múzeum kézirattárában (nr. 517. folio latin) létező kézirati törvény-gyüjteményben így hangzik: «Privatarum vero ecclesiarum plebani, altarium et capellarum rectores, et aliae personae ecclesiasticae beneficia non habentes, decimam partem pecuniarum, rerum item aurearum et argentearum, aliarumque rerum et bonorum mobilium omnium ad ipsam generalem expeditionem contribuere debeant».

ecclesiasticam taxandam, ad conscientiae suae puritatem, de quantitate facultatis suae diligenter interroget, interrogatumque tandem dicator ipse regius fideliter taxare debebit.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus XLVI.

Inscriptiones illas, quas regia Maiestas super castris, castellis ac cunctis bonis et proventibus ecclesiarum Dei ac dominorum per haec tempora fecisset et iuxta constitutionem Novizoliensem in propria persona sua revidere debuisset, prae occupationibus tamen graviorum negotiorum suae Maiestatis cognoscere hactenus minime licuisset, eas itaque omnes inscriptiones Maiestas sua domino locumtenenti et iudicibus regni ordinariis in proximis iudiciis revidenda et adiudicanda committere dignetur, ne per absentiam suae Maiestatis indecisa maneant.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus XLVIII.

Status item et Ordines regni supplicant regiae Maiestati, domino eorum clementissimo, tum domini reverendissimi episcopi Jauriensis, tum Petri Bakith, pariter et relictae ac liberorum quondam Pauli Bakith nomine, dignetur nacta prima occasione, pro arce Sabaria episcopatus Jauriensis, per eius Maiestatem regiam dicto quondam Paulo Bakith et suis praenominatis titulo pignoris inscripta, de iusta aliqua compensatione providere, et per hoc arcem ipsam dicto episcopatui Jauriensi restituere gratiose.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus L.

Item publico nomine supplicant Maiestati regiae in eo, ut quoniam egregius Martinus Musica, alias Lascanus dictus, capitaneus arcis Strigoniensis, in servitiis regiae Maiestatis tum in sua praefectura, tum et dum simplicem duntaxat ageret militem, per hos annos in hoc regno Hungariae praeclara edidit facinora, praecipue autem, cum arx Strigoniensis annis superioribus, duce Ludovico Gritti, longa obsidione premeretur, eamque avunculus eiusdem Martini, Thomas Lascanus, tum eiusdem arcis capitaneus, summa fide et constantia conservavit, idemque Martinus in eadem obsidione ea omnia boni et strenui militis munia obire non dubitavit, quibus tandem, dicto avunculo in servitiis regiae Maiestatis occiso, in eius praefectura ex gratia Maiestatis regiae succedere

meruerit. Eundem igitur Martinum Lascanum, tanquam personam benemeritam, pro suis meritis et virtutibus, bonorum et iurium possessionariorum donatione, in coetum verorum regni Ungariae nobilium Maiestas regia gratiose adsciscere et annumerare dignetur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Kiadva: Decreta, Constitutiones et Articuli Regum inclyti Regni Vngariae. Nagyszombat, 1584. 419—431. ll. — *Fraknói:* Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 436—455. ll.

105.

Kolozsvár, 1542 november 11. után.

Izabella királyné igazolja, hogy a beszterczei és királya-i dekanátus az ú. n. Szent-Márton-illetéket, melyet az országgyűlés a püspökség többi jövedelmeivel neki átengedett, hiány nélkül lefizette.

Isabella Dei gratia regina Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Recognoscimus et fatemur per presentes litteras nostras, quod honorabiles decani et ecclesiarum parochialium plebani decanatus Bistriciensis et Kÿralye (!) censum episcopalem Sancti Martini vocatum, quem nobis domini regnicole cum ceteris episcopatus proventibus deputaverunt, nobis plene et integre more solito restituerunt. De quo ipsos et ecclesiarum parochialium plebanos... liberos facimus et expeditos, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in civitate nostra Coloswariensi. Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Isabella regina m. p.

Eredetije a szászbeszterczei káptalani levéltárban. Közölve *Teutsch:* Urkündenbuch der evang. Landeskirche A. B. in Siebenbürgen. I. 157. l.

106.

Bártfa, 1542 november 12.

Stöckel Lénárd Réwai Ferenczhez. — Tudatja, hogy a Réwaytól ajánlott német protestáns munka lefordítását Melanchthon is helyesli. Igaz ugyan, hogy szerzője a szertartásokból kelleténél többet tart meg; de ezen lim-lomokat — úgymond Melanchthon — megtartandóknak véltük, mert azokat az idő úgyis kiküszöböli.

S. P. D. Magnifice domine mihique imprimis gratiose. Unum est, de quo v. m. certiorem ut facerem, habebam. Cum

dominum Philippum Melanchthonem de libro Marchionis consulerem, propterea, quod videbam eum in cerimoniis retinendis iusto esse superstitiosiorem, his verbis mihi rescripsit. «Gaudeo Marchionis librum a te transferri, propter vestras ecclesias. Nam doctrina in eo recte traditur et cum nostris ecclesiis congruit. Ceremonias autem humanas aliquanto plures, aut studiosius retinet, quam opus est. Sed has ineptias ferendas esse putavimus, quas quidem tempus ipsum emendat.» Hoc iudicium summi viri cum v. m. communicare volui et peto, ut me de suo quoque consilio faciat certiorem, ne ego in rebus non necessariis, vel, ut Philippi verbis utar, in ineptiis transferendis ineptum laborem summam. De prima vero parte, quae in doctrina versatur, fateor me in hac brevitate nihil vidisse integrius. Catechesis vero, quae secunda eius libri pars est, antea extat latine edita. Restabit ergo tertia de cerimoniis, de quibus quid sentiat v. m., expectabo. Eam quam bellissime valere, meque eidem magnopere, ut sum, commendatum esse velim. Bartphae 12. Novemb. Anno 1542.

v. m. obsequentissimus
Leonhardus Stöckel.

Frankl: Réwai J. fiainak iskoláztatása. 61. l.

107.

1542 november 12.

Frangepán Ferencz egri püspök Farnese Sándornak. Nem a szentszék és az irányában érzett ragaszkodásán mult, hogy már régebben nem írt, hiszen hűséges hive volt mindenkor és lesz is. Mert ő nem csupán keresztény, nemcsak szerzetes, hanem püspök is. A nuncius úgyis bőven értesítette őt mindenről; ő neki csak három kérése lenne, a melynek közvetítését óhajtaná Őszentségénél. Az első abban állana, hogy a Szentatya adjon számára felmentvényt úgy a rendes, valamint a rendkívüli böjtök alól, vagyis azoktól is, a melyekre szerzetesvoltánál fogva lenne kötelezve. S ez alól is csak arra az időre, a mikor a podagra kínozza. A másik, hogy ne lenne kötelezve az officium végzésére. A harmadik pedig, a mit legfőképen óhajtana, abban áll, hogy Őszentsége oldozza fel őt minden irregularitas alól, a melyet esetleg magára vont Perényi Péternek és a többi hozzá hasonló lutheránusnak elfogatásakor, a kik az egyháziakat üldözik és az egyházi vagyont kifosztják. Bár némelyek abban a véleményben vannak, hogy erre nem lenne szüksége, mégis óhajtaná lelkiismeretét megnyugtatni. Nem írhat sajátkezüleg a podagra miatt.

Franciscus Frangepán episcopus Agriensis apud Alexandrum Farnese excusat se, quare hucusque non scripserit. Certus enim erat, nuntium Sedi Apostolicae omnia referre. Petit, ut apud Summum Pontificem partes suas interponat ad obtinendam triplicem dispensationem. Dispensari se petit a ieiuniis

tam ordinariis, quam s. Francisci sodalibus propriis, tempore, quo podagra eum vexat. Aliam petit, ne teneatur ad horas canonicas persolvendas. Tertio dispensari se petit ab irregularitate, si quam casu contraxit per detentionem Petri Perényi et aliorum similium Lutheranorum ecclesiasticos viros persequentium et bona ecclesiae diripientium. Multi opinantur, non indigere se ultima hac dispensatione, sed tamen pro consciencia tranquillanda optat et hanc etiam obtinere. Ob podagram propria manu scribere nequit.

Pármai állami levéltár: Carteggio Farnesiano. 1542. III.

Közli: Kollányi Ferencz.

108.

Galgócz, 1542 november 12.

Thurzó Elek értesíti Nádasdy Tamást egészségi állapotáról, Perényi Péter fogságáról és a helytartóságról való lemondásáról.

Magnifice... Ego ita me habeo, ut medicus m(agnificentiae) v(estrae) reliquit, hoc est nihilo meliori sanitate, nulle enim deinde vires accesserunt. Nec celo m. v., quod certe graves curas et anxietates meas captivitas d(omini) Perényi non mediocriter auxit... Hinc est, quod officio locumtenentiae renuntiare cogor... Nescio praeterea, quomodo me habeat, quod Majestas regia citra satisfactionem et recompensationem voluit adimere mihi Scepusium. Quid de ea re d. Colocensis responderit, sed et de d. Perény captivitate poterit m. v. ex Georgio Sibrik et Michaele Mérey intelligere. Sed de his nunc satis... Ex Galgocz 12. die Novembris vesperi anno 1542.

Comes Alexius Thurzo de Bethlenfalva,
judex curiae regiae Majestatis.

Közölve *Pray:* Epistolae Procerum. R. Hung. I. 124—127. l.

109.

Tokaj, 1542 november 15.

Serédy Gáspár értesíti a kalocsai érseket, hogy Perényi Péter neje nem engedte meg a zemplénmegyei tizedszedést, hanem a maga számára szedte be. Drágfy Gáspár sem adta át, Ferdinánd király parancsára sem, az erdélyi püspökségnek kezei közt levő birtokait.

Reverendissime domine, mihi observandissime, post serviciorum meorum commendacionem. Unacum prioribus meis literis miseram dominacioni vestre r. literas consortis domini Petri

Pereny et paria literarum mearum ad ipsam datarum, quid vero novissime scripserit, eiusdem domine literas misi dominacioni vestre reverendissime in specie. Ex hiis itaque intelliget do. v. r. quid faciendum sit, oporteat ne solummodo dominacionem vestram reverendissimam hac de re scribere, vel regie Maiestatis literas mittere. Mihi ettenim, ne decimas quidem oppidi Lyzka integre percipere permiserint, sed veluti anno superiori, eciam hoc presenti anno. Nam et possessionum Olazy, Tholchwa et Erdewbenye dictarum decimas domina ipsa percepit, que non bene scio, utrum ad districtum Lyzka pertineant, vel non. Districtus Zykzo quantum faciat, dominacioni vestre reverendissime constat, quare ipse de omnibus proventibus, iuxta solitam arendam, dominicationis vestre reverendissime, si quos ipse ceperim, vel particulariter, vel in toto dominacionem vestram reverendissimam contentare paratus sum, expectabam solummodo dominum Georgium Vernerium, ut ab ipso intelligerem, quid et quantum a meis officialibus levaverit. Interim tamen scripsi cuidam negociatori, qui nonnunquam mihi, nonnunquam vero ipse illi debeo, ut dominacioni vestre reverendissime florenos trecentos dare debeat. De aliis quoque proventibus dominacionis vestre reverendissime tam in pertinenciis Kewesd, quam aliis locis, vel particulariter vel in toto perceptis, dominacionem vestram reverendissimam iuxta solitam arendam ita contentam reddere volo, uti do. vestra reverendissima in me racione eius nullam conquerendi materiam habere possit, quamprimum ab officialibus meis, quid perceperint et quid non, intelligere possum. Scripsi preterea eciam reverendissimo domino Waradiensi ex parte proventuum et bonorum dominacionis vestre reverendissime, qui in binis quoque suis literis rescripsit mihi, se dominacionem vestram reverendissimam de proventibus dominacionis vestre reverendissime iuxta debitam arendam contentaturum.

Ceterum dominacioni vestre reverendissime ex parte Transsilvanarum rerum scribere supervacaneum duxi, quod per reverendissimum dominum Waradiensem regie Maiestati habunde satis scriptas esse sciam, easdemque etiam dominus Paulus Bornemyzza tam sue Maiestati, quam dominacioni vestre reverendissime affatim exponat. Volui tamen dominacioni vestre reverendissime de domino Caspare Dragffy scribere, quia constat dominacioni vestre reverendissime, quod regia Maiestas episcopatum Transsilvaniensem aliquibus condicionibus possidendum mihi concesserit. Miseram itaque ad illum racione remittendorum bonorum episcopatus, que omnia in Hungaria extra Transsilvaniam habita

ipse possidet, unum consangvineorum meorum Stephanum Seredy, cui nonnisi quarta die illic expectanti, introducto in suum tandem castrum, relacionem fecit, que qualis sit, do. v. r. iudicet. Primum ettenim causatus est regiam Maiestatem sibi debere solucionem ad quadringentos equites, eaque racione se illa tenere bona, si tamen alia bona ubique habita possideam, aut ipseque ea remittet, vel tandem videbit quid facere oporteat, interim tamen regiam Maiestatem superinde sonsuleret. Quod igitur cur facere debeat? non satis video, quandoquidem literas superinde preceptorias sue Maiestatis habeat, per me sibi missas, considerareque poterit do. vestra r., quod si bona sue Maiestatis ad iniuriam eiusdem Maiestatis non remittat, quantominus aliorum remitteret, cumque tandem idem dominus Dragffy cum Stephano Seredy, ex quo a puericia una adoleverint, liberius colloqui, tam de domino Petro Pereny, quam aliis rebus cepissent, ipseque Stephanus Seredy de futura expedicione loquens, estate sequenti duplo maiorem futuram esse asseruisset, dominus Dragffy iuxta animum et intencionem illorum synagogistarum respondit, se eciamsi decies maior expedicio Germanorum descenderet, in auxilio illorum minime confidere, sed necessarium esse, ut secus sibi consulerent, quoniam alioqui salvi manere non possent, nisi tributum paganis penderent. Quare, licet eciam ipse Stephanus Seredy habunde satis de hysce rebus illi locutus sit manifeste, et quod, quo pacto auderet regia Maiestas aliquod fortalicium manibus illius concredere, quod si hec loca campestria remittere recuset, et alia similia, prout decuit, locutus sit, nichilominus ipse quoque perscripsi illi, hoc in contumeliam regie Maiestatis sibi faciendum non fuisse, quoniam divus ille Mathias rex noster, longe minori de causa avum domini Petri Pereny in rusticum redegerit, et quod regie Maiestatis voluntatem et mandatum ne nihili faciat, quandoquidem sua Maiestas mandata sua irrita fieri egerrime ferret. Dicebam profecto ego certis de causis, quod sua Maiestas aliquas extranee nacionis gentes ad has mitteret partes, idque in manifestum Maiestatis sue commodum et utilitatem versurum, plura autem idem dominus Dragffy ibidem locutus, que neque perscribere decet, videoque certe aperte, quod mandata sue Maiestatis omnino nihili faciant et dignitatem temerarie conculcent. Quod superest, dominacionem vestram reverendissimam felicissime valere cupio, ex Thokay 15 die Novembris anno Domini 1542.

Caspar Seredy,
parcium superiorum capitaneus etc.

Kívül: Reverendissimo domino Francisco de Frangepanibus, archiepiscopo Colocensi, episcopo Agriensi ac sacratissime Romanorum, Hungarię, Bohemię etc. consiliario intimo regie Maiestatis etc. domino observandissimo.

Papiron, zárópecsétje elveszett. Országos Levéltár. Missilisek *S* csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

110.

Tokaj, 1542 november 15.

Serédy Gáspár, a felső részek kapitányának levele Frangepán Ferencz kalocsai érsekhez az abaujmegyei tizedek egy részének béréről s arról, minő bánásmódot kell követni Drágffy Gáspárral és a hozzá hasonlókkal szemben.

Reverendissime domine mihi observandissime, post serviciorum meorum commendacionem. Quemadmodum in aliis literis meis scripsi, est quidam negociator Nuremburgensis, Jodocus Furter nomine, a quo ipse res diversas sepius levare solitus sum, cuius servitores continuo Vienne isthic presto sunt in domo, quam Farkashaz, aut in alia domo, quam Ludhaz vocant, cui scripsi, ut dominationi v. reverendissime florenos illos trecentos restituat, scioque, quod nil procrastinacionis ille facturus est, sed dominacioni v. reverendissime citra moram solvet.

Preterea, ex aliis literis habunde intelligit do. v. reverendissima, quid relacionis dominus Dragffy fecerit. Video igitur aperte, quod in hiis adhuc spiritus ille synagogistarum viget, fateaturque eciam decies tantum Christianorum, quantum convenerat, obstare non posse Turce, sed tributum illi pendendum esse. Proinde si do. v. r. videtur, ego non absurdum esse putarem, ut ad hunc et alios similes a regia Maiestate litere darentur, quia licet ipsi omnino secus faciant, quam obedientes et constantes fideles deberent, gratiam nichilominus per regiam Maiestatem sibi prestitam inviolatam et perpetuam sibi servari velint, neque dubito unquam, quin sua Maiestas oblationi sue hiis facte adversum faciat, dummodo isti gratie et oblationi sue Maiestatis fidelitatem dignam prestarent. Si tamen nolunt esse adhuc obedientes, reperiet certe sua Maiestas tales quosdam pauperes viros, qui hos coherceant, quia ipse eciam hac in re veluti in aliis, pedibus (ut dicitur) eo in sentenciam dominacionis v. reverendissime, quod isti nunquam prius recte facere incipient, nisi regia Maiestas severius se prin-

cipem illorum fore declaraverit, quia hiis iam erga regiam Maiestatem innata est inobediencia. Datum ex Thokay 15 Novembris anno 1542.

Caspar Seredy,
parcium superiorum capitaneus etc.

Kívül: Reverendissimo domino Francisco de Frangepanibus, archiepiscopo Colocensi, episcopo Agriensi ac sacratissime Romanorum Hungarie Bohemie etc. regie maiestatis intimo consiliario etc. domino observandissimo.

Eredetije papiron, vörösviaszba nyomott zárópecsétje elveszett. Országos Levéltár. Missilisek *S* csomó.

Közli: Iványi Béla.

111.

Pozsony, 1542 november 15.

Ferdinánd király meghagyja az esztergomi kapitánynak, hogy az ottani prépostot és káptalant birtokaikban hatalmaskodók ellen védelmezze.

Ferdinandus etc. Egregie fidelis dilecte. Quum fidelis nobis dilectus venerabilis Augustinus de Sbardellatis, prepositus Strigoniensis, multis in rebus, quas usus tulit et opportunitas, una cum capitulo eiusdem ecclesie fideliter nobis seruiuerit et inposterum quoque seruire possit et debeat, merito a nobis quoque eis prouidendum esse existimavimus, ut in bonis ac prouentibus ipsorum contra violentos manuteneantur; hortamur igitur te et tibi committimus, ut ipsum Augustinum prepositum et capitulum Strigoniense, cum bonis eorum omnibus commendatos habere, et contra violentes turbatores, quatenus temporis huius ratio tulerit, omnibus viis nomine nostro protegere atque defendere debeas, nostrum in eo exequuturus voluntatem. Datum in oppido nostro Posonÿ die decimaquinta Novembris. 1542.

Egregio Martino de Lascano, capitaneo nostro in arce Strigoniensi, fideli nobis dilecto.

Ex[pedite].

Félív papir egyik oldalán, fogalmazat; megvan tisztára írt példánya is. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. XI. 35., 36.*

Közli: Bunyitay Vincze.

112.

Dörgicse, 1542 november 15.

A fejérvári őrkanonokság jövedelmeinek kezelői Choron Andrást nyugtatják a dörgicsei bortizedért fizetett 40 forintról.

Franciscus de *Nesthke* cantor et canonicus ecclesie Sancti Stephani Albe Regalis, et Anthonius literatus de *Myndzent* administrator proventus custodie Albensis, et executores venerabilis pie memorie condam Thome *Myndzenti* custodis ecclesiarum Albensis et Agriensis etc., per presentes fatemur, quod egregius dominus Andreas Chÿoron de Dewecher, ex decimis vinorum anni presentis, in possessionibus Dergechÿe in comitatu Zaladiensi adjacentibus, ad prefatam custodiam pertinentibus, voluntate nostra acceperat; quorum acceptorum vinorum pretium, dictus dominus Andreas Chÿoron, pleno numero, florenos scilicet quadraginta, persolvit, nostrisque manibus levavimus absque defectu. Quem dictum Andream Chÿoron, et per consequens liberos et posteros suos, quietum et expeditum reddimus, ipsique ac eius liberis et posteris promittimus, imo promisimus harum nostrarum vigore presentium, ut, si casu aliquo sive dominus Nicolaus Oláh, cui nunc benignitate regie Maiestatis, domini nostri clementissimi prefata custodia Albensis est collata, sive homo ipsius ad hoc deputatus, seu quispiam alius, ad precium jamfate decime vini dictum dominum Andream Chÿoron inquirere et extorquere niteretur: omnibus de his eum inquietaturis propriis nostris viribus atque expensis restare, respondere, et satisfacere volumus, si interim quid solucionis dictus Andreas Chÿoron, vel per consequens liberi vel posteri sui pro prefata decima prestare compellerentur, eam solucionem plenarie persolveremus ipsi. In cuius rei thestimonium has presentes literas nostras cirographo et usuali sigillo alterius nostrum videlicet Anthonii literati scriptas et consignatas dare duximus.

Datum in *Dergeche,* feria quarta ante festum Elizabeth vidue. Anno 1542.

Eredetije a herczeg Eszterházyak *kismartoni* fölevéltárában. Fasc. *B* Nr. 20 et *D* Rep. 80.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

113.

Pozsony, 1542 november 18.

Ferdinánd király megparancsolja Choron Andrásnak, hogy a székesfejérvári őrkanonokság javait a beszedett jövedelmekkel együtt Oláh Miklósnak adja át.

Ferdinandus, divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex semper Augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fideli nostro egregio Andree Chorom de Dewecher salutem et graciam.

Intelligimus te nonnulla bona custodie Albensis statim post mortem venerabilis quondam *Thome* custodis occupasse, et eorum proventus pro se percepisse, quod te facere non conveniebat. Custodia enim ipsa Albensis legittimo possessore non vacat, nempe reverendo Nicolao Olah, secretario et consiliario nostro, cui nunc illam omnibus eiusdem bonis, possessionibus et proventibus remisimus. Quare tibi committimus seriose, ut acceptis presentibus, bona ipsa custodie prefate, que per te occupata sunt, ipsi Nicolao Olaho custodi, hominique eiusdem, posthabita omni dilatione, una cum omnibus proventibus a te ex eis perceptis, remittere debeas, et alioquin eciam omni sis auxilio et defensione, ut ipse Nicolaus Oláhus, ipsiusque officialis, proventus custodie prefate libere et absque damno percipere possit. Aliud facere non presumas, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii decimaoctava die Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Ferdinandus mp. (L. S.) *Jo. Eppus in Coloz.*

Eredetije a herczeg Eszterházyak *kismartoni* fölevéltárában. Fasc. *B* Nr. 20 et *F* Rep. 80.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

114.

Pozsony, 1542 november 26.

Révay Ferencz, a nádori törvényszék birája megparancsolja a garamszentbenedeki konventnek, hogy a tapolczai apátságot elfoglalva tartó Balassa Zsigmondot szólítsa föl annak visszaadására.

Franciscus de Rewa in causis in praesentia palatinali vertentibus judex specialiter deputatus, amicis suis reverendis, conventui Ecclesiae S. Benedicti de iuxta Gron, salutem et amicitiam paratam cum

honore. Dicitur nobis in persona reuerendi d. Nicolai Olahi, custodis ecclesiae Albensis et commendatarii abbatiae de Thapolcza, et consiliarii secretarii regiae Maiestatis, quomodo annis superioribus, post mortem videlicet serenissimi principis condam domini Ludovici regis piae memoriae, magnificus d. Sigismundus Balassa de Gyarmath abbatiam ipsius exponentis Thapolcza vocatam, in comitatu Borsodiensi habitam, simul cum vniuersis iuribus possessionum ad eandem abbatiam pertinentium pro se occupasset; quam quidem abbatiam, simul cum omnibus pertinentiis praenominatis, licet idem Sigismundus Balassa iuxta contenta articulorum publicorum constitutionis Nouizoliensis ad terminum in eisdem articulis restitutioni bonorum occupatorum designatum eidem exponenti remittere ac resignare debuisset: non curatis tamen articulis ipsius constitutionis publicae idem Sigismundus Balassa abbatiam ipsam Thapolcza — remittere recusasset. — Proinde amicitiam vestram harum serie rogamus et hortamur diligenter, quatenus praesentes literas nostras annotato Sigismundo Balassa per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et praesentari faciatis — dicatque et committat eidem verbo nostro, vt ipse dictam abbatiam restituat. Qui si id fecerit, bene quidem, alioquin — Datum Posonii, die dominica proxima post festum Catharinae. Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Az eredetiről közölte Katona. XXI. 234. l. — *Fejér* György: Jurium ac libertatum religionis et ecclesiae catholicae in regno Hungariae partibusque adnexis Codicillus Diplomaticus. Budae, 1847. 65. l.

115.

Sopron, 1542 deczember 1.

Márk levele Nádasdy Tamáshoz. — Perényi Péter, Török Bálint fogságáról szóló hireket közöl vele. Magasztalja Fráter Györgyöt és értesíti, hogy a lutheránusokat odahagyta.

Spectabilis et magnifice domine, domine et benefactor observandissime, servitutis et mei singularem perpetuamque commendacionem. Ego intellexeram ex d. Sarkhan dominationem vestram s. et magnificam quamprimum iterum ascensurum Viennam. Hodie tamen intellexi, rursum regiam Maiestatem dominum nostrum clementissimum ad festum beate Lucie negocium d. Petri Pereny discernendum distulisse. Monachus cum Francisco Polyany

ab eo reversi, prout ab aliis intellexi, dicunt ipsum optare[1] iudicium.

Ceterum audivi contingenter, quod Valentinus Thewrek reversus esset ex Thurcia, quodque Balthyazar Banffy cum tribus curribus kochy et sedecim equitibus in aliquem privatum locum descendisset eum conveniendi gracia. Cumque tamen a do. vestra s. et mag. de iis[2] nil quitquam (!) intellexerim, abhorreo[3] credere. Preterea d. Paulus Bornemyzza a Fratre Georgio reversus cum desiderata relacione; ipse enim Frater Georgius a Transilvaniensibus maximo desiderio accersitus, proficiscitur contra Moldavum (quem ultra duodecim millia hominum non habere et absque bombardis saltem cum centum pixidariis esse pro certo affirmatur) cum bono apparatu, ingeniis et pluribus pixidariis tanquam ad percipiendam predam ingressurum et conflictum habiturum audio. Faxit Deus, quod is bonus Frater Georgius affligat inimicos et hostes Christianitatis, *non obstante Kwklya. Ego enim venerabor ultra illos omnes molles Lwtherianos, quorum neque libros, neque glossas aut sermones deinceps vel legam aut audiam, sunt*[4] etenim omnes Ypocrite.[5] Nobis magna honera imponunt, predicant, glosant[6] et interpretantur. Ipsi vero nec digito attingere, que nobis imponunt, volunt. Neque ulterius laudabo meos Ratisponenses, ex quo ipsi quoque se in illorum sectam ingesserunt. Confundantur. Dominus Strigoniensis misit literas, ut vina sue rev. dominationi emam, pecunie tamen adhuc[7] non sunt prompte,[8] sed imposterum cudentur. Alia nulla scribere scio, reliquum est, quod dominus Deus do. vestram s. et mag. quam felicissime conservare cum omnibus suis dignetur, cui me in evum recommendo. Ex Sopronio prima Decembris 1542.

Vestre spectabilis et magnifice dominacionis deditissimus cliens

M[arcus].

Czím: Spectabili et magnifico domino domino Thome de Nadasd, perpetuo comiti et libero domino terre Fogaras, magistro thavernicorum et consiliario regie Maiestatis atque comiti Castriferrei etc., dignissimo domino et benefactori observandissimo.

Eredetije papiron, papirba nyomott zárópecséttel, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *M* 1. csomójában.

[1] Errore calami: obtare. [2] Errore c.: is. [3] Errore c.: aborreo. [4] Errore c.: sund. [5] Errore c.: ipocrate. [6] Errore c.: glosand. [7] Errore c.: aduc. [8] Errore c.: prumbte.

116.

Brassó, 1542 deczember 5.

A tanács és káptalan megkezdi és folytatja az egyházlátogatást, vagyis a hitujítás életbeléptetését.

Feria tertia ante Nicolai incepta est visitatio cum venerabilibus ac prudentibus dominis, quibus dedi in expensis fl. 5. etc. Dominica post conceptionis Mariae domini senatus rursum in prosequendo visitationis inceptae negotio proceserunt, expens. fl. 6. asp. 30. etc.

Brassai számadó-könyvek. — Közölve: Archiv für. Siebenb. Landesk. XIII. 153. l.

117.

Bécs, 1542 deczember 6.

Ferdinánd király útlevele Frangepán Ferencz kalocsai érsek és egri püspök Olaszországba utazó titkára, Marsupinus Ferencz számára.

Ferdinandus etc. Universis et singulis... Proficiscitur in presentiarum in Italiam egregius fidelis nobis dilectus Franciscus Marsupinus, reverendi in Christo patris Francisci comitis de Frangepanibus, archiepiscopi Colocensis et episcopi Agriensis, consiliarii nostri, fidelis sincere nobis dilecti secretarius pro expediendis certis rebus et negotiis iam dictum dominum suum concernentibus... Prefatum Franciscum Marsupinum per omnia et singula loca... tuto, libere, secure et absque aliquo impedimento et molestatione unacum famulis, equis et rebus huius vie transire, stare, morari, recedere et, quando ei placuerit, redire sinatis... Datum Vienne die 6. Decembris 1542.

Fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. lcvéltár: Hung. 1542. XII. 1.*
Közli: Bunyitay Vincze.

118.

1542 deczember 7. táján.

Egyházi birtokok és adózó plébánosok Somogymegyében.

Super connumeracione et exaccione subsidii unius floreni et medietatis sexagesime, nobiliumque unius sessionis et plebanorum comitatus Simigiensis, anno 1542.

Processus Nicolai Thompa iudicis nobilium:

Bessenyew.

Domini episcopi Quinqueecclesiensis, p. I, pertinet ad dominos.

Wyssontha.

Domini episcopi Quinqueecclesiensis, p. III, pertinet ad dominos.

Babocha Isofalwa.

Archidiaconi de Segesd, p. XVI, dominus Bathorii percepit.

Kysfalws Petherhyda.

Plebani de Babocha, p. VIII, dominus Bathorii percepit.

Tharnocza.

Rectoris capelle sancti Andree in ecclesia Quinqueecclesiensi, p. XXXVI, dominus Bathori percepit.

Thamassy Bardon.

Domini episcopi Quinqueecclesiensis, p. XLVI, pertinet ad dominos.

Zenthmarton cum pertinentiis.

Domini episcopi Quinqueecclesiensis, p. LXXX, pertinet ad dominos.

Dombo, Zador.

Plebani de Dombo, p. I, solvit.

Okoragh.

Capituli ecclesie Quinqueecclesiensis, p. IIII.

Zygethke.

Petri presbiteri, rectoris altaris de Dombo, p. I, solvit.

Isthwandy.

Domini episcopi Quinqueecclesiensis, p. LXX, pertinet ad dominos.

Dopza cum pertinenciis.

Domini Valentini Thewrewk, sed custodie Albensis, p. LXXX, dominus Bathori percepit.

Isthwandy.

Plebani de eadem, p. II, solvit.

Kys zenth Gyewrgh.

Archidiaconi de Kalmancheh, p. V, solvit.

Kalmancheh.

Prepositi de eadem, p. III. Idem dominus Bathori percepit.

Aghy.

Heremitarum de Thold, p. XV.

Wyzlo.

Plebani de eadem, p. I, solvit.

Chertew kotosd.

Heremitarum de Thold, p. X.

Myndzenth Zelemal.

Plebani de eadem, p. I, eadem domina, consors Valentini Thewrek percepit.

Zerdahel Thothwaras.

Heremitarum de eadem, p. VI, solvit.

Zenth Benedek paccza.

Prepositi de eadem, p. VII, solvit.

Custos Bardya.

Ad custodem Albensem pertinent, p. III.

Zewche.

Archidiaconi de Zerdahel, p. I, solvit.

Marczado, Enyed, Zend.

Archidiaconi de Omag, p. IIII, solvit.

Thoth falw.

Domini episcopi Quinqueecclesiensis, p. III, pertinet ad dominos.

Belcz.

Plebani de Zygeth, p. IIII, domina consors domini Valentini Thewrek percepit.

Gengyes.

Plebani de Hederhel, p. V, solvit.

Anno 1542.

Nobiles unius sessionis in processu Nicolai Thompa ad sexagesimam partem bonorum mobilium, personeque ecclesiastice ad decimam partem proventuum pro subsidio bellico dicati.

Fenek.

Gregorius plebanus, fl. I.

Zenthmarthon domini episcopi Quinqueecclesiensis.
Martinus plebanus, fl. II.

Wyfalw.

Plebanus de eadem, den. LX.

Dombo.

Plebanus de eadem, fl. II.
Petrus rector capelle, fl. I.

Thamasy.

Plebanus de eadem, fl. II.

Tharnocza, Quinqueecclesiensis.

Joannes plebanus, den. L.

Walko, domini Bathory.

Stephanus plebanus, fl. I.

Bwchw, domini Bathory.

Franciscus plebanus, fl. I½.

Babolcha, idem.

Plebanus de eadem, fl, IIII.
Michael rector altaris, fl. I½.

Wynep.

Petrus plebanus, fl. I½.

Wylak, Bathory.

Sandrinus plebanus, fl. III.

Chokona, B.

Benedictus plebanus, fl. II.

Daran, B.

Stephanus plebanus, fl. II½.

Kalmanche, B.

Archidiaconus de eadem, fl. V.
Prepositus de eadem, fl. II.
Stephanus rector altaris, fl. I.
Alter Kys Stephanus rector altaris, fl.
Andreas rector altaris, fl. I.
Nicolaus rector altaris, fl. I.

Isthwandy, Q. Q.

Mathias plebanus, fl. II.
Petrus rector altaris, fl. I.

Merenye.

Joannes plebanus, fl. I, solvit.

Zenthmyklos..

Ladislaus plebanus, fl. I, solvit.

Patha, Luce Zekel.

Petrus plebanus de eadem, fl. V.
Georgius Chok rector altaris, fl. I.
Nicolaus rector altaris, fl. I.

Zenthlazlo.

Andreas plebanus, fl. I, solvit.

Bodogazzonfalwa.

Benedictus plebanus, fl. I.

Zenthluca.

Paulus plebanus, fl. I.

Zenthbalas.

Stephanus plebanus, fl. I.

Ropol.

Valentinus plebanus, fl. I, solvit.

Zylwas Zenthmarthon.

Stephanus plebanus, fl. I, solvit.

Kerek Zenthamas.

Blazius plebanus, fl. I½, solvit.

Zerdahel.

Plebanus de eadem, fl. I, solvit.

Ellyewelgy.

Petrus plebanus, fl. I, solvit.

Zenthkyral.

Nicolaus plebanus, d. L.

Hederhel.

Georgius plebanus, fl. III, solvit.

Inakod.

Franciscus plebanus, fl. I, solvit.

Kadarkwth.

Michael plebanus, fl. I, solvit.

Kowachy.

Plebanus de eadem, d. L, solvit.

Gyghye.

Gregorius plebanus, fl. I½, solvit.

Kys Azzond

Petrus plebanus, fl. I, solvit.

Myke.

Paulus plebanus, den. L.

Chekel, Wesprimiensis.

Thomas plebanus, fl. II.

Jako.

Gregorius plebanus, obiit, fl. I½.

Lenchen.

Blasius plebanus, fl. I½.

Nag Bayon.

Gallus plebanus } obierunt, fl. II.
Martinus rector altaris } obierunt, den. XX.

Kys Bayon.

Jacobus plebanus, obiit, fl. I.

Kwthas.

Gregorius plebanus, fl. I½.

Zabas.

Georgius plebanus, fl. I.

Korpad.

Petrus plebanus, fl. I, solvit.

Henyz.

Stephanus plebanus, den. L.

Gergetheg, Wesprimiensis.

Thomas plebanus, den. 2.

Hozzwfalw.

Benedictus plebanus, den. LX, solvit.

Zenthkyral.

Nicolaus plebanus, den. L.

Labad, B.

Franciscus plebanus, fl. II.
Michael rector altaris, den. L.
Demetrius rector capelle, fl. I.
Lucas rector altaris, den. XXV.

Bessenyew.

Joannes plebanus, den. L, solvit.

Phyles.

Nicolaus rector altaris, den. XXXII. solvit.

Kys zenth Gyewrgh

Plebanus de eadem, den. L, solvit.

Dopza.

Emericus plebanus, fl. I.

Mwsthy zenth Gyewrgh.

Plebanus de eadem, fl. I.

Barchy zenth Myhal, Therek.

Dionisius plebanus, fl. III.
Stephanus rector altaris, fl. I.

Pathon.

Matheus plebanus, fl. I.

Zenth Barbas, Therek.

Andreas plebanus, fl. I½.

Laad.

Andreas plebanus, den. L, solvit.

Gyergyes, B.

Martinus plebanus, fl. I.

Zenth Thamas.

Joannes plebanus, fl. I½.

Thokay.

Plebanus de eadem, den. L.

Zenna.

Stephanus rector capelle ibidem, fl. I, solvit.

Denna.

Sebastianus plebanus, den. L, solvit.

Beleg, Th.

Valentinus plebanus, fl. I½.

Livkafalwa.

Andreas plebanus, fl. I, solvit.

Belczy zenthmarthon, Th.

Petrus plebanus, den. L.

Dyos, Th.

Stephanus plebanus, den. XXV.

Myndzenth, Th.

David plebanus de eadem, den. L.

Custos Bardya.

Plebanus de eadem, den. LXX.
Rector altaris de eadem, den. LX.

Processus Nicolai Zabo:

Marczaly.

Ibidem plebani de eadem, p. XII. Idem dominus Bathori percepit.

Ibidem rector capelle de eadem, p. III. Idem d. Bathori percepit.

Kwlyasard.

Plebani de Kethhel, p. VII, solvit.

Samson.

Prepositi de Bew, p. XIII, solvit.

Zewchen.

Ibidem plebani de eadem, p. II, solvit.

Komar.

Joannis Palathycz alias capituli Budensis p. VI ad racionem d. Bathori idem Palathycz percepit.

Ibidem monachorum de eadem, p. VI, solvit de portis V, minus den. XXXIII vien. I.

Ibidem plebani de eadem, p. I. Una porta iuramento iudicis condescensa.

Karos.

Eodem modo Joannis Palathycz, p. XXXVIII, ad racionem domini Bathori idem percepit.

Galambok.

Joannis Palathycz, p. XXXII, ad racionem d. Bathori idem percepit.

Falkos.

Ibidem plebani de eadem, p. I, ad pauperem.

Pald.

Ibidem heremitarum de Zenthpether, p. V, solvit.

Zenthpether.

Heremitarum de eadem, p. VIII, solvit.

Gathy.

Archidiaconi de Chorgo, p. X, eadem domina (consors V. Thewrek) percepit.

Wdwarhel Iwanch.

Archidiaconi de Chorgo, p. III, eadem domina percepit.

Belawar cum pertinenciis.

Alias domini Valentini Thewrewk nunc capituli Albensis, p. LII, dominus Bathori percepit.

Sythwa.

Mathei Porkolab alias capituli Albensis, p. XXI, dominus Bathori percepit.

Chetherthekhel, Barathy

Alias domini Valentini Thewrewk, nunc capituli Albensis, p. XXVI, dominus Bathori percepit.

Felsewhereznye.

Eiusdem, p. XVI, dominus Bathori percepit.

Barathe

Archidiaconi de Segesd, p. XVIII, idem dnus Bathori percepit,

Segesd cum pertinenciis.

Ibidem archidiaconi de eadem, p. XXVI. Idem d. Bathori percepit.

Ibidem Jacobi organiste, p. IIII. Idem d. Bathori percepit.

Ibidem rectoris capelle Sancte Spiritus, p. I. Idem d. Bathori percepit.

Ibidem plebani de Zenth Myklos, p. III. Idem d. Bathori percepit.

Gezthenye.

Plebani de eadem, p. II. Idem d. Bathori percepit.

Kysede.

Ibidem plebani de eadem, p. I, ad pauperem.

Nobiles unius sessionis in processu Nicolai Zabo ad sexagesimam partem bonorum mobilium, personeque ecclesiastice ad decimam partem proventuum pro subsidio bellico dicati, anno 1542.

Ded.

Michael plebanus de eadem, den. L.

Letha, Therek.

Stephanus plebanus de eadem, fl. I.

Byze.

Stephanus plebanus, fl. I, solvit.

Marczaly, Bathori.

Caspar plebanus, fl. IIII.
Nicolaus rector altaris, den. L.
Gregorius rector altaris, fl. ½.
Paulus rector altaris, fl. I.
Petrus rector capelle, fl. I.
Stephanus rector altaris, fl. I.
Ladislaus rector altaris, den. L.

Nagh Gomba.

Valentinus plebanus, fl. I.

Kedhel.

Valentinus plebanus, fl. III.

Zenth Gyergh.

Ladislaus plebanus, den. L.

Beryn.

Franciscus plebanus, fl. II.

Wers.

Plebanus de eadem, den. L, solvit.

Horwath kwth.

Demetrius plebanus, den. L, solvit.

Feyr Eghaaz.

Joannes presbiter rector capelle, den. XL.
Stephanus plebanus, den. L.

Zewchen.

Simon plebanus de eadem, fl. I.

Kys Sawol.

Martinus plebanus, fl. I, den. XXV, solvit.

Warga Dench.

Blasius plebanus, den. LXV, solvit.

Bardws Chakan.

Jacobus plebanus, den. LX.

Komar, Palathycz.

Paulus plebanus, fl. I½.

Karos.

Plebanus de eadem, fl. I.

Galambok.

Plebanus de eadem, fl. I.

Path.

Andreas plebanus, den. LXXV.

Myndzenth.

Stephanus plebanus de eadem, den. L.

Myhald.

Stephanus plebanus, den. L.

Falkos.

Franciscus plebanus de eadem, den. L.

Fazakas Dench.

Benedictus plebanus novicius, den. XXV.

Iharos.

Ambrosius plebanus, fl. I.

Myndzenth.

Petrus plebanus, fl. I½.

Zenth ersebeth.

Franciscus plebanus novicius, fl. I.

Beryn.

Paulus plebanus, den. L.

Kys zenthpal.

Vacat plebania.

Inke.

Petrus plebanus, fl. I.

Swrd.

Nicolaus plebanus, den. XXXV.

Saag.

Michael plebanus, fl. I.

Zenthkyral.

Thomas plebanus, den. L.

Kakonya.

Thomas plebanus, den. L, solvit.

Sand.

Michael plebanus, fl. I½.

Lak.

Stephanus plebanus, fl. I½.

Wdwarhel.

Georgius plebanus, fl. I.

Zentha..

Anthonius plebanus, den. L.

Belawar.

Nicolaus plebanus, fl. I½.
Georgius rector altaris, den. L.

Barathy.

Joannes plebanus, fl. II.

Chetherthekhel.

Michael plebanus, fl. I.

Felsewhereznye.

Michael plebanus, fl. I.

Bolyoh.

Gregorius plebanus, fl. II.

Ewthwes.

Joannes plebanus novicius, den. L.

Thelek.

Mathias plebanus, fl. I½.
Georgius rector altaris, fl. I.

Attad.

Lucas plebanus, den. L.

Boda.

Plebanus de eadem, den. XL.

Ellyessy.

Nicolaus plebanus, fl. I.
Gregorius rector altaris, den. L.

Balogd.

Plebanus de eadem, obiit, fl. I.

Segesd.

Archidiaconus de eadem, fl. VIII.
Michael plebanus in Zenth Myklos, den. L.
Joannes rector capelle, fl. I.
Michael rector altaris, den. LXXV.
Ambrosius rector altaris, den. L.
Thomas rector altaris, den. LXXV.

Zenyer.

Michael plebanus, fl. I.

Arad.

Nicolaus plebanus, fl. I.

Kys edde.

Valentinus plebanus, fl. I.

Therebezd.

Joannes plebanus, den. L.

Kerezthwr.

Mathias plebanus de eadem, fl. I, solvit.

Myhald.

Franciscus plebanus, fl. I.

Nagh Maroth.

Blasius plebanus, fl. I, solvit.

Kelewyz.

Ladislaus plebanus, fl. I. solvit.

Bar.

Plebanus de eadem, den. L.

Dawoch.

Thomas plebanus, fl. I.

Eredetije az Országos Levéltárban őrzött Dicalis conscriptiók XXXIX. kötetében. Ugyanitt az 1545. évi dic. conscr. szerint egyházi birtokok már csak a következő helyeken voltak: *Marczaliban* a plébánosnak és a «Capelle virginis Marie»-nek, *Segesden* az archidiaconusnak, *Bolyón* a plébánosnak, *Ivánczfalván* a csorgai archidiaconusnak, *Gáthon* szintén ennek voltak még portái, de még ezek közül is néhánynál a «pauperes» megjegyzésen kívül a «deserta, penitus desolata» megjegyzéseket olvassuk, a mi a pusztulás nagyságát mutatja. Van olyan járás is, a hol csak három falu került rovás alá, az 1549. évi rovás meg már registrumot vezet azokról, «qui Thurciis subiugati sunt», a kik közt egyházi birtokos is van, a babócsai plébános.

Közli: Iványi Béla.

119.

1542 deczember 7.

Egyházi birtokok adózása Veszprém vármegyében.

1542. decembris 7. procedere est incepta.

Regestrum super dica comitatus Wesprimiensis, in dieta Posoniensi nov. 1. ordinata unius floreni et medietatis sexagesime.
Processus Martini Andreas de Chyghle:

Nag Jenyew.

Domini episcopi Jauriensis, porte XVI, solvit etc.

Eghazas Izkaz.

Monialium de Wasarhel, porte XII, solvit.[1]

Chewz.

Monialium de Vasarhel, porte XVII, solvit.[1]

Dabron.

Heremitarum de Vason, porte XVIII, solvit.

Cholt.

Domini reverendissimi Strigoniensis, porte XI, solvit.

Vanyola.

Prioris de Leveld, porte V½, solvit.

Koppan.

Abbacie de Beel, porte XII, solvit.

Papa, Zent Lazlo ucza.

Domus hospitalis.
Ibidem molendinum plebani, porte I.

Roman.

Domini episcopi Jauriensis, propter excursionem Turcorum deserta.

Gheche.

Prioris de Leweld, porte XII, solvit. Ibidem propter excursionem Turcarum deserte XXII.

Wazar.

Domini episcopi Jauriensis, porte X, solvit.

Wyffalw.

Heremitarum de Porwa, p. I, solvit.

Processus Michaelis de Tege.

Kys zelews.

Monialium de Wasarhel, p. XVI, solvit.

Debres.

Domini episcopi Jauriensis, p. II. solvit.
Capituli Jauriensis, p. I, tenetur.

[1] Omissis portis desertis vel pauperibus.

Agaghlyk.

Heremitarum de Porwa, p. I, tenetur.
Abbacie de Beel, p. I, tenetur.

Ganna.

Abbacie de Beel, p. V½, solvit.

Polyan.

Abbacie de Beel, p. VIII, solvit.

Borsat.

Abbacie de Beel, p. III, solvit.

Rennek.

Prioris de Leweld, p. VIII, solvit.

Choltha.

D. episcopi Wesprimiensis, p. IIII, tenetur.

Padragh.

Monialium Wesprimiensium de p. fl. XI, solvit.

Lowas.

Monialium de Vasarhel, p. XI, solvit.

Wasarhel.

Monialium de eadem, p. XLIII, solvit.

Bors zewrchek.

Prioris de Leweld, p. VI, solvit.

Waras leweld.

Prioris de eadem, p. VII, solvit.

Kys leweld.

Prioris de Leweld, p. XVIIII, solvit.
Sedis Wesprimiensis, processus Michaelis Morocza de Vamos.

Bylyghe.

Capituli Wesprimiensis, p. IIII, solvit.

Fayz.

Capituli Wesprimiensis, p. II, solvit.
Prepositi de Ewrs pauper.
Prepositi maioris, p. III, solvit.
Domini episcopi Wesprimiensis, p. I, solvit.

Wamos.

Capituli Wesprimiensis, p. II, solvit.
Domini episcopi Wesprimiensis, p. III½, solvit.
Monialium Wesprimiensium de portis, fl. V½, solvit.

Wesprim.

Capituli, p. XV, solvit, pauperes VII, deserte per combustionem, d. Podmanyiczky V.
Domini episcopi, p. II, solvit.
Prepositi maioris, p. I, solvit.
Plebani sancti Nicolai, p. I, solvit.
Altariste ibidem, p. I, tenetur.

Zentamas wcza.

Domini episcopi Wesprimiensis, p. V+, tenetur.
Nil solvit, sunt lectores (?) exempti ab omni solucione.

Bodogazzonffalwa.

Monialium Wesprimiensium, de portis, fl. VI, solvit.

Processus Ambrosii Mathys:

Kys Beren.

Capituli Wesprimiensis, p. IIII, solvit.

Nag Beren.

Monialium Wesprimiensium, de portis, fl. X, solvit.

Mama.

Monialium Wesprimiensium, de portis, fl. XII, solvit.

Sandor.

Monialium Wesprimiensium, de portis, fl. VII½, solvit.

Kenesse.

Monialium Wesprimiensum, de portis, fl. XXXII, solvit.

Kayar.

Monialium Wesprimiensium, de portis, fl. VIII, solvit.

Sexagesimam non solvit.

Domini episcopi Wesprimiensis, p. XIIII½, solvit.

Papkezy.

Capituli Wesprimiensis, p. XXII, solvit.

Kadartha.

Capituli Wesprimiensis, XVII, solvit.

Jwthas.

Capituli Wesprimiensis, p. II, solvit.

Ratoth.

Capituli Wesprimiensis, p. VIII, solvit.
Prepositi de eadem, p. I, solvit.

Hagmaskeer.

Domini episcopi Wesprimiensis, p. VI, solvit.

Lazy et Warsan.

Abbacie Sancti Martini, propter excursionem Turcorum deserte.

Zenthkyral.

Domini episcopi Jauriensis, p. I, tenetur.

Fokzabady.

Prepositi Albensis, p. XII, solvit.
Ugyanez az állapot 1543-ban, kivéve, hogy

Zentkyralzabagya

Lectoris Wesprimiensis, porte II,

Zenthgerg

Vicarii Albensis, porte XV.

1544—45-ben már sok a «deserta», «combusta per Turcos» megjegyzés és nagy azon helységek száma, a hol adót szedni nem lehetett, sok egyházi birtok világiak kezén van, pl. Koppány, Polyán, mely a béli apáté volt, Podmaniczky birtokában van.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XXXIX. kötet.

Közli: Iványi Béla.

120.

1542 deczember 7. táján.

Egyházi birtokok és adózó plébánosok Zalamegyében.

Sub processu maiori. Colonorum:

Zyger.

Abbatis de Kapornak, p. III.

Wythenyed.

Capituli Castriferri, p. VIII.

Bedefawa.

Rectoris altaris de Hashagh, p. IIII.

Zentgyerghwelgye.
Plebani de eadem, p. II.

Salamanwar.
Ibidem plebani de eadem, p. I.

Erdegh.
Ibidem plebani de eadem p. I.

Bessenew.
Ibidem plebani de eadem, p. I.

Sub processu minori. Colonorum:

Weczken.
Abbatis de Kapornak, p. V.

Isthwand.
Ibidem plebani de eadem, p. I.

Kalos.
Abbatis de Kapornak, p. IIII.

Garaboncz.
Capituli Wesprimiensis, p. XX.

Merenye.
Capituli Wesprimiensis, p. XXIIII.

Wylak.
Capituli Wesprimiensis, p. XII.

Bakonak.
Heremitarum de Erwenes, p. IIII.
Ibidem plebani de eadem, p. I.

Reche et Wayda.
Ibidem plebani de eadem, p. I.

Keresthwr.
Abbatis de eadem, p. IIII.

Molnari cum pertinenciis.
Ibidem plebani de eadem, p. I.

Zenthgyergh.
Prepositi de Rayk, p. V.

Zenthmarthon cum pertinenciis.
Ibidem plebani de eadem, p. I.

Uterque Haholth.
Ibidem abbatis de eadem, p. IIII½.

Felser Baak.
Ibidem plebani de Nagh-Bak, p. I.

Zenth-Marthon.
Abbatis de Kapornak, p. IIII.

Bodog Assonfalwa et Iwanfelde.
Abbatis de Kapornak, p. III.

Podar et Malomfelde.
Abbatis de Kapornak, (p.) VI.

Laak.
Abbatis de Kapornak, p. V.

Gezthered.
Abbatis de Kapornak, p. IIII.

Baxa et Herbaly.
Abbatis de Kapornak, p. IIII.

Nemeth falw.
Heremitarum de Ermenyes, p. III.

Kapornak.
Abbatis de Kapornak, p. X.

Super bonis domini Nadasdi:

Wywdwar, Erzygarth.
Ibidem plebani de eadem, p. III.

Kanysa.
Ibidem plebani de eadem, p. II.

Zepethnek.

Ibidem plebani de eadem, p. III½.
Super bonis dominorum Banffy:

Hernyek.

Rectoris capelle de Lyndwa, p. XII.
Super bonis domini Keglewyth:

Chaktornya.

Heremitarum de eadem, p. XII.

Super bonis plebanorum ad Chaktornya pertinentium:

Nedewche.

Plebani de eadem, p. I.

Zobothycha.

Plebani de eadem, p. I.

Zenthmihal.

Plebani de eadem, p. II.

Belcz.

Plebani de eadem, p. I.

Strygo.

Rectoris capelle de eadem, p. VIIII.

Super bonis domini reverendissimi Wesprimiensis:

Nowa cum pertinenciis

Domini Wesprimiensis, p. XLIII.

Egerzegh.

Domini reverendissimi Wesprimiensis p. XXIII.

Super bonis abbacie Zaladiensis, que dominus Nadasdy possidet:

Apathy.

Abbacie Zaladiensis, p. IIII½.

Estergar.

Abbacie Zaladiensis, p. VIIII½.

Barrand.

Abbacie Zaladiensis, p. III.

Rada.

Abbacie Zaladiensis, p. XI.

Bessenyw.

Abbacie Zaladiensis, p. I.

Chaas.

Abbacie Zaladiensis p. X.

Alsorozthon.

Abbacie Zaladiensis, p. IIII.

Bwberek.

Abbacie Zaladiensis, p. I.

Ferkend.

Abbacie Zaladiensis, p. VI.

Sedis Zantho, Kapthalanfalwa.

Item capituli Albensis, p. V½, solvit, pauperes II, deserte XIIII.

Barthokfalwa.

Item heremitarum de Jenew, p. VII½, solvit, pauperes IIII, deserte IIII.

Hethye.

Item prepositi de Thylle, p. V, solvit, pauperes V.

Nawalyad.

Item heremitarum de Enyere, p. IIII½, solvit, pauperes V.

Ewthwes.

Item rectoris capelle de Sarwar, p. VIIII, pauperes IIII.

Felsew Thylle.

Item prepositi de Thylle, p. II, solvit, pauperes V.

Also Thylle.

Item eiusdem prepositi, p. II, solvit, pauperes VIIII.

Apsa.

Item prepositi d. Thylle, p. III½, solvit, pauperes V.

Symeg.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. XVII, pauperes XV.

Erek.

Item eiusdem d. episcopi, p. VIIII, pauperes X.
Ibidem capituli Wesprimiensis, p. I.

Praga.

Item eiusdem d. episcopi, p. XIII, pauperes X, deserte II.

Syd.

Ibidem capituli Jauriensis, p. X, solvit, pauperes XVII, deserte VIIII.

Base.

Item domini episcopi Wesprimiensis, p. VI, pauperes VII.

Pyspek wsa.

Item eiusdem domini episcopi, p. V, pauperes V, deserta I.

Kezthel et Falwd.

Item plebani de eadem, p. VI, solvit, pauperes V.

Tholme.

Item plebani de Kezthel, p. I, solvit, pauperes I.

Zenthandras pah et Nemeth pah.

Item d. Alberti (?) prepositi, p. III, solvit, pauperes XVIII.

Nemeth pah.

Item capituli Wesprimiensis, p. IIII, solvit, pauperes XIII.

Hozywpah.

Item d. Alberti prepositi, p. XV, solvit, pauperes II, deserte XV.

Cheh.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. V, pauperes XVIIII.

Zenthgyrolth.

Ibidem prepositi de Thylle, p. I½ solvit.

Processus Johannis Deregdy iudicis nobilium sedis Thapolcza:

Dyaky.

Item capituli Wesprimiensis, p. III½ solvit, pauperes III.

Nyrrad.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. XV, pauperes XII, deserte X.

Henye.

Abbatis de Beel, p. II.

Monozlo.

Plebani de eadem, p. I, solvit.

Thagyon.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. II, pauperes V.

Zenth Bereczkfalwa.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. I, pauperes IIII.

Zenth Jacabfalwa.

Eiusdem d. episcopi, p. IIII½, pauperes IIII.

Herrend.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. VI½, pauperes IIII.

Chyczo.

Item eiusdem d. episcopi, p. I, pauperes II.

Wazol.

Item capituli Wesprimiensis, p. IIII, solvit, pauperes VIIII, deserte X.

Ibidem abbatis de Beel p. II, solvit.

Kyspeczel.

Item capituli Wesprimiensis, p. IIII, solvit, pauperes XI.

Nagh peczel.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. II, pauperes X.
Capituli Wesprimiensis, p. VI½, solvit, pauperes XII.

Zewlews.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. I½, pauperes III.
Capituli Wesprimiensis, p. II, solvit, pauperes V.
Heremitarum de Wason, p. I, solvit.

Felsew ewrs.

Item capituli Wesprimiensis, p. III, solvit, pauperes VI,
d. episcopi Wesprimiensis, p. II, pauperes V.

Also ewrs.

Item capituli Wesprimiensis, p. III½, solvit, pauperes VIII, deserte III.

Lowas.

Item capituli Wesprimiensis, p. VII, solvit, pauperes XIII,
prepositi de Rathold, p. I, solvit.

Palaznak.

Item capituli Wesprimiensis, p. IIII, solvit, pauperes XXIIII.

Chopak.

Item capituli Wesprimiensis, p. X, solvit, pauperes XVIII.
Ibidem lectoris, p. I, solvit.

Ffyred et Czopak.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. I½, deserte VI.

Fyred.

Item plebani de eadem, p. I, solvit,
d. episcopi Wesprimiensis, p. III, pauperes IIII.

Wdwary.

Item d. prioris de Leweld, p. III½, solvit, pauperes VII.

Akaly dergecze.

Item custodis Albensis, p. V, solvit, pauperes XXIII.

Mynthzenth kalya.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. II, pauperes XII.
Abbatis de Kapornak, p. I, solvit.

Kys ffalwd.

Item capituli Wesprimiensis, p. II, solvit, pauperes VII.

Kereky.

Item d. episcopi Wesprimiensis, p. II, pauperes IIII.

Athak et Apathy.

Item abbatis de Almad, p. V, solvit, pauperes XII, deserte V.

Also thothy.

Item capituli Jauriensis, p. II, solvit, pauperes VIIII.

Zewlews ewrs.

Item capituli Jauriensis, porta I, solvit, pauperes IIII.

Gywlakezy.

Plebani de eadem cum molendino, p. II.

Molendinator fratrum heremitarum de Sancto Jacobo, p. I, solvit.

Oppidum Thapolcza.

Item prioris de Leweld p. XXX, solvit, pauperes XXXVI, deserte XIIII.

Heghmagas.

Ibidem plebani, p. I, pauper I.

Országos Levéltár: Dicales conscr.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

121.

Bécs, 1542 deczember 9.

Ferdinánd király Drágffy Gáspárnak meghagyja, hogy Serédy Gáspárt a neki bizonyos időre átengedett Debreczen mezővárosának birtoklásában ne akadályozza, sőt inkább támogassa.

Caspari Dragffy Ferdinandus etc. Magnifice fidelis dilecte. Quemadmodum tibi antea nuper per literas nostras mandauimus, vt, quum oppidum nostrum Debreczen vna cum omnibus suis pertinentiis de iure et ab antiquo ad dictum oppidum spectantibus et pertinere debentibus tam certe obligationis nostre vigore, quam aliis de causis et rationibus necessitatibusque regni istius non mediocribus ducti magnifico Caspari Seredy, partium superiorum capitaneo nostro, fideli nobis dilecto, usque ad beneplacitum nostrum possidendum concessimus, ipsi Caspari Seredy suisque

hominibus in possessione et manutentione dicti oppidi Debreczen pertinentiarumque eius nulla molestia ceu impedimento, quin potius auxilio et bona vicinitate esse deberes: ita et nunc quoque secundario fidelitati tue harum serie perquam firmissime committentes precipimus, quatenus prefato Caspari Seredy in consequenda oppidi nostri Debreczen eiusque pertinentiarum possessione nullam penitus molestiam aut difficultatem exhibeas, quinimo opitulari, fauere et assistere debeas. Secus minime facturus. Datum Vienne 9 Decembris 1542.

Ex[pedite].

Egy félív papir egyik oldalán, fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. XII. 30.*

Közli: Bunyitay Vincze.

122.

Bécs, 1542 deczember 9.

Ferdinánd király sürgeti és újból szigorúan megparancsolja Drágffy Gáspárnak, hogy az erdélyi püspökség jövedelmeit Serédy Gáspárnak szolgáltassa ki s az urádalmakat is adja át.

Caspari Dragffÿ Ferdinandus etc. Magnifice fidelis dilecte. Licet tibi antea significaveramus, nos certis de causis, rationibus et conditionibus adductos episcopatum Albensem Transsyluaniensem vna cum omnibus arcibus, fortalitÿs bonisque tam intra, quam extra Transsyluaniam existentibus ac vniuersis et quibuslibet legitimis prouentibus ad dictum episcopatum de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus magnifico Caspari Seredy, superiorum partium regni Hungarie capitaneo nostro, fideli nobis dilecto possidendum concessisse, et ob id per speciales literas nostras fidelitati tue preceperamus, quatenus vniversos et quoslibet legitimos prouentus huius presentis anni, ad dictum episcopatum de iure et ab antiquo pertinentes, si qui restant adhuc in specie, si qui vero per quospiam percepti forent, per solutionem debite et juste arende de comitatibus illis, quorum officiolatum geris, tam de bonis tuis, quam aliorum nobilium plenarie et citra ullum defectum ad manus dicti Casparis Seredÿ vel hominum suorum per ipsum deputatorum administrare et administrare facere deberes; tamen, cum intelligamus te varia et multa causatum, neque prouentus restituere, neque bona episcopatus ullo modo remittere voluisse, nos vero omnino velimus tum propter plurima grata et

fidelia seruitia dicti Casparis Seredÿ, tum etiam ob alias rationabiles causas et respectus, nos ad hoc meritos (!) mouentes et inducentes, ut prefato Caspari Seredy iuxta priorem commissionem nostram in premissis per te et tuos satisfiat, harum serie tibi secundario et firmissime quidem precipientes mandamus, quatenus universos proventus dicti episcopatus, vt premissum est, reiectis omnibus causationibus et posthabita omni mora et exceptione, integre administrare et administrari facere, bonaque ad eundem episcopatum pertinentia, per te occupata, remittere et de perceptis cum dicto Caspare Seredy concordare debeas. Secus nulla ratione facturus. Datum Vienne 9 Decembris 1542.

Ex[pedite].

Egy félív papir két oldalán, fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. XII. 29.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

123.

Alsó-Lyndva, 1542 deczember 13.

Lendvai Bánffy István Országh Magdolnával a római egyház szertartása szerint tartandó esküvőjére meghívja Nádasdy Tamást.

Magnifice domine et affinis etc. Qua nos generosam ac magnificam puellam, Magdalenam, filiam quondam magnifici domini Emerici Orszagh *ritu sancte Romane ecclesie* in futuram nostram coniugem legitime desponsavimus, diemque solemnitati atque honori nostrarum nuptiarum statuimus et prefiximus 22-am diem Januarii, hoc est diem sancti Vincentii: ideo precamur vestram m. dominationem, perinde dominum et affinem nostrum confidentissimum, quatinus nostre affinitatis ac obsequii ob intuitum velit ad ipsam solemnitatem nostrarum nuptiarum pariter cum domina consorte sua huc ad Alsó-Lyndva venire, eiusmodique nostri honoris solemnitatem atque gaudium sua presentia decorare et exhilarari, quod vestre magnificentie [in] futurum omni nostro obsequio promereri curabimus et v. m. dominationem felicissime valere cupimus. Datum ex arce nostra Alsó-Lyndva 13. die Decembris, anno Domini 1542.

Stephanus Banffy de Alsó-Lyndva,
comitatuum Zaladiensis et perpetuus de
Werewcze comes m. p.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd thavernicorum negotium magistro, liberoque comiti terre Fogaras, nec non comiti comitatus Castri Ferrei etc.

Eredeti, egy félív papiron, piros zárópecsét nyomaival — *Budai országos levéltár: Nádasdy-levéltár. 3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

124.

1542 deczember 16.

A pozsonyi káptalan előtt a máriavölgyi (thali) pálosok pozsonyi házukat 200 frtért elzálogosítják Erdőteleki Borsoló Tamásnak, mert e ház leégett s azt Kisserjéni Ferencz helyreállította ugyan, de 200 frttal a pálosok adósak maradtak. E 200 frtot azután Borsoló fizette ki s annak fejében éltefogytáig zálogul kapja a házát.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis quod religiosi fratres Georgius Illiricus vicarius et Blasius frater conventualis claustri beate Marie Virginis de Valle prope Posonium ab una, ac egregius Thomas Borsolo dictus de Erdewtheleke ab alia partibus coram nobis personaliter constituti, sponte et libere sunt hinc inde confessi in hunc modum: quomodo quedam domus lapidea prefati claustri beate Marie Virginis de ipsa Valle et per consequens fratrum heremitarum in eadem claustro degencium, ordinis beati Pauli primi heremite, in hac civitate Posoniensi in longa platea situata, superioribus annis inter ceteras domos concivium eiusdem civitatis Posoniensis igne fuisset conflagrata, quam ut ipsa domus aliquatenus in edificiis potuisset relevari, egregio Francisco de Kys Seryeen, sub certo pacto locassent. Quam eciam certis annis idem Franciscus de Kys Seryeen inhabitasset, nonnullas quoque melioraciones confecisset. Tandem posito inter eos calculo ipsi fratres heremite et conventus eorum sibi Francisco Kys Seryeen racione melioramenti per eum constructi in ducentis florenis Hungaricalibus mansissent debitores. Eisdem autem fratribus heremitis, eam summam solvere nequeuntibus, nomine predicti claustri et fratrum heremitarum memoratus Thomas Borsolo huiusmodi ducentos florenos Hungaricales prelibato Francisco Kys Seryeeny per manus predicti fratris Georgii Illirici plenarie persolvisset et contentum reddidisset. Modo iidem fratres heremite et eorum conventus, neque hanc summam ducentorum florenorum eidem Thome Borsolo restituere, neque melioraciones seu labores

edificiorum predicte domus ob inopiam eorum continuare valerent, cupientes autem, quantum eis foret possibilitas, melioracionem predicte domus et habitacionum suarum proscipere et intendere, eandem totam domum ipsorum simulcum suis habitacionibus et usuum fructibus pro premissis ducentis florenis Hungaricalibus dicto Francisco de Kys Seryen, ut premittitur, persolutis iam dicto Thome Borsolo pretextu huiusmodi ducentorum florenorum suorum Hungaricalium titulo pignoris tenendum, possidendum pariter et habendum obligassent et impignorassent, ymmo ipsi fratres Georgius vicarius et Blasius ipsorum ac dicti claustri Sancte Marie Virginis de Valle tociusque conventus fratrum eiusdem claustri nominibus et in personis obligarunt et impignorarunt sub his modis et pactis nostri in conspectu, quod prefatus Thomas Borsolo sub predicto titulo pignoraticio usque ad vitam suam libere possidere et tot habitaciones, quot sibi ad suam necessitatem usumque suffecerit, pro suoque beneplacito placuerit, deligere easque inhabitare valeat. Reliquas vero habitaciones et partes domus, sibi non necessarias, inquilinis aliquibus ad inhabitandum annuatim locent et census ab illis exigendi, ad reformacionem predicte domus per prefatum Thomam Borsolo exponantur, si ipse Thomas Borsolo edificia sponte bonaque et non coacta voluntate fieri fecerit. Ceterum, quod tempore mortis ipsius Thome Borsolo vigore presentis contractus, quem in hac parte idem Thomas Borsolo pro vero suo testamento, suaque ultima voluntate habere dixit et voluit, centum floreni Hungaricales ex predicta summa ducentorum florenorum Hungaricalium, pecunia scilicet capitalis sua, defalcentur extinguanturque et evanescant, atque ipsis claustro Sancte Marie Virginis fratribus quoque conventualibus eiusdem claustri heremitis pro relaxatis habeantur, de reliquis vero centum florenorum Hungaricalium ipse Thomas Borsolo, prout voluerit, disponere sibi sit in arbitrio et predicti fratres vicarius et conventus heremitarum antedictam domum eorum unacum omnibus melioramentis ab eis, quibus dictus Thomas Borsolo vel legaverit vel donaverit, solum pro istis residuis centum florenis Hungaricalibus et non pluribus ad se redimere valeant, contradiccione quorumpiam non obstante. Ubi vero ipsis heremitis residencia ipsius Thome Borsolo in predicta domo et eius partibus fienda quoquo modo displiceret, ex tunc predicti heremite eiuscemodi domum ipsorum cum predictis ducentis florenis Hungaricalibus ab eadem Thoma Borsolo semper redimere valeant ac ipse Thomas Borsolo eisdem pacifice remittere et resignare teneatur.

Ad que omnia premissa et singula observanda prefati Thomas Borsolo se ipsum personali sua assistencia, dicti vero fratres Georgius vicarius et Blasius pariter se ipsos ceteros vero fratres conventuales et totum conventum heremitarum predicti claustri sancte Marie virginis de Thall sub recepcione onerum quoad suprascripta in se onerum eorundem spontanea ipsorum obligarunt voluntate coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio presencium mediante. Datum sabbatho proximo post festum sancte Lucie virginis et martiris, anno Domini millesimo quigentesimo quadragesimo secundo.

Eredetije papiron, kívül rányomott pecsét helyével. Országos Levéltár: Acta Paulinorum 385. csomó, régi jelzete: Actor provincial de Thal, fasc. 4. nr. 10.

Közli: Iványi Béla.

125.

Bécs, 1542 deczember 18.

Ferdinánd király kéri III. Pál pápát, hogy Várday Pál esztergomi érseket a trienti zsinaton való megjelenés kötelezettségétől mentse fel.

Beatissimo in Christo patri et domino, domino Paulo III. divina providentia Sacrosanctae Romanae et Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, domino nostro reverendissimo.

Beatissime in Christo Pater et domine, dne rme. Post humilem commendationem filialis observantiae continuum incrementum. Inter alios praelatos et ecclesiarum Dei episcopos sub dominiis et regnis nostris positos intelleximus fidelem nostrum rev. in Christo patrem Paulum de Warda, archiepiscopum Strigoniensem, a Sanctitate Vestra superioribus diebus Tridentum esse ad concilium accersitum. Dum itaque ille idem Strigoniensis, Sanctitati Vestrae et Sanctae Sedis Apostolicae apprime obediens, parere mandato Vestrae Sanctitatis proposuisset, ut par erat, relictis scilicet rebus omnibus, quae eum a tali itinere iure hoc tempore poterant retardare: nos considerata periculorum magnitudine, in quibus regnum nostrum Hungariae versatur, eum, qui primas regni esset inter fideles nostros, tali tempore abesse sine reipublicae et suae ecclesiae gravi incommodo nequaquam posse arbitrari sumus; fecimus itaque libenter, ut eum apud Sanctitatem Vestram excusandum ipsi susciperemus, rati, perfacile, quae vellemus, impetraturos nos hac in re a Vestra Sanctitate fore, cui scilicet statum Hungariae omni plane ex parte perspectum esse non

dubitamus. Sanctitatem Vestram idcirco diligenter rogamus benigno animo ferre, nosque habeat testes locupletes, illum ita addictum et obnoxium esse Vestrae Sanctitati et Sanctae Sedi Apostolicae, ut fide, observantia et obedientia erga eam nemini unquam sui ordinis sit facile concessurus. Commendamus nos eidem Sanctitati Vestrae perquam reverenter. Datum in civitate nostra Vienna die XVIII. mensis Decembris Anno Dni MDXLII., regnorum nostrorum Romani XII, aliorum vero XVI.

E(iusdem) Sanctitatis V(estrae)

humilis et obsequens filius

Ferdinandus.

Ad. Carolus.

Theiner: Vetera monum. Slavorum merid. I. 653.

126.

Prága, 1542 deczember 29.

Ferdinánd király értesíti a győri püspököt, hogy a pápóczi prépostságot Tranquillus Andornak, titkárának adományozta és felhívja, hogy őt e javadalom birásában védje.

Ferdinandus etc. Reverende devote, fidelis dilecte. Contulimus praeposituram Papoci, egregio fideli nobis dilecto Tranquillo Andronico, secretario nostro, estque mens et voluntas nostra, ut eius possessionem, nihil deuotionem tuam propter juris patronatus donationem impediente, quamprimum consequatur, idque ob fidelia et grata seruitia, que ille nobis iamdiu prestitit, et, ut nunc sunt tempora, longe plura hodie et imposterum prestare poterit; quare eandem devotionem tuam gratiose requirimus et ab ea efflagitamus, ut dictam preposituram nemini conferat, vel, si contulerit, ad ulteriora non procedat, atque ita sane credimus, fore, ut Devotio tua hanc parvam rem nobis petentibus minime deneget, si modo grato animo recolet, illi longe maiora a nobis gratiose data fuisse et ne opinione nostra frustremur, latere Devotionem tuam et id nolumus, nos cogitare dictum Tranquillum, cuius fideli et diligenti opera iam nunc in negotiis nostris utamur, in antenominata prepositura clementer tueri defendereque. Datum Prage 29 Decembris. 1542.

Ex[pedite].

Egy félív papir egyik oldalán, fogalmazat a királyi kanczelláriából. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. házi levéltár: Hung. XII. 53.*

Közli: Bunyitay Vincze.

127.

1542 vége felé.

Kaposi Péter volt csornai prépostnak Sennyey Ferencz kapuvári várnagytól összeírt és a Nádasdy Tamástól kinevezett új prépostnak Csornán átadott ingóságai.

Regestrum de rebus et bonis venerabilis domini Petri de Kapos, prepositi condam Chornensis, in monasterio de eadem Chorna per egregium Franciscum Senney pro tunc castellanum et provisorem castri Kapw requisitis et inventis et ad manus venerabilis domini Emerici protunc prepositi Castriferrensis et in novum prepositum Chornensem per spectabilem ac magnificum dominum dominum Thomam de Nadasd liberum dominum et comitem perpetuum etc. electi et promoti, datis et assignatis ibidem in Chorna anno Domini millesimo quingentesimo et quadragesimo secundo, 1542. etc.

Ad manus fratrum Chornensium assignatis calicibus.

Item ad manus fratrum Chornensium ibidem commorancium Stephani videlicet et Georgii dati sunt tres calices cum patennis et mantilibus ac aliis instrumentis ad easdem calices pertinentibus, calices --- --- --- --- --- --- --- --- --- III.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item mel cum scaffa una--- --- --- --- --- --- --- I.
Item cera tabulis quatuor --- --- --- --- --- --- IIII.
Item disci lignei cum scatula seu complectura una, in numero quatuordecim disci --- --- --- --- --- --- --- XIIII.
Item flabellum unum --- --- --- --- --- --- --- I.
Item horologium unum --- --- --- --- --- --- --- I.
Item caules in vasis quatuor --- --- --- --- --- IIII.
Item furfura wulgo korpa in cophinis duobus --- --- II.
Item farina in uno cophino --- --- --- --- --- --- I.
Item pisa in uno vasculo --- --- --- --- --- --- I.
Item pisa in una parvulo cophyno --- --- --- --- I.
Item lentes cum uno et medio cubulo --- --- --- --- I½.
Item ordeum in vase uno --- --- --- --- --- --- I.
Item congius wulgo ratale unus --- --- --- --- --- I.

Item oleum in duobus amphoris...	II.
Item sepum wulgo kew faggw unum	I.
Item cathene maiores ferree tres...	III.
Item rede ex corio facte quatuor	IIII.
Item compes ferrea una	I.
Item aratrum ex ferro totaliter factum unum	I.
Item was czykolte unum	I.
Item czorozla unum	I.
Item terebrum maius unum...	I.
Item corde canabee longe due	II.
Item czakan duo	II.
Item ligo unus	I.
Item capistrum ad pensandum panem unum... ...	I.
Item capisteria alia duo	II.
Item weka duo	II.
Item ferrum longale wulgo szaalwas unum	I.
Item triticum cum vasis sex	VI.
Item siligo cum uno cophyno	I.
Item acervus tritici medius	½.
Item triticum in horreo nondum ventilatum neve expurgatum a paleis per dies duos trituratum et excussum etc.	
Item in Bandhege acervus frugum decimalium unus	I.
Item ibidem tritici cubuli octo	VIII.
Item vasa vacua vinaria decem	X.
Item vascula aceti quatuor alia usque terciam, alia vero mediam partem aceto plena	IIII.
Item vasculum acetarium vacuum unum	I.
Item larda tredecim	XIII.
Item spine wulgo orya duo	II.
Item mortarium cupreum unum	I.
Item lebetes duo...	II.
Item verua duo ferrea	II.
Item Wasszyrew szyta unum	I.
Item wasláb unum...	I.
Item candelabra duo	II.
Item pelvis cuprea una...	I.
Item sartago integra una	I.
Item sartago colatoria una	I.
Item scutele plombee (!) septem	VII.
Item disci plombei duodecim	XII.
Item secures maiores due	II.

Item sponda una --- --- --- --- --- --- --- --- I.
Item serra manualis una --- --- --- --- --- . --- I.
Item sal lapideum wulgo kewsoo sedecim --- --- XVI.
Item mense quinque --- --- --- --- --- --- --- --- V.

De pecoribus.

Item boves tredecim --- --- --- --- --- --- --- --- XIII.
Item iuvenci seu vituli anuales decem et octo --- XVIII.
Item iuvenci ad triennium procedentes tres --- --- III.
Item vitulę anuales quinque --- --- --- --- --- V.
Item vituli anni presentis quatuor --- --- --- --- IIII.
Item vacce viginti sex --- --- --- --- --- --- --- XXVI.

De equis equacialibus.

Item equi et eque equaciales tam maiores, quam minores masculi videlicet et femelle simul cum emissariis quinquaginta unum --- --- --- --- --- --- --- --- --- LI.
Item equi curriferi quatuor --- --- --- --- --- --- IIII.
Item equi equitabiles sive sellati duo --- --- --- --- II.

De porcis, aucis et gallinis.

Item porci tam maiores, quam minores femelle et masculi simul sexaginta septem --- --- --- --- --- --- LXVI(I).
Item auce decem --- --- --- --- --- --- --- X.
Item capones sex --- --- --- --- --- --- --- --- VI.
Item galline sedecim --- --- --- --- --- --- --- XVI.

De rebus ecclesiasticis beati Michaelis Archangeli de Chorna existentibus in castro Kapw atque ibidem consignatis et conscriptis 1542.

Item mantilia ad altaria conveniencia duo --- --- --- II.
Item corporalia in byrso cooperta quatuor --- --- IIII.
Item ampule plombee due --- --- --- --- --- --- II.
hoc est unum par ampularum.
Item casula purpurea rubricoloris vetus cum attinenciis omnibus unus --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.
Item casula purpurea cesii tessalici wulgo kęk szyn cum omnibus attinenciis una --- --- --- --- --- --- --- I.
Item indumentum altaris ex kamuka alba unum --- I.
Item indumentum altaris ex atlacz rubro unum --- I.

Item casula kęk purpurea cum omnibus attinenciis una iterum --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Item dalmatica rubra ex kamuka una --- --- --- I.

Item dalmatica rubra ex atlacz una --- --- --- --- I.

Item dalmatica vetus feyęr kamuka cum omnibus attinenciis cum nodulis gemmatis a tergo dependentibus una --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Item dalmatica una iterum alba ex kamuka cum omnibus attinenciis et nodulis gemmatis ex serico a tergo dependentibus --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Item noduli ex serico gemmati ad prescriptas dalmaticas duas in duabus partibus ad singulas una pertinens et continens aliquot nodos --- --- --- --- --- --- --- --- II.

Item dalmatica rubra ex kamuka iterum una --- --- I.

Item casula ex czemelet deaurata et depicta cum omnibus attinenciis una --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Item cappa ex rubro atlacz deaurata et gemmata cum epithogio et aliis attinenciis gemmatis et deauratis ad chorum pertinens --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Item casula ex feyęr kamuka nova, deaurata et gemmata cum omnibus attinenciis gemmatis et deauratis una I.

Item casula ex rubro purpure deaurata cum attinenciis et humerali gemmato, una --- --- --- --- --- --- --- I.

Item casula ex weress czemelet deaurata et depicta cum omnibus attinenciis eiusdem coloris deauratis rubris, una --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Item casula purpurea setęt kęk cum cruce in tergo deaurata et omnibus attinenciis eiusdem modi --- --- --- I.

Item casula iterum purpurea vetus coloris kęk cum omnibus attinenciis et cruce in tergo deaurata una --- --- I.

Item albe due sine casulis --- --- --- --- --- --- II.

Item epithogium unum --- --- --- --- --- --- --- I.

Item mantile unum --- --- --- --- --- --- --- I.

Item mensale unum --- --- --- --- --- --- --- --- --- I.

Item tria ampularum paria postremo inventa, paria --- III.

Item litere privilegiales in pergameno scripte cum sigillis dependentibus quaterne --- --- --- --- --- --- --- IIII.

Item byretum album unum ipsius prepositi defuncti I.

Bakoniensis etc., m. p.

Eredetije három ív papiron. Országos Levéltár: Eccl. Camer. fasc. 37. nr. 23.

Közli: Iványi Béla.

128.

Galgócz, 1542. november 29.

Turzó Elek királyi helytartó végrendeletéből.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen.

Quum omnis nostra salus ex immensa omnipotentis Dei erga genus humanum misericordia et gratia consistit, idque meritis passionis et mortis Domini nostri Iesu Christi, quam fide amplectimur: confugio ego pro remissione peccatorum meorum erga misericordiam Dei clementissimi, cui animam meam singulari spe et fiducia commendo; firmissime credendo, quod me, tametsi ab adolescentia peccatis innumeris obnoxium, immensa tamen et infinita sua misericordia non privabit, neque excludet ab ea redemtione, quam Filius suus, Dominus noster, morte sua pro omnibus hominibus peregit. Credo enim eius morte satisfactum esse et pro meis, et pro totius mundi peccatis, quae omnia minora sunt, quam merita illa passionis et mortis Domini nostri Iesu Christi. In hac spe, fide et fiducia volo reddere animam meam in manus altissimi Dei, creatoris mei.

Ceterum corpus meum volo commendare terrae, de qua sumtum est, in spem futurae resurrectionis; et rogo charissimam meam coniugem, item fratrem meum, Ioannem Thurzo, praeterea tutores testamenti mei et bonos servitores meos, ut corpus meum curent devehendum in locum sepulturae maiorum meorum ad Leutschoviam et tumulari in ecclesia parochiali absque omni pompa, his dumtaxat servatis, quae citra publicum scandalum omitti non poterunt. Prohibeo autem dominam uxorem meam, in quantum animam meam gravare non vult, ne corpus meum ad locum praedictum conducat aut comitetur, sed se in suo loco moderno contineat. Satis enim erit per servitores meos ista, quae ad humandum corpus meum pertinent, curare: quod citra ullam moram et dilationem statim post mortem meam fieri volo, sine omnibus, ut praemisi, ceremoniis, quatenus scandalum publicum evitandum videbitur.

Volo etiam, ut genitori meo in eadem ecclesia Leutschoviensi lapis honestus, tumulo imponendus, praeparetur et suo loco statuatur, cum insignibus familiae meae, et decens titulus insculpatur cum nominibus filiorum illius, videlicet Ioannis, episcopi Wratislaviensis, Stanislai episcopi Olomucensis, Georgii, olim comitis Zoliensis et camerarii Cremnitzensis, et meo, quos

ille generavit; et hoc, prout decentius fieri possit, peragatur. Similiter rogo, ut pro superficie sepulcri dominae coniugis meae, prioris, quae in eclesia parochiali in Vistonia sepulta est, lapis honestus et elegans praeparetur, cum insigniis familiae suae, quae eadam fuerunt cum insigniis condam reverendissimi domini Georgii (Szatmáry) archiepiscopi Strigoniensis.

Ut autem inter dominam consortem et filias meas, item fratres et patrueles meos, ratione bonorum meorum, omnis dissensionum et contentionum materia amputetur: de castris et bonis meis hanc facio dispositionem et hunc ordinem servari volo.

Primum, quod castrum Baimocz et castrum Scepus, vel, si contingeret Maiestatem regiam pro castro Scepus alia bona et haereditates aut aliquam summam pecuniae dare, cedant fratri meo, domino Ioanni Thurzo, quam rogo, ut iis bonis sit contentus; ita tamen, ut si in recompensam iuris et bonorum Scepusiensium aliqua summa pecuniae per Maiestatem regiam dabitur: huiusmodi pecunia in nullum alium usum, quam in emtionem bonorum et haereditatum convertatur, quae postea ad familiam meam devolvi possint.

— — — — — — — — — — — — — — —

Quod autem attinet ad arcem et episcopatum Nitriensem: volo et statuo, ut officiales mei, quemadmodum et iurare illos feci, arcem et bona omnia illius episcopatus dent ad manus fratris mei Francisci Thurzo; sed non prius, quam ipse quoque prius per litteras fassionales det consensum liberae dispositioni meae testamentariae, quemadmodum duo Georgii Thurzones fecerunt, quae litterae et fassiones extant. Simili autem fassione facta et litteris datis, detur castrum Nitriense et omnia bona episcopatus ad manus illius.

Praeterea, quum Maiestas regia, dominus meus clementissimus, pro bonis et haereditatibus, per me Maiestati suae concessis, benevole dederit mihi in arenda fodinarum Bistriciensium assignationem 80 millium florenorum Hungaricalium, per dominos Fuggeros exolvendorum: ex hac totali summa percepi ad 32 millia, et restant adhuc persolvenda 48 millia florenorum, quae summa per hos anno quatuor persolvi debebat, ita videlicet, ut singulis festis b. Georgii M. a proximo festo Georgii computanto, 12 millia florenorum numerari debeant. Quodsi aliquo casu fieret, ut Maiestas sua assignationem istam ad quorumcunque sinistram suggestionem mutare vellet, supplicandum erit suae Maiestati in persona dominae coniugis et filiarum mearum, ut Maiestas sua,

intuitu divinae iustitiae et fidelium servitiorum meorum, dignetur mihi eam iure debitam assignationem salvam relinquere. Rogo etiam sororium meum, dominum Antonium Fugger, ut ipse quoque hanc pensionem manuteneat. — — Ex hac autem summa, quae de huiusmodi assignatione arendae mihi et haeredibus meis numeranda est, volo et decerno, ut imprimis dentur 10 millia florenorum, quibus auxilio et consilio domini Antonii Fugger aut bona aliqua haereditaria emantur, aut ipsa summa in eum locum collocetur, unde citra offensionem conscientiae honesto modo census administratur, in manus iudicis et senatus Leutschoviensis: et existimo, posse ordinari ad eam summam censum florenorum 500, quem, ut praemisi, domini inprimis Antonii Fugger industriae, demum et aliis testamentariis committo. Volo autem, ut ex huiusmodi censu aut bonorum emtorum emolumento concionator doctus et idoneus in ecclesia parochiali Leutschoviensi habeat stipendium flor. 100 quotannis, ut verbum Dei diligenter praedicetur; item, ut alantur bonae indolis adolescentes scholastici duo in gymnasiis, qui potissimum sacras litteras discant, in eum finem, ut suo tempore concionari populumque docere possint, et quum ad docendum idonei videbuntur, alii duo, similiter in gymnasio docendi, assumantur et ex hoc singulis ad studia continuanda floreni 40 vel 50, aut prout senatui Leutschoviensi magis expedire videbitur, dentur quotannis; et ut singulis annis duae virgines orphanae, dote destitutae, matrimonio elocentur, et huius elocationis summam conscientiae praedicti senatus permitto limitandam; et ut alantur sex egeni mendicantes, quibus semper de vestitu et victu provideatur; et si quas praeterea eleemosynas et pia opera ampliora ex censu seu utilitate praedictae summae facere poterunt: iudex et iurati cives praedicti non negligant. Volo autem, ut omnes hi sumtus et elocationes per senatum Leutschoviensem fiant cum scitu concionatoris. Quapropter eundem senatum rogo et conscientias eorum, qui magistratu funguntur, interpello atque onero, ut haec fideliter atque diligenter pietatis causa et respectu Dei curent et exequantur. Et ut haec ipsa dispensandi onera promtius subeant: lego civitati Leutchoviensi duas domos meas, quas in Cassovia habeo, similiter et vineas meas duas in promontorio oppidi Szántó sitas.

— — — — — — — — — — — — — — —

Francisco Thurzo, tametsi et ipsi ex alienis manibus episcopatum Nitriensem liberaverim, lego florenos 6000. — — Hospitalibus egenorum Posonii, Tirnaviae et in Galgócz existentibus,

singulis videlicet hospitalibus florenos 200, hospitali, quod est Leutschoviae, lego florenos 500. Volo etiam, ut in praedictis hospitalibus pauperes, quotquot sunt, vestiantur vestitura decenti, tunica, pileo, calceis et indusiis.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ex quo regia Maiestas sit generalis tutor et protector omnium orphanorum et viduarum, supplico suae Maiestati regiae, uti domino meo clementissimo quam humillime, dignetur respicere imprimis Deum optimum maximum et iustitiam eius, dein et fidelia servitia mea, ut quemadmodum dedit mihi liberam disponendi facultatem de omnibus bonis et rebus meis, quae alioquin ad fratrem meum carnalem et patrueles meos deberent devolvi: ita Maiestas sua dignetur huiusmodi dispositionem et legata mea gratiose conservare et defendere contra universos, qui obstare vellent aut impedire ea niterentur. Constituo autem speciales tutores testamenti mei praesentis reverendissimos dominos Strigoniensem et Colocensem archiepiscopos, magnificum dominum Petrum de Perény et generosum dominum Ioannem Hoffmann; et iisdem dominis commendo defensationem dominae coniugis meae et filiarum mearum ac fratrum et bonorum meorum, rogoque dominationes suas, respiciant humanos casus et communem hanc omnibus imminentem sortem, et pro ipsarum in me benevolentia proque pietate, velint apud Maiestatem regiam et ubicumque opus fuerit, auxilio, defensione et tutela adesse dominae coniugi et filiabus meis, et expectent a Deo benignissimo tam piorum officiorum meritum et remunerationem. Sed quia dominus Perényi est mihi coniunctus dominus et frater: suae spectabili et magnificae dominationi non solum ut tutori, verum etiam ut fratri committo et commendo dominam consortem et filias meas, fratres item et bona mea ita, ut quandocunque domina coniux mutare officiales castrorum vellet, semper id ex voluntate et scitu atque consensu, et quidem praesente homine suae spectabilis magnificentiae faciat... Rogo etiam magnificum dominum Batthyáni, tamquam veteranum et coniunctissimum amicum, ut sua dominatio sit auxilio et defensioni, qua esse poterit, dominae coniugi et filiabus meis; suae autem magnificae dominationi lego annulum meum, quem gestavi cum lapide theurkys, et praeterea equum meum unum, qui inter equos meos videbitur praestantior.... Datum in arce nostra Galgocz in vigilia festi beati Andree apostoli a. 1542.

Wagner: Analecta Scepusii, I. 168. — *Katona,* XXI. 240. — N. R. A. 419. 43.

129.

Bécs, 1542 deczember 30.

Ferdinánd király Várday Pál esztergomi érseket Thurzó Elek halála után királyi helytartóvá nevezi.

Nos Ferdinandus etc. recognoscimus per praesentes, quod nos, perspecta iam pridem et cognita fide ac diligentia et in rebus nostris tractandis ac rite concludendis sollertia et integritate reverendissimi in Christo patris domini Pauli de Warda, archiepiscopi ecclesiae Strigoniensis etc. eundem in absentia nostra praefecimus et constituimus in locumtenentem nostrum in predicto regno nostro Hungariae, conditionibus infrascriptis. Inprimis, ut omni illa auctoritate et facultate fungatur, qua praedecessorum nostrorum atque nostro tempore ceteri locumtenentes pro tempore constituti usi sunt, videlicet: quod habeat facultatem administrandi iustitiam citra omnem appellationem; quod possit indicere conventum particularem, requirente necessitate, omnibus statibus pro commodo nostro dictique regni nostri; quod habeat auctoritatem mandandi omnibus confinia tenentibus et officialibus ceterisque fidelibus nostris in omni publica administratione; quod habeat ius conferendi omnibus personis dignis bona ad 32 colonos se extendentia, quae ad collationem nostram legitime spectarent; quod habeat ius conferendi ecclesiastica beneficia in omnibus ecclesiis, in quibus praelati ius patronatus non habent, exceptis tamen abbatiis praepositurisque maioribus; quod habeat facultatem et auctoritatem plenam, omnibus resipiscentibus et ad obedientiam nostram ac ad sinum gratiae et clementiae nostrae redire volentibus, nostra in persona gratiam impertiendi. In omnium igitur horum testimonium praemissorum et robur praesentes litteras nostras, manu nostra subscriptas et sigillo nostro consignatas, eidem domino Paulo archiepiscopo dandas duximus et concedendas. Datum Viennae die paenultima mensis Decembris anno Domini 1542.

Bél: Notitia Hungariae. I. 471. — *Katona:* XXI. 267. — *R. Kiss* István: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában és 1559—51. évi leveles könyve. Budapest, 1908. 359—60.

130.

1542 végén.

Ferdinánd király meghagyja a pécsi káptalannak, hogy azon arany és ezüst javakat, melyeket Miklósnak, a Szent-Erzsébet ispotály igazgatójának halála után ennek és Bálint kanonoknak hagyatékából János püspöki helytartó magához vett, jogosult birtokosaiknak visszaadják.

Ferdinandus divina favente clementia etc. Fidelibus nostris egregiis Stephano et Blasio Swlyok de Leckhe, item venerabili Capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis, executoribus videlicet venerabilis quondam magistri Joannis de Quinqueecclesiis, alias vicarii in spiritualibus et causarum auditoris generalis eiusdem ecclesie Quinqueecclesiensis, salutem et gratiam. Exponitur Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum venerabilium magistrorum Stephani, rectoris capelle sancti Andree apostoli, ad latus dicte ecclesie Quinqueecclesiensis constructe, ac Georgii rectoris hospitalis ecclesie beate Elizabet vidue, in civitate Quinqueecclesiensi fundate, et Valentini succustodis, canonicorum dicte ecclesie Quinqueecclesiensis, coexecutorum quondam Nicolai de Kaproncza, alias rectoris hospitalis eiusdem ecclesie beate Elizabet vidue, predecessoris scilicet ipsius magistri Georgii, exponentium, qualiter prefatus condam magister Joannes vicarius, coexecutor ipsorum exponentium existens, post obitum et decessum eiusdem condam magistri Nicolai, rectoris hospitalis, preter voluntatem dictorum exponentium, coexecutorum utputa suorum, certas res et bona, tam aureas quam etiam argenteas prefati condam magistri Nicolai rectoris eiusdem capelle, ad summam trecentorum florenorum et ultra se extendentem, ad se et ad manus suas recepisset, neque eisdem exponentibus, sepius repetentibus illas et ea, restituisset et reddere curasset. Preterea idem condam magister Joannes vicarius certas quoque alias res et bona honorabilis magistri condam Valentini, alias canonici dicte ecclesie Quinqueecclesiensis, cuius verus et legittimus executor idem magister Georgius exponens, rector dicte hospitalis ecclesie inter alios per eum constitutus fuisset, modo simili ad se levasset et in domum suam Quinqueecclesiis habitam reportasset, et inter alia bona eiusdem condam magistri Joannis vicarii res et bona eiusdem condam magistri Valentini permixta fuisse ipse magister Georgius executor dicti condam Valentini vidisset et aperte cognovisset:

unde idem exponentes res et bona predicta apud ipsum condam vicarium existentia et habita rehabere et bona huiusmodi eo, quo legata fuissent, exponere creditoribusque suis ex illis satisfacere vellent, iustitia mediante. Unde nos supplicatione pro parte dictorum exponentium nobis superinde porrecta intellecta et admissa, nolentes ipsos testatores bonis eorum frustrari, mandamus fidelitati vestre harum serie firmiter, quatinus acceptis presentibus et rebus premisso modo se habentibus, res et bona prefati condam magistri Nicolai rectoris dicte hospitalis ecclesie, ut prefertur, usque ad numerum trecentorum florenorum vel ultra se extendentia et per ipsum condam Ioannem vicarium modo premisso asportata et ablata, eisdem exponentibus tanquam legittimis executoribus dicti condam magistri Nicolai integre reddere et restitui facere; preterea alias quoque illas res et bona annotati condam magistri Valentini, quas scilicet et que similiter idem condam éicarius asportasse dicitur, eidem magistro Georgio exponenti, tanquam legittimo executori suo, reddere et restituere debeatis et teneamini, ut tam ipse magister Georgius rector hospitalis, quam dicti alii exponentes et coexecutores sui de his omnibus rebus et bonis creditoribus et servitoribus eorundem condam magistrorum Nicolai alias rectoris hospitalis et Valentini canonicorum satisfacere ad plenum possint et valeant. Nam alias fideli nostro reverendo domino Stanislao, episcopo dicte ecclesie Quinqueecclesiensis, firmissime committimus, ut ipse quoque ad premissa facienda authoritate nostra regia iustitia suadente cogere et compellere debeat et teneatur...

Nyilt papirlevél kelet és pecsét nélkül; végsorainak kitörlése oda mutat, hogy újra írt, ki nem adott példány. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1528. okt.—decz. nr. 193.*

Közli: Bunyitay Vincze.

131.

Selmeczbánya, 1542.

Selmeczbánya tanácsa kéri — úgy látszik — a bécsi püspököt, hogy mentse fel őket és prédikátoraikat az előtte való megjelenés alól.

Hochwirdigster etc. Es ist uns von etlich Monaten ein genedigster beuelich von Ro. Khay. Majestet etc. unser allergenedigsten Hern zukomen, welichen wir mit allein mit geburlicher reverentz zum underthanigsten entfangen, sunder auch mit hochten Freiden desselben inhalt gern vernommen, dan uns Ier

Khay. Maiestet allergenedigst dorinnen zuvornemen geben, wie das Ewer Hocwirdigst furstliche genaden in khurtcen uns perschonlich (!) zu ersuchen furhabens weren. Nochdem wir aber khein höher patron auch sunst niemant haben, der unser und unser perckhandlungen anligien daran dan Eweren F. genaden und dem gantzen Landt nit wenig gelegen besser befudern knith, dan wir allein Ewer F. G. hatte uns, wo solliches bestehen, was in aller underthanigkeit nichts lieber widerfaren khumen, dan nochdem E. F. G. perschonlich alle sachen selbst gesehen und genugsamen grundtlichen und worhaftigen berich entfangen hette dieselbe gantz vaterlichen mit fruchtbarlicher ausrichtung unser not und obligien der R. Khay. Maiestet genedigist mit dem ehisten khunnen furbringen.

Nun ist uns aber solich unser Hofnung und trost durch E. F. G. schreiben so uns diese tag zu khomen, gantz und gar erlegt worden, dan wir nit allein daraus mit schrecken vornumen, das E. F. G. ire ankunft zu uns in eurotz undern (?) Sinow vorendert, sunder auch durch gelaudtsbriff uns und unser Kirchendiener dosolbest hin erfordern lassen. Nun wir aber weder fur unser noch unser kirchendiener perschonen gar nichtes, das wir dermassen solten vorwirkt haben, darunnen wir dan zuvorantwurtung solten vorgelatet werden und khumen. Auch unsern predigern mit guten kristlichen gewissen anders nit zeugniss geben, allein, das sie bisher in unsern kirchen nichts anders, dan nur der propheten, Christi und der heiligen Apostel lere geprediget und gelereth haben. So haben sie auch mit irem wandel gar kheinem menschem weder Ergernus noch bose exempel geben. Khunde aber wol abnemen, das etwa ein abgunstig böss Mensch soliches alles hinderrucken uns bey E. F. G. wirth zugericht haben. Die weil wir aber nichts deste weniger zu E. F. G. noch unser hochste zuflucht und gewisses untherthaniges vorwawen haben, so bitten wir hiemit E. F. G. die wollen nit allein uns in kheiner ungenaden zumessen, das wirumb vielveltiger und unvormaidlicher ursach willen mit unseren Prediger vor E. F. G. auf dismal nit erscheinen, sunder dieselbe wolle noch genedigist noch dem sie so nahent iren weg zu uns leuden und alhie selbst unser unschulten erkundigen und damit als wol E. F. G. als Khay. Maieste unsers unsers aller genedisten Hern einkhumen deste baster (!) befuderth wirden, genedigist alle sachen selbest ergrunden und volgents der Khay. Maiestet, weliche dan E. F. G, vor vilen andern meren glauben hat, genedigist furbringen. Soliches wollen wir

mit hochster Dankwarkeit umb E. F. G. gantz underthaniglig Ewiglichen zu vordienen.

Kívül, más kézzel: 1542. Memoriale wegen des Bischofs.

Fogalmazvány Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

132.

Kassa, 1542.

A tanács rendelkezik az egyházi javakról.

Totus senatus uno consensu unanimique voluntate vineam quamdam ad altare d. Annae pertinentem ad colendum concessit honorato domino Casparo literato per totum quinquennium stb.

Kemény L.: A reformáczió Kassán. 14. l.

133.

Kápolna, 1542.

A pálosok főperjele felhívja az egyik vikáriust, hogy ottmaradt holmiait küldje el neki.

Paterno favore premisso cum salute. Honorabilis et dilecte fili, noveris, quod in cella, vestre celle viciniori, habemus meras viginti pertinentes ad nos; committimus igitur vobis, ut illas meras atque etiam de vestris quinque, necnon unum magnum cantarum collationarium et picaria maiora XII. absque omni dilatione ad nos mittere debeatis et teneamini sub debito obedientie. Misimus autem nos pro eisdem afferendis unum valahonem, cui vos alterum associare teneamini. Secus non facturi. Quam citissime. Valete sancte et feliciter. Datum ex Capolna feria quinta initii capituli, anno Domini 1542. Frater Emericus, vester prior generalis.

A pálos-rendűek levelező-könyvének töredékéből. — *Ipolyi-gyüjtemény.*

Közli: Bunyitay Vincze.

134.

Kelet nélkül. (1542.)

Névtelennek levele, melyben az erdélyi püspöki uradalmak siralmas állapotát írja le s felhozza, hogy Izabella királyné semmi hasznot nem élvez azokból, hogy Drágffy Gáspár a püspöki birtokok felerészét elfoglalta, Szentmihálykövét és a többi részeket a jószágkezelők bitorolják stb. stb.

Magnifice domine et patrone... Ex episcopatu [Transsilvanensi] Maiestas sua [Isabella] parvam hoc tempore turbulento utilitatem habet. Decime sunt direpte, censuras ecclesiasticas nemo curat, deputationes multe sunt facte servitoribus reverendissimi quondam cuiusdam episcopi; Maiestas etiam nonnullas decimas servitoribus condonavit. Mediam partem episcopatus vi occupavit dominus Gaspar Dragffy, et nemo est, qui vel contradicat vel rursus eodem modo repetat, id, quod dominus thesaurarius prestare posset, sed mavult servire sibi, quam aliis. Petrus More reverendissimi cuiusdam episcopi servitor primarius possedit titulo pignoris castra duo episcopalia, quae dimittere non vult, nisi illi plenaria solutio fiat, et debentur illi decem millia florenorum. Adherent illi plerique servitores reverendissimi domini Statilii episcopi, qui expectant solutionem servitiorum suorum. Tentata est aliquot dies cum eo concordia, sed in hunc diem evalescere non potuit. Ante aliquot dies venit ad castrum Sancti Michaelis in rupe, quod uno milliari ab Alba Julia abest, tractavit cum eo magnificus dominus Petrovith comes Themessiensis et adduxit eum ad equiores conditiones prioribus, iuravit fidelitatem Maiestati sue et vult eum (!) ad castrum Dialw sub certis conditionibus, quas antea significavi, mittere. Cum egregio Michaele Horwath, castellano castri Dyod, diebus preteritis habiti sunt varii tractatus, transactum est tandem cum eo pro illius arbitratu. Tales hic sunt servitores, quibus si credas castrum, existimant ad se pertinere, et quamdiu permittis illis proventus percipere, et omnia pro libidine agere: tamdiu sunt in officio; si vel proventus vel castrum repetere voles, statim repugnant, rebellant, servitia multis verbis recensent, expensas factas esse affirmant, agunt tecum conditionibus, pactis; cogeris vel castro carere vel ea solvere, que ipsi postulant. O tempora, o mores...

Egy ív papiron, kelet, aláírás nélkül, az 1542. évi iratok közt. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. X. 4.*

Közli: Bunyitay Vincze.

135.

Eperjes, 1542.

A törökök által elfoglalt Budáról Eperjesre vitt egyházi szerek lelettára.

Inuentarium rerum ecclesiasticarum per venerabilem dominum Petrum prepositum (?) Buda per Thurcas occupata exportatarum. Eperÿes 1542.

In primo scrinio:

Item tabula imaginis Beatissime Marie Virginis et Trium Regum, item Innocentum	in pond: marc:	29	piset 14
Item pacificale maius cum cristallo rotundo	in pond: marc:	15	piset 1
Item monstrancia	in pond: marc:	6	piset 39
Item pacificale minus	in pond: marc:	2	piset 15
Item par candelabrorum maiorum deauratorum	in pond: marc:	10	piset 19
Item par candelabrorum minorum cum deauratis circulis	in pond: marc:	4	piset 36
Item 2 calices cum patinis	in pond: marc:	5	piset 39
Item 2 ampulle	in pond: marc:	2	piset 36
Item thuribulum cum navicula	in pond: marc:	6	piset 24
Item campanula	in pond: marc:	2	piset 4
Summa omnium	marc:	86	piset 15

Item 1 vestimentum altaris.
Item 2 dalmatice ministrantum albe aurate.
Item 1 casula aurea cum crucifixo et humerali gemmato.
Item 2 vestimenta altaris de velluto rubeo albo variegato.
Item 1 casula deaurata viridis.
Item 1 casula deaurata rubea intertexta.
Item 1 casula de veluto rubeo albo.
Item 1 casula de damasco albo.
Item 1 casula de camoca rubea variegata.

In altero scrinio:

Item 1 casula brunatica.
Item 1 casula de brunatico velluto auro intertexto.
Item 2 dalmatice albe de atlasio.
Item 1 casula de veluto rubeo.

Item 2 palle de camoca rubea.
Item 2 palle de camoca rubea variegata gil. (!)
Item 1 palla de camoca alba cum parta argentea.
Item 2 vestimenta altaris de camoca spadicea.

Egy félív papir egyik oldalán, aláírás vagy pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1542. Sine dato. 29.*

136.

1542. táján.

Antal kapornaki apát, továbbá Mezőlaky Ferencz, Albert deák és Kapornaky János atyafiai egyrészről, másrészről pedig nagyságos Verbőczy Imre, Tolnamegye főispánja és alsómagyarországi kapitány kölcsönös védelmi szövetségre lépnek. Hasonló szövetséget köt Antal apát a Peleskei Ewrdewg-családdal is.

Antonius abbas Kapornakiensis et sui cognati Franciscus Mezőlaky, Albertus literatus ac Joannes Kapornaky cum magnifico Emerico Verbőczy, comite Tolnensi et capitaneo Hungariae inferioris foedus ad mutuam defensionem ineunt. Tale foedus pepigit Antonius abbas etiam cum familia Ewrdewg de Peleske.

Egykorú fogalmazványok a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. F. A. nr. 101. Közli: Dr. Karácsonyi János.

137.

1542. táján.

A Podmaniczkyek azon föltételei, melyek alatt hajlandók Ferdinánd királynak meghódolni.

Supplicatur sacre regie Maiestati in personis magnificorum Joannis et Raphaelis de Podmanÿn etc.

In eo, ut sua Maiestas capitibus personis et universis bonis... amicisque et servitoribus ipsorum ... gratiam singularem ... donet... Sic ipsi supplicantes ad omnia servitia instar fidelium Maiestati sue paratos prestabunt.

Donata et inscripta bona et castra per dominum condam Joannem regem pre manibus, in quo supplicantes existendo castrum Palotha propter illam sententiam utriusque regis in Ladislaum More latam et pro illis XX mille flor. quos idem dominus Joannes rex tempore expugnationis prefati castri elargitus est ac iuxta contractum illum cum domino Laurencio Herchegh habitum confirmet unacum abbatiis Zÿrch et Jasth, que semper iure iurispatronatus a castro Palotha dependent. Vel si Maiestas regia digna-

tur accipire prefatum castrum Palotha cum abbatiis ac villis Ewsy, Brenhÿda, Peremarton, Zenthÿstwan episcopatus Wesprimiensis, qui scilicet in flor. mille per condam dominum Joannem regem ipsis Podmanÿczkÿ sunt inscripte, pro eo, quod trecentos pedites in spatio trium mensium pro conservatione Budensis idem Podmanÿchky tenuit propriis expensis, quando scilicet regia Maiestas penes copias Joannis regis contra Thurcam quarto hinc anno in Transilvaniam moverat, castrum Nÿttriense eorum omnium loco gratiose restituat, quia ipsi Podmanÿchkÿ ad prefatum episcopatum Nÿttriensem legitimum ius habent.

Castrum Lednÿcze et Hrÿcho, quod alias iure ipsos Podmanÿczkÿ concernit, gratiose donet perpetuo . . .

Supplicatur quoque regie Maiestati, ut castellum Zerdahel cum suis pertinentiis, ex quo in regiam Maiestatem devolutum est propter interemtionem genitricis ipsorum possessorum Zerdahel per ipsos factam... inscribere dignetur.

Similiter pro abbatia Kolos, que a tempore conflictus Mohachensis legitimo possessore caret, dignetur Maiestas regia supplicantibus et per eos ipsorum sororiis gratiose donare . . .

Egykorú másolat a veszpr. káptalan mag. lt. capsa 13. f. Peremarton nr. 28.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

138.

1542. táján.

Ferdinánd válasza a Podmaniczkyak meghódolást igérő feltételeire.

Sacra Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regia Maiestas... intellexit articulos et postulata, que nomine et in persona magnificorum dominorum Joannis et Raphaelis fratrum de Podmanÿn... proposita fuerint et ad ea... respondet in hunc modum.

Primum capitibus et bonis universis dictorum dominorum de Podmanÿn... gratiam specialem facere . . . dignabitur.

Castrum Palotha unacum abbatiis Czÿrcz et Jasth, que iure patronatus ab eo castro dependere perhibentur, Maiestas regia eisdem supplicantibus de Podmanÿn clementer conferet ea conditione, quod si Maiestas regia vellet haberi castrum Palotha ab ipsis dominis de Podmanÿn, ex tunc ÿdem domini in totum a iure, quod ad episcopatum Wesprimiensem sibi vendicant sese abdicent, et contenti sint tantum castro Palotha et acceptis mille

florenis, quos rex Joannes inscripsit illis in quattuor villis videlicet Ewsÿ, Berenhÿda, Peremarthon et Zenthÿstwan ad episcopatum et capitulum Wesprimiense pertinentibus, contenti sint has ipsas villas cedere episcopo aut capitulo Wesprimiensi. Si autem Maiestas regia vellet et castrum Palotha et modo dictas villas cum omnibus pertinentiis suis redimere, tum Maiestas sua eisdem supplicantibus viginti millia florenorum depositura est.

Super castra Lednÿche et Rÿkho (!) ius suum, (si quod in illa habet) clementer concedet...

Castellum Zerdahel... eisdem supplicantibus Maiestas regia donabit...

Abbatiam quoque Kolos, que a tempore conflictus Mohachÿensis legitimo possessore caruit, eadem Maiestas regia Joanni Lephanti (!) sororio supplicantium clementer conferre erit propensa...

Egykorú másolat a veszprémi káptalan mag. lt. capsa 13. f. Peremarton 28.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

139.

1542.

Plébánosok adózása Nógrádmegyében.

Zewlews.

Plebanus loci eiusdem consciencie examinatus pro decima proventuum parte, sexagesimam, fl. I½.

Bokor.

Plebanus loci eiusdem consciencie examinatus, pro decima proventuum parte denar. L solvit.

Cyecye.

Plebanus loci eiusdem, fl. I solvit.

Jobagy.

Plebanus loci eiusdem, fl. I½.

Kewkenyes.

Plebanus loci eiusdem, fl. I.

Hyhalom.

Plebanus loci eiusdem, fl. I.

Bagyon.

Plebanus loci, fl. I.

Dengelyeg.

Plebanus loci eiusdem, fl. I.

Bwyak.

Plebanus loci eiusdem, fl. II solvit.

Zyraak.

Plebanus loci eiusdem, fl. I.

Also Berczel.

Plebanus loci eiusdem, den. LXXV.

Becyke.

Plebanus, fl. III.

Felsew Berczel.

Capituli Waciensis, p. VIII.

Also Pencz.

Capituli.

Kosdh.

Capituli, p. VIII.

Cyelethe.

Capituli, p. fl. XIII; plebanus loci eiusdem, fl. I.

Nazaly.

Capituli, p. VIII.

Teryen.

Plebanus loci eiusdem, fl. I.

Herencyen.

Plebanus loci eiusdem, fl. I.

Mohora.

Plebanus loci eiusdem, fl. I½.

Nandor.

Plebanus loci eiusdem, fl. II.

Nagy Rohman.

Plebanus loci eiusdem, fl. II.

Newthechy.

Plebanus loci eiusdem, fl. I solvit.

Baank.

Plebanus loci eiusdem, fl. I.

Tholmach.

Plebanus loci eiusdem, fl. I.

Zokolya.

Plebanus loci eiusdem, fl. II solvit.

Jenew.

Plebanus loci eiusdem, fl. I.

Borsos beren.

Plebanus loci eiusdem, fl. II solvit.

Deythaar.

Domini reverendissimi, p. XV; plebanus loci eiusdem, fl. I.

Pathak.

Domini reverendissimi, p. XX.

Felsew-Wadkerth.

Domini reverendissimi, p. XI; plebanus loci eiusdem, fl. I solvit.

Kewzeep-Wadkerth.

Domini reverendissimi, p. XVIIII; plebanus loci eiusdem, fl. I solvit.

Also-Wadkerth.

Domini reverendissimi, p. XVII.

Tereske.

Olim monialium, nunc domini Balassa, p. X.

Apacza.

Olim earundem, nunc domini Balassa, p. VIII.

Cyezthwe.

Capituli nunc domini Balassa, p. V½.

Hwgyad.

Domini reverendissimi, p. XX plebanus loci eiusdem, fl. I.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XXIII. kötet.

140.

1542.

Egyházi birtokok adózása Somogymegyében.

Processus Michaelis Thethwessy iudicis nobilium 1542.

Latran.

Michaelis presbiteri ka (?), p. I solvit.

Landord.

Custodis de Somoghwar, p. VI solvit.

Bew.

Prepositi de eadem, p. X solvit.

Myzar.

Plebani de Omok, p. I solvit.

Path.

Prepositi de Zenthbenedek, p. X, solvit.

Wylak.

Archidiaconi de Hethes, p. IIII solvit.

Zenthmyklos.

Custodis Albensis, p. XVI solvit.

Bodogazzon mernye.

Custodis Albensis, p. XIIII solvit.

Wade.

Custodis Albensis, p. IIII solvit.

Kelyz.

Abbatis Sancti Martini, p. I solvit.

Tard.

Prioris de Lewewld, p. II solvit

ibidem.

Capituli Albensis, p. I solvit.

Almad.

Heremitarum de Zenthmyklos, p. I solvit.

Somogwar.

Ibidem abbacie de Somoghwar, p. VII, percepit domina consors Valentini Thewrek.

Regestrum super bonis, que in processu Michaelis Thethwesy dominus Valentinus Therek possidet.

Plebanus de Lak, den. XL, tenetur.

Almad.

Ibidem plebanus de eadem p. fl. I, den. XX solvit.

Wyffalw.

Ibidem Franciscus presbiter.

Rector altaris ad den. XXXVIII.

Ibidem plebanus de eadem ad den. L.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptiók a lymbusból kiválogatva, 4. csomó.

Közli: Iványi Béla.

141.

Bécs, 1543 január 1.

Ferdinánd király visszaadja Várday Pál esztergomi érseknek, mint a királyi kettős pecsét őrének és főkanczellárnak azon jogot, hogy a nemességet és örökös főispánságot adományozó leveleket ő pecsételhesse meg és nem a titkos pecsét őre.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus ... quod cum superioribus annis perspecta integritate, fide singulari et rerum gerendarum experientia, solertia ac prudentia r. in Christo patris Pauli de Warda, archiepiscopi ecclesie Strigoniensis, primatis Hungarie, legati nati, summi et secretarii cancellarii nostri fidelis, sincere nobis dilecti, sigillum duplex nostrum et autenticum, cuius usum per certum tempus intermissum fuisse tempore predecessoris nostri, quondam seren ssimi principis domini Ludovici regis etc. intellexeramus, eidem archiepiscopo Strigoniensi faciendum et eo more alias consueto utendum concessissemus, orta fuit quedam contentio coram nobis, qualesnam litere sub ipso duplici sigillo et altero, quod secretum vocamus, temporibus priorum regum confici solite fuissent: consiliariis nostris tunc ex utroque ordine tam scilicet prelatorum, quam baronum nobiscum existentibus, coram quibus res ista modo premisso mota erat, comperimus una cum ipsis consiliariis nostris: fere omnes literas confirmationis, armorum ac creationis comitum perpetuorum semper sub predicto sigillo duplici emanatas fecisse, id, quod ex antiquis etiam literis predecessorum nostrorum verum fuisse didicimus. Volentes itaque prefatum Paulum archiepiscopum in antiquis iuribus et privilegiis suis conservare, decrevimus et constituimus: ut idem tanquam summus secretarius et cancellarius noster literas omnes predictas confirmationis, armorum ac creationis comitum perpetuorum, et nemo alter, conficere et expedire debeat. Idcirco vobis fidelibus nostris, qui predictum aliud sigillum nostrum secretum habent et habuerint, cancellariis videlicet curie nostre, eorundemque vicegerentibus harum serie firmissime committimus et mandamus: ut a modo imposterum literas confirmationis, armorum et creationis comitum perpetuorum nullo unquam tempore confectas alicui dare audeatis, sed prefato archiepiscopo, eiusque successoribus sigillum prefatum duplex habentibus conficiendas relinquere debeatis. Secus ne feceritis. Datum Vienne prima Januarii 1543. Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1543. január 3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

142.

Bécs, 1543 január 1.

Ferdinánd király kéri III. Pál pápát, hogy Kecsethy Márton választott veszprémi püspököt erősítse meg s neki az annátát engedje el.

Beatissimo in Christo patri et domino, domino Paulo III. divina providentia sacrosanctae Romanae et universalis ecclesie Summo Pontifici, domino nostro reverendissimo.

Beatissime in Christo pater et domine, domine noster reverendissime. Post humilem commendationem filialis observantiae nostrae continuum incrementum. Facit singularis virtus, probitas et doctrina reverendi Martini de Kecheth, electi episcopi Vesprimiensis, multis sane documentis nobis iam dudum cognita et perspecta, ut illum a Sanctitate vestra et sancta ista sede apostolica rem dignam et honestam impetrare cupientem non possimus non vehementer commendare. Iam diu enim est, cum a nobis post reverendi Thomae de Zalahaza, cancellarii quondam nostri in Hungaria, viri magnae prudentiae et dexteritatis, utpote avunculi sui obitum ecclesiae Vesprimiensi praefectus fuit: quae licet olim magni nominis fuerit atque adeo non spernendos proventus habuerit, tamen a multis iam annis maiorem sane partem redditUum illius per Turcas misere occupatam, nec non reliquias quasi omnes per intestina bella devastatas esse satis constat. Sed cum confirmationem suam a Beatitudine vestra, ut debet, obtinere saepe antea optavit, vel non ausus fuit propter tenuitatem suam, vel superioribus istis temporum calamitatibus et aerumnis impeditus hoc ipsum hactenus postulare: nunc vero postquam a nobis et praelatis ac baronibus praefati regni nostri Hungariae unacum aliis ad concilium generale Tridenti habendum solemnis legatus et commissarius electus et destinatus fuerit, spem bonam cepit, se posse iam tandem, nobis praesertim intercedentibus, id, quod tantopere pro sua in Sanctitatem vestram et sanctam istam sedem apostolicam devotione exoptat, a Sanctitate vestra consequi. Quocirca Sanctitatem vestram maiori, quo possumus, studio hortamur et rogamus, dignetur praefatum electum episcopum Vesprimiensem tum nostri intuitu, tum etiam virtutum suarum, quibus ab Altissimo abunde praeditus est, nosque eius rei locupletes testes sumus, auctoritate apostolica id est suprema confirmare, illique desuper litteras oportunas et necessarias clementer expediri et tradi iubere, et quod ad taxam attinet, eidem propter attenuatos ecclesiae

suae proventus perclementem gratiam impertiri. Id quod una cum ipso de Sanctitate vestra sanctaque ista sede apostolica promereri contendemus. Cui nos reverenter et humiliter commendamus. Datum in civitate nostra Vienna die prima mensis Januarii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, regnorum nostrorum Romani duodecimo, aliorum vero XVI.

E(iusdem) Sanctitatis v(estrae)

humilis et obsequens filius

Ferdinandus.

Ad. Carolus.

Theiner: Vetera monum. Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Tomus I. Romae 1863. 654. l.

143.

Kelet nélkül. 1543 elején.

Pelsőczi Bebek Ferencz kinyilatkoztatja, hogy az ő felsége által neki kikötött harminczhatezer forintról s Rozsnyóbánya birtokáról is lemond. A többi esztergomi érseki birtokokat is visszaadja az érseknek és a király iránti hűségben örökre állandóan megmarad, ha ő felsége Salgó várát neki adományozza.

Exemplum literarum reuersalium per Bebek dandarum.

Nos Franciscus Bebek de Pelsewcz, comes comitatus Gewmeriensis etc. recognoscimus per presentes, quod cum sacratissima regia Maiestas dominus noster clementissimus arcem Salgo cum omnibus pertinentiis, que per mortem et defectum seminis magnifici quondam domini Stephani de Raska, generi nostri, ad Maiestatem suam eiusque collationem directe deuoluta esse perhibetur, nobis ac posteris nostris omnibus iure perpetuo donauerit ac contulerit; nos ob hanc causam uicissim literas obligatorias sacre regie Maiestatis superioribus annis super triginta sex millium florenorum aut loco eorum super quingentis colonis nobis datas, insuper et literas inscriptionales super oppido Rosnobanÿa cum pertinentiis, sed et possessionibus Pyspekÿ et Welkenÿe simili modo per suam Maiestatem nobis concessas, ad manus magnifici domini Francisci de Rewa, comitis comitatus de Thwrocz et locumtenentis palatinatus regni Hungarie, tanquam persone communis per egregium Joannem Ewsthelekÿ hominem suum ad id deputatum ex nunc assignabimus, ipsique obligationi et inscriptioni uigore presentium literarum nostrarum de iure et de facto omni meliori modo, uia et forma cedimus et renuntiamus, easdemque inscriptiones et

obligationes cassamus, inualidamus et de facto irritas reddimus. Insuper prefatum oppidum Rosnobanÿa cum pertinentiis et dictas possessiones Pÿspeky et Welkenÿe, que bona sunt archiepiscopatus Strigoniensis, reuerendissimo domino archiepiscopo, locumtenenti regie Maiestatis, per manus dicti Joannis Ewsthelekÿ hominis prefati domini Francisci de Rewa ad id designati ex nunc libere et expedite remittimus, manusque nostras et nostrorum omnium ex eis in perpetuum excipimus, promittentes bona fide, honore et humanitate nostra, quod a modo in posterum ad predicta bona eiusdem archiepiscopatus Strigoniensis nos ulla ratione ingeremus, uel aliquo pacto colonos et subditos de eisdem bonis exactione aut censu uel aliqua alia impositione impediemus, impediriue faciemus. Preterea, quod sacre regie Maiestati tanquam domino nostro naturali ac uero regi Hungarie cum omni fidelitate ac debita obedientia contra hostes internos et externos inseruiemus, legibusque regni sui Hungarie parebimus semper, neque confederationem aut coniurationes ullas sine scitu et uoluntate sue Maiestatis inibimus uel initas obseruabimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante.

Datum... *(Tovább nincs.)*

Egy félív papir két oldalán, egykorú, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. Sine dato. 59.*

Közli: Bunyitay Vincze.

144.

1543. január 1. körül.

Egyházi birtokok adózása Tolnamegyében.

Numerus taxe regie Maiestatis in comitatu Tolnensi circa festum Circumcisionis Domini anno eiusdem 1543 connumerate.

Thewl.

Prepositi de eadem, p. II.

Pogany.

Capituli Albensis port. VIIII.

Zakaal.

Monialium Albensium, deserta, per Turcos depredata, auffugerunt.

Baath.

Capituli Albensis, p. I.

Bedegh.

Episcopatus Wesprimiensis, p. II.

Thengewld.

Prepositi Albensis, p. VII.

Chee.

Capituli Albensis, p. VIIII.

Hwzth.

Prepositi Albensis, p. III½, paupe-res III, deserte II.

Bozzaas.

Monialium de Ozora, p. I.

Dhorog.

Monialium de Ozora, p. II.

Prossaa.

Magistri capelle et rectoris altaris de Thamasy per Turcos de-predata, deserta.

Thawldh.

Capituli Albensis, p. I.

Gyaanth.

Crucifferorum Albensium per Turcos depredata, deserta.

Somoghy.

Capituli Albensis, metu Turco-rum auffugerunt, deserta.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XLIII. kötet.

145.

1543.

Egyházi birtokok adózása Szalamegyében.[1]

Processus Tapolcza:

Dissel.

Heremitarum de Sancto Jacobo, p. I.

Felsew ewrs.

Prepositi de eadem, p. I.

Ffyred et Keek.

Domini reverendissimi Wesprimiensis, p. VI½.

Kewago ewrs.

Abbacie de Beel, p. I.

Sepezd.

Domini Wesprimiensis, p. IIII½.

Processus maior:

[1] Hae in regestis a. 1542 desiderantur. Restabant.

Nagy-Lyzko.

Plebani de eadem, p. I.

Nowa cum pertinenciis.

Episcopi prediales Wesprimiensis, p. VIII.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. LI. kötet.

146.

1543.

Egyházi birtokok adózása Sopronmegyeben.

Processus iudicum nobilium ultra Rabam Francisci Deri ac Benedicti Peczy de Pottyondh.

Chorna Valentini Terek et prepositi Chornensis.

Kerezthwr prepositi Chornensis et relictarum Valentini et Ladislai Hosthffy.

Bandhegye prepositi Chornensis, habet portas 3, solvit, pauperes tres.

Chyanak reverendissimi domini Jauriensis, habet portas 23, solvit, pauperes sex.

Maglocza prepositi Chornensis, habet portas 2, solvit, etc.

Bagyog domini Jauriensis, habet portas 7 1/2, solvit, pauperes tres.

Zaun d. Jauriensis, habet portas 50, solvit, pauperes vigenti octo.

Sebes prepositi Papociensis, habet portas 6 etc.

Paly d. Jauriensis, habet portas 25 1/2 etc.

Wassarosffalw prepositi Chornensis et relicte Ladislai Hosthffy.

Wyss relicte Ladislai Ladony et capituli Jauriensis.

Bew preceptoris cruciferorum Soproniensium, habet portas 18, solvit etc.

Hymod d. Jauriensis habet portas 15 etc.

Hewey prepositi Chornensis, habet portas 12 etc.

Kerezthwr. Ibidem plebanus habet colonos 2, solvit, pauperes quatuor, domus desertas duos.

Zeplak, Valentini Terek et prepositi Chornensis ac nobilium, Luce Terpendi, Anthonii Akach et Blazii Wyczay.

Rakós domini Jauriensis, habet portas 11 etc.

Exitus.

1. februarii ivi ad dominum Nicolich, ut resciam ab eo si bona abbacie Borsmonostra permittit connumerare, aut non, exposui den. 45.

Ugyanez az állapot 1544-ben, 1546-ban és 1548-ban is.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XXXVII. kötet.

147.

1543.

Egyházi birtokok adózása Liptó- és Árvamegyékben.

Bodog azzon.

Plebani de eadem, p. III.

Sylnice.

Plebani de eadem Sylnice colloni dicati, p. IIII.

Connumeratio parochianorum in comitatu *Arvense,* anno 1543.

Welka wes.

Plebanus, dicatus fl. I½.

Twrdossyn.

Plebanus dicatus, fl. I.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XLVI. kötet.

148.

1543.

Egyházi birtokok adózása Máramarosmegyében.

Hwzth.

Nobiles possessionati:

Vicearchidiaconus Albertus Bodo.

Johannes presbiter rector altaris S. Crucis.

149.

1543.

Plebánosok adózása Sárosmegyében.

Kyssaros, plebanus I. *Oztropataka,* plebanus I. *Zent Myhaly,* plebanus I. *Orkwtha,* plebanus I. *Mocholo,* plebanus I. *Jakabfalwa,* plebanus I. *Zenth gergh,* plebanus I. *Rykhwald,* plebanus I. *Bartosfalwa,* plebanus 1. *Naghsylwa,* plebanus 1. *Zedekeerthe,* plebanus I. *Saros,* plebanus I. *Jacabwagasa,* plebanus I. *Zentkereszt,* plebanus I. *Nagywytez,* plebanus II. *Syroka,* plebanus I. *Istwanwagas,* plebanus I. *Zalok,* capituli Scepusiensis, p. XII, plebanus I. *Hambwrk,* plebanus I. *Berzewycze,* plebanus 1. *Darocz,* plebanus I. *Somwyz,* plebanus I. *Palocha,* plebanus I. *Plaunycza,* plebanus I. *Tharkew,* plebanus I. *Zechew,* plebanus I. *Weresalma,* plebanus I. *Bertolth,* plebanus I. *Kappy,* plebanus I. *Hamosfalwa,* plebanus I. *Kereztes,* plebanus I. *Karachyon Mezew,* plebanus I. *Kywkemezew,* plebanus I. *Kalnas,* plebanus, *Margonya* I. *Warywffalwa,* plebanus I. *Kwchyn,* plebanus I. *Razlawycza,* plebanus I. *Thewlchek,* plebanus I. *Soowaar,* plebanus I. *Also sebes,* plebanus I. *Zenthpeter,* plebanus I.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XXXVII. kötet.

150.

1543 január 1. körül.

Egyházi birtokok adózása Fejérmegyében.

Processus nobilis Gregorii Cheh iudicis nobilium comitatus Albensis.

Kalaz.

Capituli Albensis porte XII, solvit, iudex I, pauperes XIIII, deserte VIIII.

Fyle.

Capituli Albensis, p. XXXII, iudex I, pauperes XV, deserte VIII.

Kysfyle.

Prepositi Albensis, p. XII, iudex I, pauperes VII, deserte IIII.

Saagh.

Lectoris Albensis, p. VIIII, iudex I, pauperes IIII, deserte III,

Zennth Mihal.

Lectoris Albensis, p. X, iudex I, pauperes V, deserte III.

Ingowan.

Capituli Albensis, p. XXXV, iudex I, pauperes XXXVIII.

Platea Intra Muros.

Capituli Albensis, por. XVI, iudex I, pauperes VII.

Chor.

Ibidem capituli Albensis, por. VIII, iudex I, pauperes II.

Platea Sancti Nicolai.

Capituli eiusdem, p. XII, iudex I, pauperes XXII, combuste VI.

Eredetije papiron, a m. kir. Országos Levéltárban. Dicalis conscr. I. kötet 1—7. oldalain.

Közli: Iványi Béla.

151.

1543 január 1. körül.

Egyházi birtokok adózása Szabolcsmegyében.

Registrum factum super exactionem pecuniarum dice ad racionem regie Maiestatis in comitatu Zaboch exactarum 1543.

Szygethfalwa.

Ad racionem capituli Varadiensis, porta XIIII, iudex I, solvit.

Zamfalwa.

Heremitarum Sancte Anne porta II, iudex I.

Senth Margitha.

Ad racionem capituli Agriensis, porta XXXI, iudex III, solvit.

Polgarfalwa.

Ad racionem capituli Agriensis, porta XXXIIII, iudex III.

Kanyarfalwa.

Ad racionem prepositi de Lelez, porta III, iudex I, solvit.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XLI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

152.

1543 január 1. körül.

Egyházi birtokok adózása Trencsénmegyében.

Regestrum connumeracionis primi subsidii comitatus Trinchiniensis anni 1543.

Apathfalwa claustri sancti Benedicti, ibi porte VIII, solvit.
Pyecho claustri sancti Benedicti, ibi porte V } dominus Podmaniczki percepit.
Wyezd claustri eiusdem, ibi porte V }
Ryben domini Strigoniensis, ibi porte XXVI, solvit.
Ibidem molendinum I.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XLIV. kötete.

Közli: Iványi Béla.

153.

1543 január 5.

A nyitrai káptalan előtt Kozmafalvi Dolgos Ambrus és Tamás, Tamás neje, Ludányi Cseh Anna és a ludányi apátság kormányzója, Benedek, két ludányi apátsághoz tartozó apátfalvi telket Gyarmati Benedek deáknak ajándékoznak.

Nos Capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus... quod egregii Ambrosius et Thomas Dolgos de Kozmaffalwa ac generosa domina Anna, consors dicti Thome Dolgos, filia videlicet quondam Francisci Cheh de Lwdan, necnon unacum eisdem honorabilis magister Benedictus, commendatarius abbatie ecclesie de Lwdan predicte... proposuerunt in hunc modum: quomodo ipsi diligenter animo pertractassent et considerassent fidelia servitia servitiorumque merita nobilis Benedicti literati de Gyarmath, que idem inprimis eisdem Ambrosio et Thome Dolgos ac domine Anne, necnon ecclesie predicte abbatie... impendit... duas sessiones iobagionales... possessionis Apathffalwa, a parte fluvii Nitra situatas adiacentes, ad dictam ecclesiam eiusdem abbatie de iure pertinentes, simul cum cunctis suis utilitatibus... donaverunt et contulerunt virtute iurispatronatus ipsorum... nullum ius, nullamve iuris et dominii proprietatem... sibi ipsis ac ecclesie predicte reservantes... Datum in vigilia Epiphaniarum Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo tercio.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum IX. fol. 43.

Közli: Bunyitay Vincze.

154.

1543 január 7.

A nyitrai káptalan I. Ferdinánd királynak Bécsben 1542 szeptember 20-án kelt iktató parancsára jelenti, hogy midőn Bornemissza Pált és kozmafalvai Dolgos Ambrust a nyitramegyei «Wychap et Apathy» birtokokon levő tizenkét telekbe be akarták január 7-én iktatni, ennek «providus Lucas Chech dictus iuratus iobagio religiosorum fratrum heremitarum in claustro in honore beati Joannis Baptiste super possessionem superioris Lephauth in comitatu Nitriensi constructo degentium, in dicta possessione Wychap commorans, in eorundem fratrum heremitarum nominibus et personis» ellentmondott, mire «predictos fratres heremitas, medio ipsius Luce Chech» megidézte.

Capitulum Nitriense significat regi heremitas de superiori Elefánt statutioni Pauli Bornemissza et Ambrosii Dolgos de Kozmafalva in possessionem 12 sessionum pagorum Wychap et Apathy comitatus Nitriensis contradixisse.

Eredetije papiron. Országos Levéltár: Acta Paulinorum 56. csomó. Régi jelzete: Acta conv. Paul. Elephant fasc. 3. Nr. 20.

Közli: Iványi Béla.

155.

Kolozsvár, 1543 január 16.

Baumgarten (Pomarius) Keresztély azon alkalomból, hogy a beglerbég egy levelében arra utalt: Szolimán szultán mindazon népek ellen, kik képeket tisztelnek, hadat üzen, inti a beszterczei tanácsot, hogy az eltávolított képeket ne állítsák vissza.

Vidi exemplar litterarum Bylerbek — — — qui arrogantissime scribit Bassis — — — Solimannum scitote in procinctu esse, ut veniens veniat sibi subjicere omnes gentes, quae adhuc idola adorant — — — Videte domini et amici, quos vocet idololatros, nempe christianos, qui — — — contra mandatum Dei tantam reverentiam imaginibus exhibent. Nolite ergo permittere, ut, ubi — — — idola illa dejecta sunt, rursus, cum jactura maximarum expensarum, restituantur. Datae Coloszvar 16. Januarii 1543.

Christianus Baumgarten,
Notarius Bistriciensis.

Másolat Reschner Diplomatariumából III. 443. a B. Bruckenthal-féle könyvtárban. — Közölte Fabritius K. a Történelmi Tár 1881. évf. 249. l.

156.

1543 január 22.

Szepesmegye törvényszéke a landeki prépost és jobbágyai közt folyt pert felfüggeszti addig, míg Loboczky nem igazolja, hogy e falu lakosai nem tartoznak a megyei törvényszékhez.

Annno 1543 feria secunda Vincentii martyris.

Pro Landok.

Nobilis Nicolaus Dlusnovsky, director causarum domini prepositi Mechoviensis in causa controversie que fuerat orta inter dominum Joannem prepositum modernum de Landok et colonos eiusdem loci petebat commissarios a sede ad diiudicandam illam controversiam, contra quem egregius Mathias Libatorszky, arcis et civitatis Kesmark capitaneus allegavit: violentias et delicta capitalia per familiam Tarczay, quae fundasset dictam ecclesiam Landok suo iudicio reservasse, idque in privilegiis cautum esse. Ideo deliberatum est, ut controversia dicta reiiciatur ad adventum domini Loborszky, quem dictus director pro ostensione dicte conditionis nomine domini sui et comitatus interpellare debebit et interim hec controversia prorsus suspensa maneat.

Országos Levéltár: Neo-regestrata acta fasc. 1586. Nr. 16.

157.

Sasvár, 1543 január 22.

Laki Bakyth Péter nőül vevén Czobor Gáspár özvegyét, Ákosházi Sárkány Orsolyát, hitére, becsületére igéri, hogy nejét és első férjétől származó fiait: Czobor Imrét, Pált, Jánost és Györgyöt katholikus vallásuk gyakorlásában nem háborgatja. Ha fia születnék, az nagykorúságáig az ő (gör. keleti) vallását kövesse, ha leánya születnék, az katholikus legyen. Néhai Czobor Imre jószágainak felét is átengedi Orsolyának és fiainak.

Nos Petrus Bakÿth de Laak fatemur et recognoscimus per presentes quibus expedit universis, quod serenissimus princeps et dominus dominus Ferdinandus, Dei gratia Romanorum, Hungarie, Bohemie rex etc. dominus noster clementissimus, ad intimam supplicationem nostram generosam dominam Wrsulam Sarkany de Akoshaza, quondam domini Casparis Czobor relictam, in matrimonium accipere permisit, ac deinde Maiestas sua literis suis

mediantibus ipsam dominam Wrsulam Sarkany et admonuit, iussitque et mandavit modis omnibus id facere et exsequi: ob hoc ipsa domina Wrsula volens Maiestati sue iussis et mandatis obtemperare, prout et tenetur, id acceptavit. Nos autem attendentes et considerantes ipsius benevolum consensum et assensum, ipsam dominam Wrsulam Sarkany iuxta ritum sacrosancte Romane ecclesie nobis in matrimonium copulavimus sub tali conditione et ordinatione: quod ipsam dominam Wrsulam Sarkany ac Emericum, Paulum, Joannem et Georgium quondam domini Casparis Czobor filios[1] ex ipsa domina Wrsula Sarkany procreatos,[2] in fide eorum catholica tenere et conservare et ipsos quovis modo in ea fide non impedire, preterea si Deus optimus, maximus prolibus nos remuneraverit, si virilis sexus fuerit, Deo annuente, quoad nos superstes fuerimus, volumus, ut talem fidem teneat veluti nos, voluerimus tandem, ut ad etatem pervenerit, liberam habeat potestatis facultatem se baptizari et fidem tenere, quam voluerit; si vero feminei sexus fuerit, ipsa domina Wrsula Sarkany libere ad catholicam fidem baptizet.[3] Donationes vero serenissimorum dominorum regum regni Hungarie bona et possessiones quondam domino Emerico Czobor et posteris suis qualescunque et in quibuscunque regni Hungarie comitatibus extiterint, iuxta contenta literarum exinde confectarum revideri et insuper qualiacunque bona et possessiones a segia Maiestate domino nostro clementissimo impetrare seu consequi poterimus, ea omnia ad duas partes equales dividere ac sequestrare, ita videlicet nos cum Joanne Czobor partem unam accipere, aliam vero partem ipsis domine Wrsule Sarkany, videlicet, Emerico, Joanni[4] ac Georgio filiis dare volumus; deinde qualis divisio super bona et possessiones in quibuscunque comitatibus regni Hungarie existentes et habita inter quondam dominum Emericum Czobor et Martinum similiter Czobor, fratrem ipsius carnalem, fuerat iuxta contenta literarum exinde confectarum inviolabiliter et irrevocabiliter se observaturum, et dum ad legitimam etatem pervenerint: sepefate domine Wrsule Sarkany, Emerico, Paulo, Joanni ac Georgio filiis omnia bona et possessiones, ubique existentes absque omni impedimento, dampnoque ad manus dare et assignare volumus; insuper

[1] In originali erronee: filiorum.
[2] In originali erronee: procreatorum.
[3] In originali erronee: baptizetur.
[4] Hic litera P. deleta apparet. Scriba Paulum voluit scribere, sed tandem omisit.

quoad filius noster, filiaque nostra ad legitimam etatem non pervenerit, quod inter prefatum Joannem Czobor, atque prefatos filios domine Wrsule Sarkany et partes meas nullam controversiam iuris permittere volumus. Hec premissa ad fidem, honorem, humanitatemque nostram promisimus seu promittimus inviolabiliter et irrevocabiliter observaturum et propter firmiorem stabilitatem compositionis et ordinationis prenotate fassionem facere, literasque opportunas super premissis eidem domine Wrsule Sarkany ac filiis eiusdem coram istis dominis, videlicet Francisco de Akoshaza et Benedicto Erdewhegÿ in capitulo Posoniensi emanari ac inseri facere se obligavimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in castello Sassyn in Dominica Septuagesime, anno Domini 1543.

Egyszerű másolat. — *Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7 cum 8 fol. 139b.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

158.

Pozsony, 1543 január 22.

Frangepán Ferencz egri püspök végrendelete.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Ego Fr. Franciscus de Frangepanibus, indignus episcopus Agriensis, aeger corpore, sanus tamen mente, tale facio testamentum de rebus meis. Inprimis animam meam commendo Jesu Christo, qui pro me mortuus est, supplicans ei, ut non attendens peccata mea, quibus infinities offendi maiestatem suam, sed suum pretiosum sanguinem, quem pro me fudit, cuius una gutta pretiosior est et maior omnibus peccatis mundi, velit misereri animae meae, et non intret in iudicium cum servo suo, sed faciat mecum secundum magnam misericordiam suam. Corpus meum lego, ut sepeliatur ante portam [ecclesiae] fratrum Minorum Posoniensi in civitate, sine pompa, cum 4 vel 6 intorticiis tantum.

Eidem ecclesiae lego fratribus 100 aureos, ut orent Deum pro me; item istas duas planetas, quas hic habeo, de pavonaceo videlicet unam, alteram albam; item duas ampullas de argento lego dictae ecclesiae.

Item omnia argentaria mea, pertinentia ad usum mensae, scutellas, talleria, lagenas, candelabra 4, lego magnificae dominae Catherinae, sorori meae, de Frangepanibus et filio eius, Joanni

Pereny̆, quia eorum sunt et de eorum argento pro parte facta; item cantharos, pycarios, cochlearia, furcellas, salina argentea lego eidem dominae Catherinae et eius filio Joanni: et fusorium etiam cum pelvi; item septem aulaeorum, quae sunt in Ujlak apud dominum Leonardum Semler, et in quibus est historia Melusinae, lego eidem sorori meae et filio eius Joanni: item vas aureum, mihi donatum ab imperatore Carolo; similiter et taceam auream, quae est in pignore apud dominum Joannem Offman in 300 scutis, lego eidem Catherinae et Joanni Pereny̆, eius filio, item subam meam zobellinam novam lego Joanni Pereny̆, nepoti meo.

Item omnia paramenta ecclesiae, tam hic, quam Venetiis existentia, lego ecclesiae Agriensi; item tabulam de argento, quae quondam patrui mei, archiepiscopi Colocensis fuit, lego ecclesiae Agriensi, quousque restituatur ecclesia Colocensis christianis; item 4 candelabra argentea maiora, quae sunt Venetiis, lego dictae ecclesiae; item mitram, factam cum gemmis super raso rubro, lego dictae ecclesiae; item 12 pecias aulaeorum cum historia filii prodigi, quae sunt apud sororem meam, lego dictae ecclesiae; item omnes libros meos, qui sunt apud sororem meam, et hic, et Venetiis, lego dictae ecclesiae Agriensi; item tunicellam unam ex zambelloto cum auro; item duas tunicellas rubeas, quas hic habeo mecum: item 2 pallia altaris aurea, quae sunt hic; item planetam albam, quae est Venetiis, auream; item 2 tunicellas ex damasco albo sine auro, et planetam viridem cum suo pallio altaris viridi, et illa 10 brachia ex eodem panno viridi, quae sunt apud sororem meam, lego dictae ecclesiae Agriensi; item 2 tunicellas de auro tyrrato, quae sunt Venetiis, cum 7 brachiis de eodem auro, ex quibus poterit esse planeta una; item planetam nigram ex veluto, cum suo pallio altaris, quae est Venetiis, lego dictae ecclesiae Agriensi. Item annulos meos, spinellam, parvum zaphyrum secundum et turchinum lego Joanni Pereny̆; annulum autem pontificalem zaphyrum lego ecclesiae Agriensi.

Item servitoribus meis, quos rogo amore Dei, si non contentor eos, sicut merentur, parcant mihi: Marco Antonio Bentivolo lego aureos 50, fr. Donato lego aureos 50, ut reduci possint in Italiam. Joanni Pesthényi lego aureos 80, et, si possibile erit, dent ei 2 equos et 4 vasa vini; item curriculum unum cum 3 equabus, qui fuerat provisoris Agriensis, eidem lego. Item Francisco Suassy lego aureos 80 et equum meum, quem dominus Nadasdinus mihi donavit et qui est apud dominum Joannem Zalay, et subam meam mardurinam. Stephano Literato, si vult

presbyterari, lego, ut detur illi canonicatus, qui vacat; item aureos 70 et subam meam variolinam. Baptistae dispensatori lego aureos 80 et subam meam de armelinis novam. Item Francisco Ladányi lego aureos 60 et equum, quem mihi dedit Lovas; qui equus est Strigonii in manibus domini Martini de Lascano, castellani castri Strigoniensis, et subam meam de dossis novam eidem lego. Item Francisco Barberio lego aureos 100, et crucem meam pectoralem cum catena aurea et subam meam de zobellinis vetustiorem eidem lego. Aliis autem servitoribus salaria debita usque ad unum quadrantem, secundum tempus, quod servierunt. Item Emerico Literato in signum amoris, granum aureum lego. Item Mathiae presbytero 50 aureos lego. Istae autem pecuniae ut habeantur, ita lego, quod mitra mea aurea, que habet 1000 aureos in se ultra uniones et adamentem unum, item calix meus aureus cum 2 ampullis aureis, vendentur et de istis fiat solutio praedicta; et si non sufficiet, baculum pastoralem et thuribulum ex argento accipiant.

Item a Marco Horwath habui 400 aureos et nescio quas cuppas ex argento, quas dimisit mihi in morte sua, rogans, ut erigerem ei missam perpetuam, quam hucusque non feci, licet singulis diebus dicatur missa pro ipso; lego, ut satisfiat de rebus meis, et ordinetur ei missa diurna. Nicolaus autem Akus bene scit, quae sint illae res et quantum valeant.

Item domino Thurzoni debeo 400 florenos in monata; si non condonabit mihi illos, restituantur ei. Item magistro Petro, medico regio, lego cochlear meum aureum, alterum Joanni Perény. Medico Caesari solvatur iuxta conventionem nostram.

Exsequutores testamenti facio primum Maiestatem regiam, dominum et patrem meum clementissimum; magnificum dominum Thomam Nadasdinum, qui amore Dei accipiat istud onus; item Marcum Antonium Bentivolum. Reliqua autem mea vendantur et dentur pauperibus; hospitali Posoniensi 20 flor.; et si supradictae res non sufficerent ad praefatam solutionem, accipiant de candelabris argenteis meis, quousque omnibus solvatur, ut dixi. Datum Posonii in festo s. Vincentii martyris anno Domini 1543.

Pray: Specimen Hierarch. Hung. II. 79. — *Katona:* Historia metrop. Colocensis ecclesiae. II. 29—33.

159.

1543 január 22.

A szepesi káptalan bizonyítja, hogy a késmárki bíró azon esküt, melyet a Késmárk városa és Nagykőrösi Ferencz olvasókanonok közt folytatott perben arra kellett tennie, hogy a késmárkiak a nevezett kanonok semminemű jövedelmeit el nem foglalták, le nem tette.

Nos capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, quod cum iuxta continentiam literarum adiudicatoriarum serenissimi principis et domini domini Ferdinandi, divina favente clementia Romanorum ac Hungarie Bohemieque etc. regis semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. domini nostri clementissimi, pro parte venerabilis magistri Francisci de Naghkewrews, lectoris et canonici huius ecclesie nostre, ut actoris contra prudentes et circumspectos iudicem et iuratos cives civitatis Kesmark, in causam atractos, feria sexta proxima post Dominicam Jubilate preteritam, instante scilicet termino celebrationis iudiciorum dicte Dominice Jubilate, ad quam utputa terminum universe cause regnicolarum ex publica eorum constitutione adiucari solite per Maiestatem regiam generaliter fuerant prorogate, confectarum, dictus iudex supremus eiusdem civitatis Kesmark in personis civium prefati civitatis Kesmark tertio se concivibus suis feria secunda proxima post octavas festi Sacratissimi Corporis Christi, nunc novissime elapsi, coram nobis super eo, quod iidem cives in causam atracti ante tempus emanationis literarum annuentialium dicte regie Maiestatis nullum penitus proventum beneficii lectoratus prefati actoris pro seipsis percepissent, ex eoque in ea parte actionis et acquisitionis ipsius actoris innocentes essent, existerentque penitus et immunes, deponere habuisset, nostri in presentiam non venit, neque misit, neque sacramentum prestitit; unde nos presentes literas nostras dicto magistro Francisco lectori iurium suorum ad cautelam dandas duximus communi iustitia svadente. Datum in festo beati Vincentii martyris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias 2. fol. 89.

Közli: Bunyitay Vincze.

160.

Pannonhalma, 1543 január 25.

Mihály apát a monostor perjelét és Tholok Gergelyt küldi Nádasdy Tamáshoz s jelenti a vár szomorú állapotát.

Magnifice domine domine et patrone mihi confidentissime et graciosissime, post serviciorum meorum commendationem. Expedivimus hos venerabilem patrem Michaelem priorem nostrum et egregium Gregorium Tholok ad vestram magnificam dominationem certis nostris et arcis arduis negociis et articulis apud vestram magnificam dominationem referendis nostro nomine, quorum verbis plenarie credi Eadem habere dignetur, bonaque relacione eosdem in omnibus remittere optamus. Bene et feliciter valere optamus. Datum ex arce Sancti Martini Sacri Montis Pannonie, anno Domini 1543. In die Pauli apostoli

Michael,
abbas Sancti Martini.

Habeatur cura pro defensione bonorum ecclesie Sancti Martini et arcis necessitate, presertim ad Choron Andream, qui indicibiles iniurias agit ecclesie nostre et dampna.
Arx omnino exhausta
et omni commeatu caret.

Kívül: Magnifico domino domino Thome de Nadasdti, comiti comitatus Waswar, supremoque capitaneo regni Hungarie ac consiliario sacre regie Maiestatis fidelissimo, domino et patrono mihi unice confidentissimo et graciosissimo.

Eredetije papiron, kivül gyűrűs gemmás papirba nyomott zárópecséttel, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-missilisek *U—V.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

161.

Pozsony, 1543 január 28.

Várdai Pál esztergomi érsek jelenti Ferdinánd királynak, hogy Thurzó Elek helytartó és Frangepán Ferencz egri püspök elhaltak és azt javasolja, hogy míg az új egri püspök kineveztetnék, a jövedelmek a volt püspök helytartója és udvarbírája által szokott czéljaikra kezeltessenek.

Sacratissime rex... Die Jovis proxime preterito[1] spectabilis ac magnificus dominus comes Alexius Thurzo, antehac locumtenens v. Maiestatis, post diuturnas et graves egritudines tandem ex hac vita decessit. Eum subsecutus est moriens nocte proxima reverendissimus dominus Agriensis non sine omnium nostrorum merore et luctu, non modo quod in tanta orbitate virorum talium patriam et regnum hoc, nosque omnes tali tempore maximis ingeniis, summaque prudentia viris privatos dolemus, verum etiam, quod Maiestatem v. ex utriusque interitu dolore non mediocri affectum iri certo scimus. Quippe quum amborum in se singularem fidem, iudiciumque gravissimum facile iam pridem et perspectum habuerit et benigne sit amplexa; est tamen equo animo preterendum, quitquid divinitus datum nulla racione evitari posse omnibus est palam. Meo iudicio, quum sublatus est dominus Agriensis et Maiestatis v. cure ecclesia et episcopatus ille omnis incumbit: videtur constitutio illa, quam Maiestas v. cum illo vivente fecerat, his diebus in suo statu esse relinquenda, ut videlicet decime ille omnes episcopatus illius, que ex antiqua consvetudine locari solent in arendam Maiestati v. et eius homini bus ad custodiam arcis deputatorum (!) administrentur; ee vero decime, aliique proventus, qui in specie colligi, ad ususque privatos familie et ministrorum ecclesie ab antiquo solent converti, per provisorem, qui ab domino episcopo ad id fuerat constitutus, perque vicarium percipiantur, convertanturque ad intertentionem familie et ministrorum ecclesie et reparationem templi ac domuum superiori anno in arce incensarum; curamque gerant iidem provisor et vicarius, ne quis defectus contingat imprimis in cultu divino. Et hec scilicet donec Maiestas v. de pastore idoneo illi ecclesie provideat, qua in se licet scio supervacaneum esse Maiestati v. dare consilium, facere tamen non possum, quin supplicem, ut ex prelatis huius regni, quorum fidem in se et integri-

[1] Idest 25-to Januarii.

tatem, pietatemque et religionem in Deum et illius ecclesiam Maiestas v. perspectam habeat, dignetur pastorem tante ecclesie eligere. Interim autem si Maiestati v. videbitur precipere et provisori et vicario predictis, ut quod ad cultum divinum reparetionemque ruinarum illius arcis et ecclesie spectet, me audiant, ex meoque nutu pendeant, quod quidem alioquin in re spirituali debent, quamvis negotiis publicis apprime sim occupatus, non recusabo tamen et id oneris subire, curandi, ut proventus predicti ad ea operum deputati recte exponantur, exerceaturque divinus cultus in ecclesia ordine suo... Posonio die 28 Januarii anno Domini 1543.

Paulus etc.

Egy ív papir két oldalán, hét gyűrűpecsét nyomaival, borítéka elveszett. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1543. január 32. és 37.*, ez utóbbi helyen Várdai Pál eléggé ép zárópecsétjével.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

162.

1543 január 29.

Polyáni Ferencz vasmegyei alispán megparancsolja Paraghy Tamás szolgabírónak, hogy néhai Osthfy László örököseit idézze meg a megyei törvényszék elé, többek közt azért, mert néhai Osthfy László 1529-ben, midőn a török császár Bécset ostromolta, átvett a vasvári káptalantól több mint 4½ mázsa megégett harangokból nyert érczet, oly feltétellel, hogy majd öntet a káptalan számára alkalmas harangot, de ezt, bármennyire is sürgette a káptalan, sohasem teljesítette.

Franciscus Polyani, vicecomes de Castroferreo citat haeredes Ladislai Osthfy ad tribunal comitatus, quia Ladislaus Osthfy anno adhuc 1529. cum caesar Turcarum Viennam obsedit, accepit a capitulo Castri Ferrei 4½ centenaria aeris campanarum adustarum, eo fine, ut pro Capitulo campanas funderet, hoc tamen spretis tot sollicitationibus nunquam praestitit.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Act. capitularia. Lad. 2. f. 10. nr. 1.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

163.

Dévény, 1543 február 1.

A dévényi vár várnagya, Nagy, megírja Nádasdynak, miért nem adhatja oda a thali pálosoknak a nekik Báthory István nádor özvegyétől hagyott ingóságokat.

Spectabilis ac magnifice domine, domine et patrone mihi observandissime et confidentissime, post serviciorum meorum

perpetuam commendationem. Hac hora diei octava reddite sunt mihi litere dom. vestre s. mag., quibus mandat, ad nunciata reverendissimi domini locumtenentis respondeam. Tametsi totam seriem cause magis verbo, quam literis declarare possem, declarabamque nuper coram do. vestra s. mag. ex animo, si Eadem occupata tunc non fuisset. Nunc paucis do. vestre s. mag. rem totam, ut est, ingenue perscribam.

Illustris domina Sophia, dux Massovie, testamento legarat fratribus de Tal coram me particulas quasdam damasci aurati, que (!) dominus condam palatinus pro ornamento lecti sui tenebat. Legarat deinde casulam sacerdotalem. Testamenti vero sui executores constituit Ladislaum Segnyey, Joannem Palwdyay, Paulum Kechkes, et me tandem: facto testamento, sexto post die decessit domina dux, me tunc egroto existente. Cum autem Kechkes, qui locumtenens erat magnifici domini Ludovici Pekry advenisset, curavit dominam ducem cum ceteris ipsius servitoribus una in claustro heremitarum de Tal sepelliendo. Illic obtulit Kechkes casulam in offertorio, obtulit et aureos domine ducentos, sed facta prius cum vicario convencione, ut pro ducentis aureis decem florenos redimat. Sepulturam sic fuisse peractam ab omnibus intellexi. Ego enim tunc, ut dixi, decubui graviter, tandem non longo post intervallo mandavit rex, ut filia palatini, domina nostra, in gynecium serenissime domine regine daretur, quid factum: post multas difficultates ex consilio et ordinacione domini condam Thurzonis et domini Petri Pereny data est virgo in gynecium. Ipsa vero universas res suas et illas, que per matrem suam legate fratribus fuerant ad manus meas et college mei Pauli Kechkes tanquam castellanorum ad fidelem conservacionem assignavit, accepta a nobis gravi obligamine, ut dum et quando repetierit, teneremur omnes res suas eidem in specie reddere. Mortua autem virgine mox rex et regie Maiestatis locumtenens literis mandavit, ut res ipsas sine defectu conservaremus. Gracia Deo, conservavi et secundum regestrum nobis datum omnes ad manus regie Maiestatis et per consequens magnifici domini Andree de Bathor domini mei unacum arce Deven resignavimus. Nunc autem et res legate et alie universe, ut palam est, apud manus domini mei existunt. Ego nunquam habui manibus meis singulariter vel separatim a collega res aliquas vel per horam unam. Ergo boni isti fratres viri nesciunt, quid faciunt, virginem condam dominam nostram debebant olim de rebus legatis requirere et postea regem, si enim rex mihi et aliis testamentariis post mortem domine mee

virginis mandasset super restitucione rerum, fieri aliquid fortassis potuisset cum consilio et sana deliberacione do. vestrarum. Nunc iam, ut mihi videtur, perdunt saltem operam et oleum. Deus optimus maximus conservet do. vestram s. mag. sanam, cui perpetua servicia mea recommendo et illi coram lacius cumprimum ad do. vestram veniam, declarabo. Ex arce Dewen prima Februarii 1543.

E. vestre s. mag. do. perpetuus ac

deditissimus servitor

Nagh.

Kívül: Spectabili ac magnifico domino domino Thome de Nadasd comiti comitatus Castriferrei ac capitaneo (ge)nerali regie Maiestatis etc. [domino e]t patrono mihi [observandissimo e]t confidentissimo.

Eredetije egy ív papiron; zárópecséije elveszett; az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *N.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

164.

Pozsony, 1543 február 2.

Falconerio János elismeri, hogy a Frangepán Ferencz érsektől neki hagyományozott hermelin subát és 80 forintot Nádasdy Tamás Chernel Ambrus által átadatta.

Ego Joannes Baptista Falconerio de Roma, fateor et recognosco per presentes literas sigillo et chirografo meis consignatas a spectabile et magnifico domino Toma de Nadasd comite perpetuo et libero domino terre Fogaras, tavernicorum regalium magistro et supremo capitaneo regni Hungarie generali etc. unam siubam de armellinis novam et florenos octvaginta per reverendissimum condam dominum Franciscum de Frangepanibus archiepiscopum Colociensem testamentaliter legatos accipisse per manus egregii magistri Ambrosii Cherniel personalis presentie regie Maiestatis protonotarii, super quo eundem dominum Tomam Nadasdi quituum reddo et modis omnibus absolutum committo. Immo redidi et comisi harum mearum vigore chirografo et sigillo meis consignatarum litterarum mediante. Datum Posonii secundo die mensis Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quatragesimo tercio. *Idem qui supra manu propria.*

Vízfoltos papiron, alól papirba nyomott gyűrűs pecséttel, melyben a czímeres paizs fölött *I. B. F.* betük láthatók. Országos Levéltár: Nádasdy-számadások, *b* csomó.

Közli: Iványi Béla.

165.

Pozsony, 1543 február 2.

Bentivoglio Márk Antal elismeri, hogy a Frangepán Ferencz érsektől neki hagyott 50 forintot Nádasdy Tamás Chernel Ambrus által átadta.

Ego Marcus Antonius Bentivolus fateor et recognosco per presentes literas sigillo et chirografo meis consignatas, a spectabili et magnifico d. Thoma de Nadasd comite perpetuo et libero domino terrae Fogaras thavernicalium regalium magistro et supremo capitaneo regni Unghariae generali etc. florenos quinquaginta in auro ungharicales per reverendissimum condam dominum Franciscum de Frangepanibus archiepiscopum Colocensem testamentaliter mihi legatos accepisse per manus egregii d. magistri Ambrosii Chernel personalis presentie regie Maiestatis prothonotarii, super quo eundem d. Thomam Nadasdy quittum reddo et modis omnibus absolutum committo, imo reddidi et commisi, harum mearum vigore chirografo et sigillo meis consignatarum literarum mediante. Posonii secundo die Februarii, anno Domini milesimo quingentesimo quadragesimo tercio.

Idem qui supra
manu propria.

Eredetije papiron, alól papirba nyomott gyűrűs pecséttel, az Országos Levéltárban, Nádasdy-számadások, *b* csomó.

Közli: Iványi Béla.

166.

Győr-Szentmárton, 1543 február 2.

A szentmártoni konvent Nádasdy Tamás vasvári főispánt, kir. tanácsost és főkapitányt értesíti, hogy Mihály szentmártoni apát elhalálozván, helyébe — nehogy az apátság idegennek, vagy valamely atheusnak kezére jusson — Chanádi Jánost választotta. Kéri Nádasdy oltalmát és pártfogását.

Magnifice domine, domine nobis confidentissime, patrone graciosissime, post devotarum orationum suffragia perpetuum cum omni fidelitate obsequium et nostram humillimam commendationem.

Notum facimus vestre magnifice dominationi, tanquam patrono confidentissimo, qualiter iuxta cursum divine dispositionis et ordinationis dominus noster dominus reverendissimus Michael abbas sancti Martini in Domino obdormirerit, ad numerosiorem-

que populum, iuxta divi Jacob patriarche, prophete dictum, congregatus sit, cuius animam Christus servet, precamur. Unde nos communibus precibus, vocis, suppliciis *(!)* (ne in manus externe nacionis vel alicuius atheos *(!)* hominis deveniret) elegimus hunc reverendum patrem Joannem de Chanadh pro nunc custodem ac divinis sacris addictissimum, literarum, eruditionisque non vulgaris, fide constantem, etate maturum, nullo non genere virtutum insignitum. Quamobrem supplicamus vestre magnifice dominationi, quatenus (!) confidentissimo et domino et patrono gratiosissimo: velit ecclesie nostre in omnibus subsidio, auxilio, defensione esse, hunc specialiter dominum reverendum acceptissimum habere, commendareque ceteris reverendis, spectabilibus, magnificis dominis, sacre etiam Maiestati regie offerendum curet. Bene valere eandem optamus et Deus eandem conservet cum omni felicitate. Datum ex arce sancti Martini in die Purificationis Marie Virginis, anno Domini 1543.

Devotissimus capellanus conventus Sancti Martini Sacri Montis Pannonie vestre magnifice dominationis.

Utóirat: Dominationem v. m. obsecramus, velit curam huius oppressi monasterii in omnibus habere; de commeatu et de aliis necessitatibus, quia de commeatu nihil est.

Kívül: Magnifico domino domino Thome de Nadasd comiti comitatus Waswar, consiliario sacre regie Maiestatis, nec non generali in Hungaria capitaneo, domino nobis et patrono et confidentissimo et gratiosissimo.

Egy negyedív papiron, zárópecsét nyomaival. Felette hanyag irás. — *Budai országos levéltár:* Nádasdy-levéltár. 4. Közli: BUNYITAY VINCZE.

167.

Pozsony, 1543 február 7.

A helytartótanács, a győrszentmártoni apát halála után ezen monostor szerzetesei által megejtett választást tetszés szerinti elintézés végett Ferdinánd királynak felterjesztvén, jelenti, hogy a várnak védelmét ideiglenesen Nádasdy Tamásra, a jövedelmek kezelését és a szerzetesek élelmezését pedig Pétervárady Deák Balázs, kamarai tanácsosra bizta.

Sacratissime rex... Accidit post obitum domini Agriensis et domini Thurzonis, ut non multo post abbas Sancti Martini,

vir sanctimonia et integritate pollens, fideque eximia erga v. Maiestatem, mortuus sit. Eo defuncto miserunt ad r. dominum locumtenentem monachi monasterii illius petentes, ut electionem quandam ab eis de novo abbate factam per Maiestatem v. acceptandan et ratificandam curaremus, asserentesque electionem antiquitus ad eos pertinere, hoc est ad conventum, prout Maiestas v. et ipsius conventus literis presentibus annexis[1] poterit cognoscere. Nos igitur re diligentius nobiscum ponderata, censuimus Maiestatem v. hac de re quamprimum esse edocendam, qua quidem in re opinio nostra est: electionem et creationem abbatis in ea abbatia, que omnium in regno prima est, ad Maiestatem v. et eius precessores divos reges pertinuisse, semperque ab regibus abbatiam collatam esse, et huic quoque, qui obiit proxime, Maiestatem v., non conventum contulisse, licet id quidem ex illius et conventus supplicatione. Est illud quidem uno ore ab omnibus affirmatum, monachum hunc electum per conventum et quem illi nominant suis literis, vite ac morum integritate, religioneque ac professione illa prestantem; verum cum ratio temporis utrumque exigat, ut et probate vite sit, et virum se prestare possit etiam in his, que tum ad tutandam eam arcem, positam nunc prope in finibus regni pertinent, tum ad alia spectant, quibus v. Maiestatis et regni servitium continetur: Maiestati v. diligentius considerandum est, utrum monachorum electionem approbare, nec ne? velit, qua de re expectabimus ab eadem responsum. Interim, ut locus ille securus sit ab hostium insultibus, communi consilio arcem illam tutandam commisimus spectabili ac magnifico domino Thome de Nadasd v. Maiestatis generali capitaneo, a quo donec ab eadem secus decernatur, curabitur ea tota res diligenter. Administrationem autem redituum et sustentationem tum monachorum, tum aliorum, qui in arce sunt, bonorumque gubernationem ad predictam arcem et monasterium pertinentium commisimus domino Blasio Literato, consiliario camere v. Maiestatis ... Posonii die septimo Februarii 1543.

Sacratissime v. Maiestatis

fideles servitores

locumtenens et consiliarii eiusdem.

[1] Deest.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati domino nostro clementissimo.

Egy ív papir három oldalán, hat zárópecséttel, elől a Várdai primásé a jobbra néző koronás oroszlánnal, a mely baljában három rózsát, jobbjában pedig koronát tart. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1543. Febr. 7.* — Ferdinandus rescripsit Camerae Hung. 3-a die Martii: «ad confirmandum Abbatem illum, quem monachi elegerunt, haud abhorret animus noster, dummodo conventus electioni cedat, prout ipsum facturum esse minime dubitamus». *U. o. Marc.* 4.

Közli: Bunyitay Vincze.

168.

Pozsony, 1543 február 8.

Várday Pál esztergomi érsek a pécsi kisprépostságra az egyik pécsi kanonokot ajánlja, mert ez miséspap és jóerkölcsű, Pereghy Albert pécsi prépost ajánlottja pedig csak kanczelláriai iródeák és fiatal ember.

Serenissime Rex... Ceterum iniunxerat mihi Maiestas v. ut negotium preposituere minoris Quinqueecclesiensis, pro qua illi in discessu Vienne supplicabatur, exacte cognoscerem, intelligeremque, quinam illi essent, pro quibus intercedebatur. Cognovi igitur alterum esse sacerdotem probate vite, canonicum Quinqueecclesiis, cui etiam prepositura ipsa extitit legitime resignata per verum et postrenum prepositum, quique alias in curia v. Maiestatis servivit domino Maczedonyay, episcopo Waradiensi: alterum autem esse adolescentem quendam scribam in cancellaria, cuius partes fovebat dominus Albertus prepositus. Meo iudicio, cum de voluntate adolescentis exploratum adhuc nihil esse possit, sit autem ille sacerdos et boni nominis, habeatque ius resignationis, videretur illius magis ratio haberi debere. Potuissem ex ea authoritate, que mihi a Maiestate v. concessa est, ipsi eam preposituram conferre, cnm non sit de maioribus prepositiuris; nihilominus cum mandatum speciale ea de re ab v. Maiestate habuerim: volui ipsam edocere paucis et ab ea expectare, quid iubeat faciendum... Posonii die 8. Februarii 1543.

Sacratissime v. Maiestatis

fidelis servitor et capellanus

Paulus,

archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati domino meo clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1543. Febr. 13.*

Közli: Bunyitay Vincze.

169.

Nagyvárad, 1543 február 9.

Fráter György Ferdinándnak. — Kéri, hogy fivérét (?), Gáspárt a Tomori Lajos halála folytán üresedésbe jött fejérvári főesperességre s kanonokságra nevezze ki.

Serennissime princeps et domine domine mihi clementissime. Fidelium servitiorum etc. commendationem. Nisi singularem fiduciam in clementia M^{tis} v. serenissimae mihi collocassem, non auderem M^{tem} v. maximis curis reipublicae christianae occupatissimam toties importunitate mearum litterarum offendere; fretus tamen gratia M^{tis} v. serenissimae quam erga me non mediocrem exhibuit, non veritus sum etiam hac vice M^{ti} v. in ea supplicare, quam me ex liberalitate M^{tis} v. adepturum confiderem. Hactenus igitur cum aliorum causam apud M^{tem} v. egissem, nunc etiam meorum partes coram M^{te} v. tuendas suscepi. Habeo hic mecum unum fratrem meum Casparem litteratum, bonum virum et quantum ad litteras attinet satis eruditum. Qui cum nunc quoque hic M^{ti} v. fideliter serviat, non diffido, quin deinceps magis etiam utilem servitorem hunc esse M^{tas} v. comperiat. Supplico itaque M^{tis} v. serenissimae tanquam domino et principi meo clementissimo, ut archidiaconatum Albensem cum canonicatu nunc in ecclesia Albensi Transsilvaniae per mortem et decessum egregii et venerabilis quondam Ludovici de Thomor legitime vacantem M^{tas} v. serenissima ipsi fratri meo conferre dignetur. Quiquid autem boni M^{tas} v. hac in re cum ipso fratre meo fecerit, mihi id totum factum esse reputabo. Deus optimus maximus M^{tem} v. etc. conservet. Datum Varadini nona die Februarii anno Domini MDXLIII.

Eiusdem M^{tis} v. serenissimae

fidelis servitor

Frater Georgius.

Oldalt a referens kezével: Supplicat, ut uni fratri suo, Caspari litterato, archidiaconatus Albensis concedatur. Iam antea alteri promisit [scil. sua Maiestas].

Külczím: Serenissimo principi et domino domino Ferdinando. . .

A bécsi cs. és kir. állami levéltárból közölve. Történelmi Tár. 1878. 541—42.

170.

Kövesd, 1543 február 10.

Serédy Gáspár kéri Ferdinánd királyt, hogy Zadeley Ambrus rokonának, ki a neki adományozott szepesi olvasó-kanonokságot el nem foglalhatta, a Thomory Lajos halálával megürült gyulafehérvári javadalmat adományozza. Ugyanazon állomásra Horváth Gáspár és Peregi Albert Flandri Fülöpöt, Fráter György Gáspár diákot ajánlotta volt.

Sacra Maiestas regia... Preterea cum in Nova Civitate essem apud sacram Maiestatem v.. supplicaveram s. Maiestati v. pro parte cuiusdam presbyteri, consanguinei mei, Ambrosii Zadeley nomine, qui certis ante temporibus beneficio archidiaconatus Vacziensis functus est, ante faciem tamen Turcarum fugere coactus erat, ut s. Maiestas v. illi beneficium lectoratus Scepusiensis conferre dignaretur, quod licet s. Maiestas v. medio reverendissimi d. Strigoniensis illi assignandum commiserat, verumtamen in illud certis obstantibus causis idem consanguineus meus introduci non potuit. Supplico itaque s. Maiestati v. tanquam domino meo clementissimo quatenus s. Maiestas v. illud beneficium, quod per mortem Ludovici Thomory Albe Juli impresentiarum vacat, huic consanguineo meo, qui ad id tam ecclesiasticorum virorum, quam aliorum iudicio idoneus esse dinoscitur, quum et integritate morum et doctrine claritate non mediocriter insignitus sit, gratiose conferre dignetur. Ex Kewesd decima Februarii anno Domini 1543.

Eiusdem sacr. Maiestatis v.

servitorum minimus
Gasparus Seredj.

Kívül: Serenissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regie Maiestati etc. domino meo clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, záró, veres pecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1543. Febr. 17. és 22.*, itt kissé bővebben. — *U. o. 15.* szintén Febr. 10. Tornáról írja Vingárti Horwáth Gáspár: Sacratissime rex, intellexi nunc obiisse in Transilvania quondam archidiaconum Albensem, nomine Ludovicum Thomori, supplico Maiestati s. v. pro quodam affine consortis mee Philippo Ganerio[1] vocato,

[1] Ezen Fülöpre vonatkozólag s őt szintén ajánlva, Peregi Albert pécsi prépost s kamarai prefectus írja Pozsonyból február 22-én Ferdinándnak: «in donatione archi-

qui nunc Italie dat literis operam. Spero in Deo, quod magnus vir efficietur... — *U. o. 14.* Február 9-én a harmadik kérvényt ugyanazon főesperességért Frater György váradi püspök írta meg rokona, Gáspár diáknak óhajtván azt megszerezni. Ezt kiadta *Károlyi Á.: Frater György levelezése. 103—4 ll.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

171.

1543 február 13.

A pozsonyi káptalan «pater Georgius de Gragyean Illiricus vicarius et Blasius de Gyergy frater conventualis claustri beatissime virginis Marie de Valle prope hanc civitatem Posoniensem constructi» kérelmére átirja Ferdinándnak Bécs, 1543 november 6-án Hiller Wolfhoz intézet rendeletét a pozsonyi 30-adból a thali pálosoknak fizetendő 20 frt tárgyában.

Capitulum Posoniense ad preces patris Georgii de Gragyean, Illirici, vicarii et Blasii de Gyergy fratris conventualis claustri b. M. V. de Thal transumit litteras Ferdinandi regis, quibus praecipitur, ut e tricesima Posoniensi heremitis de Thal. 20 floreni penderentur.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 386. csomó, régi jelzet: Act. provinc. de Thal. fasc. 5. Nr. 3.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

172.

1543 február.

Adózó plébánosok Zólyommegyében.

Ihus Maria.

1543.

Regestrum exactionis sacerdotum et de dica prima unius floreni comitatus Zoliensis, anni 1543. per Alexandrum connumerata.

Ihus Maria.

1543. 15. Februarii.

Mathias vicegerens plebanus de Heynyk fl. 2, solvit.
Dominicus plebanus de Badyn fl. 1/2 d. 20, s.
Valentinus plebanus de Radwan fl. 2 1/2, s.
Gregorius plebanus de Zeelnicz fl. 1/2, s.
Martinus plebanus de Novo Zolio fl. 7, s.
Jacobus plebanus de Zeelcz fl. 2 1/2, s.
Andreas plebanus de Lypcha fl. 1 1/2, s.

diaconatus Albensis in ecclesia Transilvaniensi... in personam fratris uxoris sue (Horváth Gáspár) Philippi Flandri facienda». *U. o. 40.*

Joannes plebanus de Sancto Andrea, nihil, quia pauper.
Balthasar plebanus de Dwbowa fl. 2, s.
Stephanus plebanus de Loppey fl. 1, s.
Nicolaus plebanus de Brysna fl. 1 d. 40, s.
Joannes plebanus de Lwbetha fl. 1, restat.
Daniel plebanus de Ponyk fl. 1, s.
Jacobus plebanus de Dobrawycz fl. 0 den. 25, s.
Nicolaus plebanus de Mychyna fl. 1/2 d. 25, s.
Valentinus plebanus de Cheren, nihil, quia pauper et podagricus.
Joannes plebanus de Zolna fl. 1, s.
Oswaldus plebanus de Ochowa fl. 1, s.
Dionisius plebanus de Slathina fl. 1 1/2, s.
Erazmus plebanus de Veteri Zolio fl. 4, s.
Mathias plebanus de Bwcz fl. 1/2, s.
Mathias plebanus de Thernye fl. 1, s.
Gregorius plebanus de Ostroluca fl. 1, s.
Gallus plebanus de Bachwr fl. 1/2, s.
Benedictus plebanus de Dobrona fl. 1, s.
Paulus plebanus de Zaas fl. 1, s.
Andreas plebanus de Babazek fl. 1/2 r.
Plebanus de Carpona fl. 12, s.
Summa facit fl. 47 den. 60.
Restant ex hiis in restan. fl. 1 1/2.

Országos Levéltár: Dical. conscr. a lymbusból kiválogatva. 4. csomó.

173.

Nürnberg, 1543 február 21.

I. Ferdinánd király Peregi Albert pécsi prépost és magyar kamarai praefectusnak az egri udvarbírót számadásra hivó intézkedését jóváhagyja.

Accepimus litteras et supplicationem tuam. Atque preter alia clementi ac benigno abs te animo accepimus, id, quod cum tuis collegiis statim a morte quondam Collocensis, ad provisorem Agriam scripsisti, admonendo illum, ut omni mora precisa, cum rationibus et regestis proventuum episcopatus illius, in camera compareat. Ad defensionem abbatie Somogyvár 4 centenarios pulveris pyrii mittantur.

Országos Levéltár: Benignae resol. reg. ex 21. Februarii 1543.

Közli: Iványi Béla.

174.

Pannonhalma, 1543 február 25.

Pétervárадi Balázs levele Nádasdy Tamáshoz. — Kéri, hogy a bakonybéli apát kérését hallgassa meg.

Spectabilis et magnifice domine observandissime. Servicium. Dominus abbas de Beel supplicat M. vestre de certis molestiis, cupit per me se aput eandem commendari et exaudiri, quod alioqui Eadem, ut dignum est, facit benigne ex sua dignitate, et quia is quoque dominus Michael rogatus per eum accedet, precor Eandem velit rem ecclesiarum iuvare et que facienda ex eorum certa declaracione cognoverit, ne gravetur efficere, pendet enim ea abbacia ab ista Sancti Martini, que eciam nunc satis est damnificata, ut intelliget ab iidem. Deus servet Eandem m. vestram incolumem undique. Datum in arce Sancti Martini 25 Februarii, anno 1543.

Servitor deditissimus

Blasius de Waradino Petri etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome de Nadasd, comiti et domino perpetuo terre Fogaras, ac in Hungaria capitaneo generali etc. domino michi observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *U—V.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

175.

Pozsony, 1543 február 25.

Ferdinánd megparancsolja a veszprémi káptalannak, hogy írja át a Vásonkövi Horváth Péter és Gáspár, továbbá Horváth Jeromos özvegye, Katalin és fia, Boldizsár közt február 20-án a vásonyi pálos klastromban létrejött egyességlevelet, mert ez a veszprémi püspököt is érdekli.

Ferdinandus praecipit capitulo Vesprimiensi, ut transsumat literas divisionales: «fer. 3. a. proxima post festum beati Valentini martiris... inter egregios Petrum et Casparem Horwath de Wasonkew ab una ac generosam dominam Catharinam, relictam egregii condam Jeronimi similiter Horwath et Balthasarem filium eiusdem condam Jeronimi Horwath ab altera... in claustro sancti Michaelis archangeli ordinis heremitarum de Wason» confectas et

emanatas, nam sicut «rmus Martinus de Kecheth, episcopus Wesprimiensis» asserit, in hac divisione «etiam de rebus aureis, argenteis ac aliis compluribus egregii condam Stephani Deeshazÿ ex castris eiusdem Zomzedwara, Selyn et Stwbÿcha vocatis in comitatu Zagrab in regno Sclavonie existente habitis adductis et asportatis agitatum fuisset et dispositum»... At vero «huiusmodi res ex dictis castris habite ad ipsum dominum episcopum... legitime pertinuissent et pertinent».

A veszprémi káptalan f. 6. p. Mathie 1543. jelentéséből. Ennek eredetije a veszpr. kápt. országos lt. capsula V. nr. 344.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

176.

Pozsony, 1543 február 26.

Várday Pál királyi helytartó és érsek azon pert, mely a volt óbudai apáczák és Pozsony városa közt az ispotálylyá átalakított pozsonyi apáczakolostorért folyt, az apáczák javára dönti el.

Nos Paulus de Warda archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus secretarius cancellarius ac locumtenens serenissimi principis et domini domini Ferdinandi divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. regis, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. Damus pro memoria, quod cum illa differencia, que inter religiosas dominas sanctimoniales in claustro earundem Veteris Budensis alias degentes ut actrices ab una, ac prudentes et circumspectos iudicem et iuratos cives civitatis huius Posoniensis, veluti in causam attractos ab altera partibus, occasione claustri ordinis earundem dominarum sanctimonialium intra muros huius civitatis Posoniensis fundati, nunc per eosdem iudicem ac cives in causam attractos in domum hospitalem pro residentia pauperum translati vertebatur, per prefatum dominum vestrum regem revisioni et cognicioni nostre ac ceterorum dominorum Maiestatis sue consiliariorum et iudicum regni ordinariorum commissa extitisset, nosque in presenti termino celebracionis generalium iudiciorum octavi diei festi Epiphaniarum Domini proxime preteriti, unacum prefatis dominis consiliariis ceterisque iudicibus regni ordinariis ac magistris prothonotariis et sedis iudiciarie sue Maiestatis iuratis assessoribus, pro faciendo superinde moderativo iudicio pro tribunali consedissemus, Valentinus Sarkewzy de Fokthew pro prefatis dominabus sanctimonia-

libus cum procuratoriis literis earundem, nostrum iudiciarium veniendo in conspectum, presentibus ibidem et coram nobis astantibus prudentibus et circumspectis iudice et magistro civium dicte civitatis Posoniensis, totam communitatem civium et inhabitatorum ipsius civitatis representantibus, idem Valentinus Sarkewzy, procurator dictarum dominarum sanctimonialium, in personis earundem coram nobis proposuit eo modo: qualiter annis superioribus antefatis dominabus sanctimonialibus de pretacto claustro earundem Veteris-Budensis per sevissimos Thurcos christiane religionis hostes expulsis, iamfatus dominus noster rex ad supplicacionem dictarum dominarum sanctimonialium actricum prescriptum claustrum ordinis earundem hic Posonii fundatum ipsis dominabus sanctimonialibus actricibus ad inhabitandum reddendo remittendum et resignandum per literas suas preceptorias coram nobis in iudicio in specie productas et exhibitas commisisset et mandasset. Prefati autem iudex et iurati cives dicte civitatis Posoniensis, nescitur qua racione claustrum pretactum ipsis dominabus sanctimonialibus actricibus remittere et ad habitandum resignare non curassent, in contemptum mandatorum prefate Maiestatis regie, preiudiciumque et iniuriam ac damnum dictarum dominarum sanctimonialium actricum manifestum. Quo percepto iamfati iudex et magister civium dicte civitatis Posoniensis in suis ac reliquorum universorum civium et inhabitatorum eiusdem civitatis nominibus et personis coram nobis responderunt eo modo: quod licet prefata Maiestas regia pretactas literas preceptorias ad simplicem instanciam et supplicacionem dictarum dominarum sanctimonialium actricum ad eosdem in causam attractos dederit, iidem tamen in contemptum huiusmodi mandati sue Maiestatis nihil omnino fecerint, sed quia superioribus annis omnibus monialibus metu Thurcarum ex claustro predicto auffugientibus et secedentibus nec amplius, preter unicam abbatissam redeuntibus, idem claustrum omnino vacuum et destitutum fuisset, ultimo autem dicta quoque abbatissa e vivis decedens, ne unica quidem moniali in eodem claustro remanente, eadem abbatissa in lecto decumbens claustrum ipsum in hospitale pauperum transferendo censisset, et sic ex annuencia et consensu prefate Maiestatis regie, accedente eciam ad hoc confirmacione reverendissimi in Christo patris domini Jeronimi Veralli, episcopi Casertanensis ac sacri palacii apostolici Rote locumtenentis ac ad prefatam Maiestatem regiam sanctissimi domini nostri Pape et sedis apostolice nuncii, in domum hospitalem foret translatum. Propterea prefati iudex et iurati ceterique cives in causam attracti,

claustrum huiusmodi ad pretactas simplices literas preceptorias citra debitam iuris cognitionem, iamfatis dominabus sanctimonialibus actricibus remittere non tenebantur, prout neque modo tenerentur, et in horum verborum suorum comprobacionem iidem iudex et magister civium quasdam literas prefati domini Jeronimi nuncii apostolici, in pergameno sub sigillo seu bulla impendenti et subscriptione proprie manus eiusdem apostolici nuncii patenter editas, nostrum produxerunt in conspectum. Quarum tenor talis est: *Hieronimus Verallus,* Dei et apostolice sedis gracia episcopus Casertanensis et sacri pallacii apostolici Rote locumtenens ac ad serenissimum dominum dominum Ferdinandum Romanorum, Hungarie et Bohemie regem ac universa eius dominia et singula ipsorum regnorum provincias, civitates, terras et loca illi subiecta, necnon universam Germaniam sanctissimi domini nostri Pape et sancte sedis apostolice cum potestate legati de latere nuncius, reverendissimo in Christo patri archiepiscopo Strigoniensi, sive eius in spiritualibus et temporalibus vicario, sive officiali generali, salutem in Domino sempiternam. Ex iniuncto nobis, licet insufficientibus meritis, ab apostolice sedis benignitate legacionis munere ad ea nos effundere debemus cogitatus, per que ecclesiasticorum hospitalium precipue et piorum locorum, in quibus pauperes et miserabiles persone ad ea quottidie confluentes hospitari ac pro illarum indigencia hospitalitatem ac debitum refrigerium percipi possint, nec non in illis debitis laudibus insistencium utilitatibus consulitur et opportunitatibus subvenitur, deinde siquidem felicis recordacionis Pauli pape secundi emanarunt litere, tenoris subsequentis: *Paulus* episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum omnibus iudiciis sit rectitudo iusticie et consciencie puritas observanda, id multo magis in commissionibus alienacionum rerum ecclesiasticarum convenit observari. In quibus de Christi patrimonio et dispensacione pauperum et non de proprio cuiusque peculio agitur aut tractatur, quapropter opportet, ut in examinandis huiusmodi alienacionum causis, que a sede apostolica in forma si in evidentem cedant, oneratis ecclesiasticorum iudicum consienciis (!), delegantur, nihil favor usurpet, nihil timor extorqueat, nulla expectacio premii, iusticiam conscienciamque subvertat. Monemus igitur et sub interminacione divini iudicii omnibus commissariis et subdelegatis huiusmodi districte precipimus, ut caute et diligenter accedant causas in literis apostolicis per supplicantem expressas, illasque sollicite examinent, atque discuciant, ҙestes et approbaciones super narratorum veritate recipiant et

solum Deum pre oculis habentes, omni timore et favore deposito, ecclesiarum indemnitatibus consulent, nec in lesionem, aut detrimentum eorum decretum quomodolibet interponant. Si quis autem commissarius aut delegatus consiencie (!) sue prodigus, in gravamen aut detrimentum ecclesie per graciam, timorem vel sordes alienacionis consenserint, aut decretum vel aucthoritatem interposuerit, inferior tam episcopo sentenciam excommunicacionis incurrat, episcopus vero, aut superior, ab execucione officii per annum noverit se suspensum ad extimacionem detrimenti ecclesie illati nichilominus condemnandus, sciturus, quod si suspensione durante, damnabiliter ingesserit se in divinis, irregularitatis laqueo se involvat, a quo nonnisi per summum pontificem poterit liberari. Is vero, qui dolo aut fraude vel scienter in detrimentum ecclesiarum alienacionem fieri procuraverit, ac per sordes vel impressionem alienacionis decretum extorserit, similem excommunicacionis sentenciam incurrat, a quo nonnisi per Romanum pontificem possit absolvi, ad restitucionem nichilominus rerum alienatarum cum fructibus, quandocunque de premissis constiterit, condempnandus. Volumus autem, quod delegati et commissarii predicti de penis constitucionis nostre specifice moneantur et in quibuscunque literis commissionis huiusmodi hoc statutum nostrum inseratur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre monicionis, precepti et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumserit, indignacionem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datis Rome apud sanctum Petrum, anno incarnacionis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, quinto ydus Mai, pontificatus nostri anno primo. *Deinde* si quidem exhibita nobis nuper pro parte dilectorum nobis in Christo prudentum et circumspectorum iudicis, magistri, civium iuratorum omnium ac tocius communitatis civitatis Posoniensis, Strigoniensis diocesis, peticionis series continebat, quod cum alias prefatus serenissimus Romanorum rex, ex eo, quod retroactis temporibus, de anno scilicet Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono, immanissimus tyrranus Turcharum cesar, inclitum regnum Hungarie igne et ferro invadendo, civitatem istam Wiennensem obsedisset, ascendendoque navalibus suis viribus, dictam civitatem Posoniensem, relictaque obsidione Viennensi, descendendo eandem preteriisset, consiliarii bellici et capitanei ipsius regni Romanorum Maiestatis, tunc temporis ex speciali eius commissione, in ipsa civitate Posoniensi presidia agentes,

timentes cesarem Thurcarum iisdem navalibus suis viribus reversurum, quantum ad deffensionem eiusdem civitatis Posoniensis attinuisset, solicite et mature deliberantes, non solum domos quam plurimas in suburbiis existentes, verum eciam duas ecclesias parochiales et duo similiter hospitalia prope et extra muros civitatis Posoniensis prefate adiacencia dirui et solo adequari fecissent, non habentes autem eo tunc modum seu capacem aliquem locum pro pauperibus, perpendendo ad salutem animarum ipsorum pertinere, ne pauperes, quorum inprimis tunc gencium Germanorum, Hispanorum et Bohemorum magna fuisset copia, fame et inedia perirent, haud wlgari sane pietatis zelo impulsi fuissent, hospitalia huiusmodi duo in unum commutare et ad cenobium claustri monialium Sancte Clare, ordinis fratrum Minorum sancti Francisci intra muros dicte civitatis Posoniensis existens, quod ipse moniales virgines propter metum Thurcarum ad alia loca transmigrantes vacuum dimisissent, transferre, ubi ediffícia necessaria ad usum pauperum mendicorum extruxissent, hodieque pro tenuitate facultatum suarum extrui facerent, postea vero tempore tranquiliori redeunte, cum nulla penitus dictarum virginum monialium dempta unica abbatissa, iam senio gravata, ad prefatum claustrum, ipsius ita exterminatis incendio et variis casibus aliis proventibus, ut vix unice abbatisse sustentacioni sufficeret, reversa esset, nec adhuc redire intenderent, immo fere omnes e vivis decessisse dicerentur, ipsiusque abbatisse nunc in lecto mortis decumbentis ultima esset voluntas, ut claustrum ipsum deinceps hospicium pauperum esset et hospitale permaneret, redditusque et proventus claustri eiusdem admodum exigui, sustentacioni commodiori pauperum accederent, dictique iudex, magister civium, iurati cives ac tota communitas dicte civitatis Posoniensis prefate serenissime Romanorum Maiestati supplicarunt, ut quando idem claustrum suo in loco ex consensu et voluntate progenitorum suorum per serenissimum quondam dominum Andream Hungarie, Dalmacie, Croacie regem felicis reminiscencie eiusdem Maiestatis predecessorem fundatum et extrui inceptum ac successu temporis per nonnullos pios homines cives Posonienses perfectum fuisset, collacioque illius dicte regie Maiestati cederet, nec in facultatibus eorum situm esset, aliud hospitale alio in loco erigere, seu instaurare, presertim quando ipsi innumeris et quottidianis structuris, communicionem predicte civitatis Posoniensis necessariis concernentibus, gravati et occupati forent, quibus erarium eorum plane exhausissent, dignaretur prefatum claustrum, sicut prefertur, pro

pauperibus deputatum et extructum, in tali statu et ordine relinquere, et ut in hospitale pauperum commutaretur, consensum suum regium graciose prebere. Quique, cum sue regie Maiestatis celsitudini congruat inter alias pias sollicitudines suas eciam pauperum mendicancium iuxta divinum verbum curam habere, et res ipsa edocta fuerit, pauperum hospitalia duo, solo adequata, presertim vero perpendentes eo modo claustrum ipsum redditusque et proventus eiusdem non ad prophanos, sed rursus pios usus converti, illis et aliis respectibus, supplicacione eorum exaudita et admissa, regia sua authoritate prefatis exponentibus, quod prememoratum claustrum deinceps in pauperum mendicancium hospicium et receptaculum commutare redditusque et proventus claustri eiusdem universos et singulos in usum et sustentacionem commodiorem pauperum mendicancium convertere possint et valeant, per quasdam suas literas regias in forma solita, sub datis Wienne die vigesima quinta mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo, regnorum suorum Romani decimo, aliorum vero decimo quarto expeditas consensit concessit et permisit. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, non solum concessio, cessio et permissio huiusmodi cedant in evidentem seu evidentissimam utilitatem conservacionis dicti claustri, verum eciam dictorum pauperum et miserabilium personarum predictarum ad eum in dies confluencium, cupiantque dicti exponentes concessionem, cessionem et permissionem huiusmodi per eandem Maiestatem regiam illis super eodem claustro factas per sedem apostolicam confirmare et approbare ac alias apostolico munimine roborari, quare iidem exponentes nobis humiliter supplicari fecerunt, ut concessioni, cessioni et permissioni premissis pro illorum firmiori subsistencia robur apostolice sedis confirmacionis adiicere aliasque in premissis opportune providere benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur desercionem monacharum in ipso claustro propter premissa factam, necnon qualitates loca, confines, limites, situaciones ac veros annuos valores ipsius claustri pro expressis habere volentes de premissisque certam noticiam non habentes, authoritate apostolica, qua per litteras eiusdem sedis sufficienti facultate muniti et ad quarum insertionem minime tenemur, fungimur, in hac parte paternitati tue reverendissime per presentes committimus et mandamus, quatinus si et postquam tibi vel officiali tuo predicto, earundem Pauli pape secundi literarum forma servata, presentes nostre litere presentate fuerint, de translacione claustri huiusmodi in hospitale, ut prefertur, que in eviden-

tem tam dicti claustri conservacionis, quam pauperum predictorum cesserit atque cedat utilitatem, concessionis, cessionis et permissionis regie Maiestatis litteras, ac prout illas concernunt, omnia et singula in eis contenta, authoritate apostolica approbes et confirmes, supplentes omnes et singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, non obstantibus constitucionibus et ordinacionibus apostolicis et dicti ordinis et monasterii fundacione, iuramento, confirmacione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis ac literis apostolicis eciam Mare Magnum noncupatis, eciam in forma brevis per quoscunque dicti ordinis generales impetratis, quarum tenores hic pro expressis et totaliter insertis haberi volumus, eciamsi in illis caveatur expresse, quod de ipsius ordinis claustris et bonis ad quascunque pias eciam urgentissimas causas translacio seu donacio, aut a dicta religione alienacio nisi de consensu ipsius ordinis superioris tociusque capituli generalis minime fieri possit, quodque huiusmodi litere vel illis derogari non possit, eciam cum quibusvis aliis clausulis, eciam derogatoriarum derogatoriis forcioribus efficacioribus et in solitis clausulis concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus, eciamsi pro illorum sufficienti derogacione, de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mencio seu quevis alia expressio presentibus habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, presentibus pro sufficienter expressis et insertis habendo, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Wienne Austrie, anno incarnacionis Dominice millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, sextodecimo kalendas Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providencia pape tercii, anno octavo.

Quibus exhibitis et presentatis iamfatus procurator dictarum dominarum monialium in personis earum allegavit in hunc modum: quod cum dictum claustrum per divos reges, eiusdem scilicet fundatores pro cenobio seu loco habitacionis monialium ordinis prenotate fundatum et extructum ac per ipsas dominas moniales a multis annis inhabitatum fuerit, eciamsi novissime moniales ipse, metu quocunque perculse, ex eodem claustro auffugerint, quicquid denique prefata abbatissa ultimo decedens in lecto egri-

tudinis sue decumbens de eiusdem claustri in hospitale pauperum translacione censuerit, nichilominus huiusmodi translacio, contra iura canonica et pontificia, presertim vero dicti olim sanctissimi pontificis Pauli, quibus ecclesie cuiusvis ordinis, in alterum ordinem transferri et mutari, sub gravissima pena et censuris ecclesiasticis interdicte habentur, sine speciali consensu tocius ordinis dominarum sanctimonialium, cui ordini abbatissa et sanctimoniales alias in predicto claustro Veteris Budensi degentes, prefuissent et pro capite tocius ordinis habite extitissent, fieri nullatenus potuisset, exindeque consensus iamfati domini nostri regis, de ipsa translacione datus, similiter confirmacio dicti domini nuncii apostolici exinde secuta, veluti ex indebito fundamento secuta, non valeret, nec de iure admitti posset, per hocque claustrum prenotatum, prefatis dominabus sanctimonialibus actricibus reddi et remitti resignarique omni iure deberet. Quibus sic habitis partes predicte per nos in premissis iuris equitatem iusticieque complementum postularunt elargiri. *Nos igitur* auditis parcium predictarum proposicionibus allegacionibus et responsis prenotatis, tenoribus eciam et continenciis preinsertarum literarum iamfati nuncii apostolici perlectis, matureque ruminatis et sane intellectis, habito superinde prefatorum dominorum consiliariorum et iudicum regni ordinariorum, magistrorumque prothonotariorum et sedis iudiciarie dicti domini nostri regis iuratorum assessorum, aliorumque certorum utriusque iuris peritorum consilio et sana deliberacione, premissam translacionem dicti claustri dominarum sanctimonialium in domum hospitalem pauperum factam contra decreta iuraque canonica et gravissima interdicta sanctissimorum olim pontificum factam fore, consensum eciam dicti domini nostri regis pariter et confirmacionem dicti domini Hyeronimi episcopi, nuncii apostolici, de eadem translacione tanquam ex fundamento invalido secutam locum non habere, nec de iure admitti, per hocque ipsum claustrum simulcum cunctis iuribus possessionariis, hereditatibus, obvencionibus, utilitatibus et pertinenciis suis quibuslibet, ad idem claustrum de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, iamfatis dominabus sanctimonialibus actricibus reddi et resignari, prefatos vero iudicem et iuratos cives domum et hospitalem aliam pro habitacione dictorum pauperum ordinare debere nobis ac prefatis dominis regie Maiestatis consiliariis et iudicibus regni ordinariis magistrisque prothonotariis et sedis iudiciarie eius Maiestatis iuratis assessoribus, aliisque utriusque iuris peritis in examine presentis cause nobiscum constitutis et existentibus cerne-

batur manifeste. De quorum consilio prematuro et sana deliberacione prehabita pretactum claustrum simulcum prescriptis cunctis iuribus possessionariis, hereditatibus, obvencionibus, utilitatibus et pertinenciis suis quibuslibet iamfatis dominabus sanctimonialibus actricibus per prefatos iudicem et iuratos cives, in causam attractos, ad primam diem futuri mensis Maii pure et simpliciter reddendum et resignandum, prefatos vero pauperes, pro presentis temporis hyemalis condicione, infra id tempus in eodem claustro relinquendos et interea pro eorum residencia alium locum et domum hospitalem per eosdem in causam attractos ordinandum fore duximus, decernentes et committentes immo decernimus et committimus per presentes, iure et iusticia mediante. Datum Posonii feria secunda proxima post dominicam Oculi anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tercio.

Eredetije hártyán, könyvalakban, I. Ferdinánd királynak Prágában 1544 február 18-án kelt átiratában. (Ugyanez papiroson is.) Országos Levéltár: *Dl.* 36477. és *Dl.* 36478.

Közli: Iványi Béla.

177.

1543 február 28.

A helytartótanács Bornemisza Pálnak utasítást ad, jelentse a királynak az egri püspökség be nem töltése miatt eláradó hitujítást és romlást. Tudassa, hogy a királytól kinevezett Nagy Ferencz várnagy meghalt s ennélfogva a helytartótanács Báthoryra bízta, hogy az egri várat Perényi tisztjeitől valamikép visszavegye.

Instructio dominorum locumtenentis et consiliariorum egregio domino Paulo Bornemyza etc. ad regiam Maiestatem data.

Post humillimam... Scripsimus etiam pluribus literis nostris ad Maiestatem regiam post mortem domini quondam Agriensis, ut Maiestas sua virum aliquem idoneum ecclesiasticum et probate vite integreque religionis ad eum episcopatum assumendum curare dignetur, quod et nunc supplicamus, quando quidem ita in illis regni partibus divinus cultus, mosque maiorum et vetus religio a sanctis patribus instituta et antehac observata per episcoporum et pastorum diuturnam absentiam refrixit, ut ad nihilum plane redacta esse videatur; variique abusus, schismataque diversa iam fere ubique inoleverunt, nec quisquam quantumvis idiota verum ac christianum dogma sapit... Licet autem Franciscus Nagh, quem sua Maiestas illi arci [Agriensi] prefecerat, mortuus iam sit, dedi-

mus tamen negocium discedenti abhinc nuper et a nobis expedito domino Bathory, ut nomine Maiestatis regie arcem illlam occupet, quam scilicet dominus Pereny iussisset per suos castellanos reddi, quibus nos vellemus. Quod si castellani parere mandatis domini sui minime curarent, idem dominus Bathory arcem ipsam quacunque ratione de manibus illorum conetur eripere, ne quod antea contigit, ab illis arcem predictam tenentibus vastitas aut depopulatio ulla in illis partibus consequatur, cum fere ob omnibus affirmatur, servitores Pereny in illis partibus existentes vel authores precipuos fuisse cladis per Thurcas in eam vallem proximis diebus emanate, vel cum possent prohibere, noluisse. Occupatam autem arcem predictam ita d. Bathory regat, ita episcopatum et ecclesiam regendam, redditusque administrandos curet, prout a Maiestate v. fuerat constitutum...

Két ív papiroson, kelet nélkül, de a hátán későbbi kéz, és helyesen feljegyezte: 1543. febr. 28. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1543. Febr. 50.*

Közli: Bunyitay Vincze.

178.

1543 február.

Egyházi birtokok és plébánosok adózása Ungmegyében.

Oppidum Wngwar.

Item ibibem plebanus et altariste IIII (porte)

Magister hospitalis 1.

Kerethnye.

Ibidem et plebanus habetur.

Chazloocz.

Ibidem et plebanus habetur.

Beren.

Ibidem plebanus et altarista.

Walkaya.

Fratrum heremitarum.

Miser, 1.

Lehoocz.

Plebanus, (p.) 1.

Cherthys.

Ibidem fratrum heremitarum.

Jobagio 1.

Kysgaath..

Plebanus, (p.) 1.

Zachon.

Item fratrum heremitarum ad Wngh libertinus bonus 1.

Salamon.

Plebanus, 1.

Zrytthe.

Plebanus, 1.

Zenna.

Plebanus, 1.

Paalocz.	*Jenke.*
Plebanus, 1.	Ibidem plebanus est.
Baathwa.	*Palagh.*
Plebanus, 1.	Ibidem plebanus est.
Ewr.	*Kvws Selemench.*
Ibidem et plebanus est.	Ibidem plebanus est.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptiók. XLIII. kötet.

179.

1543 február.

Egyházi birtokok adózása Beregmegyében.

Super contribucione facta super dicam regiam in comitatu Beregh.

1543.

Naagh Mwsay.

Fratrum heremitarum p. IIII, iudex I, pauperes IIII, combusta I.

Keghyos.

Fratrum monachorum p. X, iudex I, pauperes VI, nove domus IIII, factor I.

Wywarus.

Magistri hospitalis p. V, iudex I, pauperes XII, nove domus III, deserte V, allodiatura I.

Fratrum monachorum p. II, iudex I, pauperes VI.

Zaloka.

Prepositi de Lelez p. IIII, iudex I, pauperes X, deserte IIII.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. a lymbusból kiválogatva. 4. csomó.

180.

Gyalu, 1543 márczius 4.

Izabella királyné megerősíti a gyulafehérvári káptalan régi jogait és kiváltságait.

Nos Isabella Dei gratia regina Hungariae etc. memoriae commendamus ... quod considerantes et certa experientia recognoscentes fidelitatem et fidelia servitia venerabilis capituli ecclesiae Albensis Transylvaniae, quae sacrae coronae, divis regibus huius [.....] praeclarae memoriae, nobisque et filio nostro charissimo constanti animo impendit, ad suppli[cationem ...] eiusdem capituli omnia privilegia, libertates et indulta serenissimorum regum Hungariae [.....] quibuslibet bonis et iuribus possessionariis, consuetudinibus antiquis lucid[.....] et testamentis libere condendis, eademque secundum testantium voluntatem in tabulas [.....] expressam exequendi, clementer admissa, concessa, approbata et confirmata, nos quoque authoritate nostra ac filii nostri charissimi, quae nobis hoc tempore in hoc regno competit, admittimus, concedimus, approbamus et confirmamus. Denique intelligentes ex supplicatione dicti capituli [.....] abusum quendam officialium episcopatus Albensis Transylvaniae non curantium libertatem condendi tabulas testamentorum non solum a regibus Hungariae, verum [.....] concessam esse, domos infirmorum et defunctorum multo satellitio et servitoribus invadunt, occupant, cingunt, familiae defunctorum iniurias inferunt, resque diripiunt. Volentes igitur hanc audaciam refrenare et abusum talem tollere, de gratia nostra et filii nostri charissimi speciali annuimus praefato capitulo, ne deinceps perpetuis unquam temporibus ... officiales et servitores nostri et filii nostri charissimi ac episcoporum Albensium Transylvaniae pro tempore constituendorum talia attentare audeant, sed modis omnibus habeat liberam testament[....] domos etiam et curias ab omni officialium servitorumque nostrorum et filii ac episcoporum molestatione, occupatione, inquietatione, damnificationeque liberas habent, committentes firmissime universis officialibus nostris ac filii nostri ... et episcoporum futurorum ... ne contra hanc nostram gratiam reginalem et filii nostri Capitulo ecclesiae Albensis factam facere ulla ratione audeant et praesumant. Datum in castro Gyalu dominica Laetare, quae fuerit 4. Martii anno Domini 1543.

Szeredai: Notitia vet. et novi Capituli ecclesiae Albensis Transilv. 165. l.

181.

Nürnberg, 1543 márczius 7.

Ferdinánd, Várday Pál esztergomi érsektől Thurzó Elek elhunyt nádor végrendelete felől körülményesebb felvilágosítást kér s kérdi, miként kellene a megüresedett egri püspökség javait a legczélszerűbben kezelni, továbbá igéri, miszerint az általa ajánlott Nádasdy Tamást s Révay Ferenczet az üresedésben levő országos méltóságok betöltésénél különös figyelemmel kisérendi stb.

Ferdinandus divina favente clementia . . .

Rme in Xto pater devote fidelis ac syncere nobis dilecte. Accepimus binas rursus litteras a devotione tua, unas de penultima Januarii nimis sero nobis redditas, cum longe recentiores jam pridem a devotione tua habuerimus, Alteras de septima Februarii, quas Eustachius Feledy, episcopi Waradiensis internuntius, nobis exhibuit. In prioribus significat nobis devotio tua dolendam mortem et comitis Alexii Thurzó et p. archiepiscopi Colocensis, quam et antea non sine luctu et moerore percepimus. Scimus enim nos duos praeclaros viros, summis ingeniis summaque prudentia praestantes amisisse, quorum tamen utriusque bene merita ita grata memoria prosequemur, ut inde aliquis fructus vel ad posteros, propinquos et consanguineos eorum a nobis quamcunque nactis occasionem redundare querat. Inprimis autem a devotione tua per litteras erudiri optamus, ex quo se tutorem nimirum consortis et filiorum magnifici quondam comitis Alexii Turzonis ex testamento relictum esse scribit, qualenam testamentum ipse comes Alexius condiderit, et qui sint ejus testamentarii praeter devotionem tuam, quem denique ordinem et dispositionem de bonis et arcibus suis praesertim de Trinczinio et Scepusio fecerit, curetque nobis, si fieri potest testamenti exemplum, simul et de his omnibus certam informationem transmittere. Vidimus etiam, que eadem devotio tua de administratione bonorum et decimarum ecclesiae et episcopatus Agriensis, et id genus similibus a nobis constitui debere nonnisi fideliter suadet et consulit, quare mens et voluntas nostra est, ut devotio tua una cum ceteris consiliariis regiminis et camerae nostrae Hungaricae iuxta commissionem nostram illis inpraesentiarum specialiter factam, quanta maxima potest diligentia consultet et dispiciat, qualisnam ordo et cuiusmodi provisiones, tam de ecclesia Agriensi, quam de eius redditibus et decimis videantur hoc tempore per nos adhibendae esse, ita sane, ut inde fructus et commoda aliqua camerae nostrae

cedere possint, habitaque istiusmodi de rebus consultatione et deliberatione inter nos, de eo, quod nobis in hoc ipso negotio factu optimum et opportunissimum fore iudicaveritis, consilium et opinionem vestram ad nos primo quoque tempore per litteras vestras perferendum curetis. — Caeterum, quod devotio tua tantopere nobis svadere videtur, ut officium et dignitatem Judicatus Curiae, defuncto jam nunc comite Alexio Turzone, magnifico Thomae de Nádasd, magistratum autem Thavernicorum magnifico Francisco Reway, propter utriusque fidem diligentiam industriam et prudentiam conferamus, tametsi certis de causis adducti deliberationem illam in felicem nostrum reditum differre et suspendere statuerimus, tamen sic nos tum, cum adiuvante Deo ad patrias et regna ista nostra reuersi fuerimus, ratione dictorum magistratuum erga ambos praememoratos Nádasdy et Reway gerere et exhibere volumus, ut et devotio tua huius suae, pro eis factae, intercessionis et commendationis et ipsi quoque virtutum et servitiorum suorum condignam rationem et respectum a nobis habitum fuisse revera sentire possint. — Porro, quod ad negotia et postulationes rmi Fratris Georgii episcopi Waradiensis attinet, perpendimus equidem devotionis tuae scripta haud indiligenter. Et cum primum ad nos Paulus Bornemyssa redierit, quem in paucis sane diebus affuturum speramus, eius internuntium ita expedire cogitamus, prout nos praesentium rerum status temporisque conditio docebit. Reliqua devotio tua ex nostris litteris ad se et caeteros consiliarios istius regni communiter scriptis intelliget. Datum in civitate nostra et imperiali Nürenberga. die VII. Martii anno MDXLIII. regnorum nostrorum Romani decimo tertio aliorum vero decimo septimo.

Ferdinandus m. p.

Bizinger O. Vice Canc. m. p.

Ad mandatum sacre regie Maiestatis proprium

Adamus Carolus m. p.

Kívülről: Rmo in Xto patri Pauli de Warda, archiepiscopo Strigoniensi etc. — — —

Eredetije a primási világi levéltárban. Közölve: Magyar Sion. IX. 1866 728—289. l.

182.

Pozsony, 1543 márczius 8.

A helytartótanács megbizza Nádasdy Tamás országos főkapitányt, hogy Oláh Miklós fejérvári őrkanonokot szükség esetén erővel is védelmezze tolnamegyei birtokában Verbőczy Imre ellen.

Spectabilis et magnifice domine et amice observandissime, salutem et nostri commendacionem. Inter alias querelas, que ad nos quotidie deferuntur adversus Werbewczy et eius farine homines, dominus quoque Nicolaus Olah custos Albensis etc. queritur possessiones suas Thazar, Wade, Zenthmyklos, Merye et alia bona sua in comitatu Tholnensi sita occupata ab illo esse, petitque, ut ad d. vestram sp. et magnificam in ea causa scribamus. Nos quidem admonuimus Werbewczy diligenter, ut ab his omnibus abstineret aliena desineret impedire et occupare occupataque restituat, m. vestra nihilominus videat, qua racione existimet facilius intolerandam illius audaciam posse cohiberi. Est quidem et re et tempore alienum mutuis inter nos agitari tumultibus armaque in hostes parata ad mutuam perniciem converti, sed tamen evellendam omnino hanc pestem iudicaremus, priusquam latius serpere. Id, quo consilio, quave [ar]te effici possit, dominacionis vestre iudicio relinquimus expendendum, quippe quam officii sui solicite memorem novimus. Pergratum foret, si bona pace fieri posset rem componi cum illo, ita, ut suum cuique redderet et inter alios dominus quoque Olah suum recuperaret. Sed, ubi iura non valent, vis admoveatur, necesse est. Optamus Eandem valere feliciter, Posonii die 8. Martii 1543.

Locumtenens et consiliarii sacre regie Maiestatis etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome de Nadasd libero domino terre Fogaras, magistro thavernicorum regalium et supremo regni capitaneo, domino et amico observandissimo.

Eredetije papiron, kivül papirszalagra rányomott hat zárópecséttel. Országos Levéltár: Eccl. Cameral. fasc. 40. Nr. 10.

Közli: Iványi Béla.

183.

1543 márczius 12.

A kolosmonostori konvent előtt Fráter György a váradi püspökségnél 200 forintban elzálogosított keserűi birtokot Lukarythi Susalith Horvát Péternek ajándékozza és a püspökséget másutt kárpótolja.

Nos etc. Memorie commendamus per presentes, quod reverendissimus dominus frater Georgius, episcopus Waradiensis, thezaurarius et in hoc regno Transsilvanie locumtenens regius etc. coram nobis personaliter constitutus — — — est confessus et retullitque nobis in hunc modum, quomodo ipse attentis et consideratis meritis et serviciis egregii Petri Horwath Swsalith de Lwkaryth, familiaris sui, que ipse cum summa integritate et animi solercia eidem in multa fortune varietate multis retro annis pro sua virili exhibuisset et impendisset, horum igitur intuitu idem dominus locumtenens studium ac dexteritatem serviciaque prefati servitoris sui volens gratitudinis vice rependere et eundem prosequi sua munificencia et liberalitate, totalem porcionem suam possessionariam in possessione Keserew vocata, in comitatu Byhoriensi existentem habitam, que alias prefate ecclesie Waradiensis pro summa ducentorum florenorum olim utcunque inscripta extitisset, unacum cunctis suis utilitatibus — — — — — pro quadringentis florenis Hungaricalibus in sortem serviciorum eidem Petro Horwath suisque heredibus et posteritatibus utriusque sexus universis dedisset, donasset et inscripsisset — — — — — nullum ius — — — quod — — — dominus reverendissimus in prefata porcione possessionaria quibus vel se successoresque suos episcopos ecclesie Waradiensis quomodolibet habere speraret — — — reservando — — — — —. Ceterum, quia prefata porcio possessionaria bona ecclesiastica fore censentur, ne successu temporum sub nomine iuris ecclesie actione redibitoria impetere, loco prescripte porcionis possessionarie, oneribus, quibus supra, in se assumptis, quoddam pratum seu fenetum suum empticium et hereditarium, in territorio possessionis Zenthgyewrgh in comitatu Zolnok interiori existens habitum, quod alias prefatus dominus locumtenens a nobili Bartholomeo et Ladislao Makray et altero Ladislao de Zenthgyewrgh pro florenis quadringentis pro se iure perenni comparasset, ad castrum prefati episcopatus Wy Balwanyos vocatum in eodem comitatu Zolnok interiori existens habitum et per consequens annotato episcopatui cum cunctis suis utilitatibus iure

perpetuo et irrevocabiliter tenendo, habendo et utendo dedisset et contulisset, nullum ius — — — reservando, sed totum et omne ius suum, quod in prenarrato prato sive feneto haberet ad prefatum castrum Wy Balwanyos et per consequens dictam ecclesiam episcopatus sui Waradiensis transtulisset pleno cum effectu, assummendo nichilominus prefatus dominus locumtenens, prenominatam ecclesiam episcopatus sui in reali et pacifica possessione antefati prati sive feneti contra quoslibet illegitimos impetitores successivis semper temporibus tueri protegere, indempniterque manutenere propriis suis laboribus et expensis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum etc. feria secunda post Judica in festo beati Gregorii pape, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tercio.

Országos Levéltár: Kolozsmonostori protocollum «Extraxit» 158—9. l.

Közli: Iványi Béla.

184.

Pozsony, 1543 márczius 14.

Pál esztergomi érsek jelenti Ferdinánd királynak, hogy a szepesi prépost az egyház parancsolatával ellenkező és erkölcstelen életmódja s többeken elkövetett zsarolásai miatt állomásától és papságától megfosztatott. Kéri a királyt, hogy helyébe mást nevezzen ki, vagy arra ez egy esetben őt hatalmazza fel.

Sacratissime rex... Prepositum Scepusiensem iampridem audiebam vita et moribus esse longe alienis ab officio et dignitate sua ecclesiastici prelati, planeque infamem apud omnes bonos male audire: eum cum ex officio meo sepenumero admonendum, corrigendumque censuissem, ut ad meliorem frugem rediret, vocatum aliquoties ad synodum, que ex more tercio quoque anno celebrari in ecclesia mea consvevit, nunquam inducere potui, ut veniret; aliisque argumentis expertus sum, parum eum vel precepta vel monita mea vel sui officii rationem morari, quippe qui etiam alios sacerdotes dioecesis mee alienare a recta via et in suam sententiam pertrahere conatus est. Cum igitur rationem inire in animo haberem, qua licenciam hominis comprimerem et malum exemplum ab ecclesia tollerem, lata est in his iudiciis capitalis sententia contra eum, agente causam quodam nobile sene, quem ille immemor officii sui variis iniuriis et damnis male mulctaverat. Cum igitur vigore huius sententie etiam sacerdotio privatus sit, dignusque sit, in quem ex merito animadvertatur,

Maiestas v. sacratissima meo iudicio de prepositura illa alteri providebit. Et quum authoritas mihi a Maiestate v. in sua absentia benigne concessa non eo se extendit, ut preposituram talem ipse conferre possim, si mihi Maiestas v. annuerit literis suis, ut pro hac vice tantum beneficium illud conferre possim: dabo operam, ut illud in personam aliquam dignam et benemerentem transferam. Qua de re a Maiestate v. responsum expecto.

Ceterum, uti proximis literis meis ad Maiestatem v. scripsi, ad hos sacros dies me domum conferam, rediturus statim peractis sacris et ordine in arce instituto ad edificationem. Interim hic remanebunt domini Jauriensis, Reway et Zalay, qui, siquidem erit, quod ad me deferri oporteat, mox per cursores me dies et noctes facient certiores. Deus optimus, maximus Maiestatem v. servet felicem et incolumem diu. Posonii die 14. Martii 1543.

Sacratissime Maiestatis v.

servitor et capellanus
Paulus,
archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati domino meo clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1543. Márc. 32.* Közli: Bunyitay Vincze.

185.

Pozsony, 1543 február 23., márczius 14.

I. Ferdinánd király meghagyja a pozsonyi káptalannak, hogy a nagyszombati apáczák és Korlátkövy Zsigmond közt a pozsonymegyei Nesthik nevű birtokon levő szőlő tizedei miatt folyó perben tartson nyomozatot. Quaeritur: Utrum Sigismundus de Korláthkő «ab obitu serenissimi principis condam domini Ludovici regis pie memorie universas decimas vinorum ipsis dominabus actricibus de promontorio possessionis Nesthyk in comitatu Posoniensi existentis provenire debentes annuatim pro se minus iuste et indebite viaque iuris sine omni receperit, in quibus prefatis dominabus actricibus, demptis actibus potenciariis, plusquam centum florenorum dampna irrogaverit potencia mediante, vel autem, quod idem Sigismundus Korlathkewy in causam attractus nullas decimas ipsarum dominarum actricum receperit, licet ipse in causam attractus in dicto promontorio prescripte possessionis Nesthyk vineam habeat, tamen neque ipse in causam attractus sed nec predecessores sui, aliquam decimam racione eiusdem vinee sue unquam solvere debuerint.» — «Datum Posonii vigesimo die termini prenotati (feria sexta proxima post dominicam Reminiscere), anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tercio.»

Eredetije papiron. Országos Levéltár: Mon. Tyrnav. fasc. 9. Nr. 2.
Közli: Iványi Béla.

186.

Pozsony, 1543 márczius 15.

Révay Ferencz nádori helytartó Horváth János szepesi prépostot hamis oklevelek felmutatásáért fej- és jószágvesztésben marasztalja el és a prépostságtól is megfosztja.

Franciscus de Rewa comes etc. Amicis suis reverendis capitulo ecclesie de t. s. et amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod Valentinus Sarkezy de Fokthw pro egregio t. de t. cum procuratoriis literis nostris feria tercia proxima post dominicam et proxime preteritam, instante scilicet termino celebracionis iudiciorum octavi diei festi t. proxime preteriti, ad quem scilicet terminum universe cause regnicolarum ex novis institucionibus publicis adiudicari solite, generaliter fuerant prorogate in figura nostri iudicii comparendo et causa presente per ingestionem directoris causarum regalium ex transmissione personalis presencie regie Maiestatis nostram in presenciam deveniente, contra t. de t. certificatorias ad literatorium mandatum serenissimi principis et domini domini etc. rescriptas nobis exhibuit et presentavit hunc tenorem continentem: *Serenissimo principi* etc. Quibus exhibitis et presentatis continenciaque earundem perlectis et sane intellectis, prefatus procurator dicti actoris nomine et inpersona eiusdem principis sui allegavit eo modo, quomodo idem actor premissam actionem et acquisicionem suam, annis quoque superibus in termino scilicet celebracionis iudiciorum quintidecimi diei festi beati t. in anno Domini t. transacto preteriti, in sede tabulaque regie Maiestatis iudiciaria, primum coram personali presencia prefati domini nostri regis, tandemque ex transmissione eiusdem presencie regie Maiestatis coram spectabile et magnifico condam domino comite Alexio Thwrzo de t. tunc iudice curie et locumtenente regie Maiestatis contra prefatos in causam attractos diligenter prosequutus fuisset, dictusque Joannes Horwath prepositus in causam attractus premissam invasionem domus et curie nobilitaris nec non captivitatem dicti actoris ex commissione et mandato magnifici condam t. per Thomam Dalmad legittimum procuratorem suum palam et manifeste confessum fuisset asserendo: Quod ipsum actorem ex commissione dicti condam t. propterea captivasset, quia idem actor fidelitate regie Maiestati domino nostro clementissimo debita postposita, condam regi Ioanni tunc adversario sue Maiestatis adhesisset et in eo idem Joannes t. in causam attractus in sui ipsius defens-

sionem quasdam literas condam Joannis t. in datis earum abrasas et fulminatas in iudicio produxisset et exhibuisset, exindeque idem Joannes prepositus in causam attractus propter exhibicionem huiusmodi literarum abrasarum ac dolose et fraudulenter fulminatarum et per prefatum producentem suum in eius defenssionem in iudicio productarum et exhibitarum in facto delacionis falsarum literarum ex eoque in nota perpetue infidelitatis, amissione scilicet capitis ac proprietatis universorum bonorum suorum mobilium quorumlibet, iure convictus et aggravatus extitisset, cuius quidem sentencie exequucio certis et racionabilibus ex causis et presertim sub forma fiende a prescripto termino celebracionis iudiciorum prescripti quintidecimi diei festi beati t. dilata et prorogata, causaque eadem per huiusmodi prorogacionis ad presentem terminum celebracionis iudiciorum dilative devenisset. Quo instante ac medio tempore prefato domino comite Alexio t. demortuo et causa ipsa nostram in presenciam deveniente, nobisque unacum nonnullis dominis prelatis et baronibus magistrisque prothonotariis et regni huius nobilibus sedis scilicet iudiciarie regie Maiestatis iuratis assessoribus in ipsa sede iudiciaria constitutis et existentibus Ambrosio de Beycz pro prefato Joanne preposito in causam attracto cum procuratoriis literis vestris coram nobis in iudicio comparente, causamque ipsam, presertim quantum ad prescriptas fraudulenter et dolose fulminatas literas, iure defendere non valente, annotatus Valentinus Sarkewzy procurator dicti actoris nomine et in persona eiusdem actoris principalis sui in premissis iudicium et iusticiam postulavit elargiri. Verum, quia, prout ex premissis informacionibus prefatus actor premissam causam suam contra et adversus memoratos in causam attractos in prescripto termino celebracionis iudiciorum prescripti quintidecimi diei festi beati t. in prescripto anno Domini preteriti in sede tabulaque iudiciaria regie Maiestatis diligenter prosequutus fuisse, dictusque Joannes Horwath prepositus in causam attractus causa in eadem pretactas literas rasas, doloseque et fraudulenter fulminatas in sui defenssionem in iudicio exhibuisse exigendeque propter exhibicionem earundem literarum in nota perpetue infidelitatis, amissione scilicet capitis ac proprietatis universorum bonorum et[1] possessionariorum rerumque et bonorum suorum mobilium quorumlibet iure convictus et aggravatus extitisse, huiusmodique iudiciarie deliberacionis et sentencie exequutio certis et rationabilibus ex causis

[1] Omissum est: *iurium.*

presertim vero pro bono pacis dilata et prorogata ex(ti)tisse et in prescripto termino quintidecimi diei festi t. causa eadem ad presentem terminum celebracionis iudiciorum dilative devenisse, ipsoque instante prefatus Ambrosius de Beycz, legittimus procurator dicti prepositi in causam attracti, pro eodem preposito causa in eadem diligenter egisse ipsumque prepositum in causam attractum defendere minime potuisse ex premissis comperiebatur manifeste, propter quod idem Joannes prepositus in causam attractus pro premissa abrasarum ac dolose et fraudulenter fulminatarum literarum exhibicione ex nunc prout extunc et extunc prout ex nunc in facto delacionis falsarum literarum eoque in nota perpetue infidelitatis, amissione scilicet capitis et proprietatis universorum bonorum et iurium possessionariorum tam hereditariorum quam pignoraticiorum, necnon prepositure sue Scepusiensis prescripte rerumque et bonorum suorum mobilium quarumlibet convinci et aggravari debere nobis ac dominis prelatis et baronibus magistrisque prothonotariis et regni huius nobilibus sedis scilicet iudiciarie regie Maiestatis iuratis assessoribus nobiscum examine presentis cause in iudicio existentibus, perspicue cernebatur. Eorundem igitur dominorum prelatorum et baronum magistrorumque prothonotariorum sedis iudiciarie regie Maiestatis iuratorum assessorum quesito et assumpto superinde consilio prematuro et sana deliberacione nolentes prefati Joannis prepositi in causam attracti premissam dolosarum et fraudulenter fulminatarum literarum exhibicionem per eum modo premisso factum simpliciter et impune pertransire, ne et alii ab eodem exemplati ad similes nepharios actus dolosasque et fraudulentas literas fulminandas maliciose sese apponere pressumant, quin pocius eiusdem penalis afflictio alios eciam quoslibet a similibus nephariis dolosis et fraudulentis literarum fulminacionibus et exhibicionibus terreat, retrahat et restringat ceterisque transeat in exemplum, ex parte prenominatorum t. et t. similiter in causam attractorum per alias literas nostras aliud iudicium faciendo, prefatum Joannem prepositum in premissa nota perpetue infidelitatis, amissione scilicet capitis ac proprietatis universorum bonorum et iurium possessionariorum tam pignoraticiorum, quam eciam hereditariorum et aliorum quorumlibet, item prepositure sue Scepusiensis prescripte rerumque et bonorum suorum mobilium quorumlibet ubivis et in quibuscunque comitatibus intra ambitum huius regni Hungarie et parcium sibi subiectarum existencium habitorum, ipsum solum proprie et precise concernencium, proprietatem, eorundem bonorum et iurium possessionariorum, fisco regio salvo

remanente, in duabus nostris iudiciariis in tercia vero partibus memorati actoris, partis scilicet adverse, manibus dandis et assignandis convinci et aggravari debere decrevimus et commisimus decernimusque et committimus per presentes. Pro eo amiciciam vestram harum serie hortamur et requirimus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente t. et t. aliis absentibus homo noster ad facies universorum bonorum et iurium possessionariorum tam hereditariorum, quam pignoraticiorum prefati Joannis prepositi convicti, ubivis et in quibuscunque comitatibus huius regni existencium habitorum, vicinis et commetaneis eorundem universis necnon fratribus et aliis quibusvis generacionis eiusdem convicti hominibus inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, habita prius eorundem bonorum et iurium possessionariorum legitima reambulacione et condigna estimacione, exclusis eciam porcionibus aliorum quorumlibet prepposituramque Scepusiensem de eiusdem, eadem universa bona et iura possessionaria nec non res et bona mobilia quelibet eiusdem occupet et aufferat, occupataque et ablata proprietate eorundem bonorum et iurium possessionarium, fisco regio salvo remanente, in duabus nostris iudiciariis in tercia vero partibus prefati actoris partis scilicet adverse manibus det et applicet possidendum, contradiccione, inhibicione et repulsione prefati Joannis Horwath prepositi convicti et aliorum quorumlibet previa racione non obstante, occultatores vero dictarum rerum et bonorum mobilium, si qui fuerint ac easdem et eadem ad amonicionem nostri et vestri hominum reddere et restituere recusaverint, evocet eosdem ad quintum decimum diem diei huiusmodi amonicionis nostram in presenciam racionem occultacionis huiusmodi rerum reddituros. Et posthec huiusmodi possessionarie reambulacionis, estimacionis occupacionis rerumque et bonorum mobilium ablacionis ac locus negotii inibi peragentis seriem cum nominibus occultatorum, ut fuerit expediens, ad quintum decimum diem diei exequucionis premissorum legitime perdurandum nobis suo modo rescribatis. Datum Posonii feria quinta proxima post dominicam Judica, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tercio.

Országos Levéltár: Révai Ferencz stylionariuma. 33—35. ll.

Közli: Iványi Béla.

187.

Pozsony, 1543 márczius 16.

Oláh Miklós Nádasdy Tamást biztosítja régi barátságáról. Leírja fejérvári házának bajait. Tudósítja külföldi hirekről.

Salutem plurimam et servitiorum commendationem. Spectabilis et magnifice domine mihi observandissime. Literas d. vestre magnifice heri accepi, redditas mihi per Anthonium literatum. Nec condemnavi nec absolvi d. vestram magnificam, lis aduc sub iudice est. Productas literas regias videntur domini iudices sufficientes comprobare, sed procuratori reginali secus videtur. Quicunque dixerunt, me sangvinem et facultates d. vestre magnifice sitire, ut duobus concludam verbis, mentiti sunt. Illi fortasse, qui hoc confixerunt, si qua eis daretur occasio, magis me sitirent, qui honoris, sangvinis et facultatum d. vestre magnifice iuste augendarum, fuerim semper et nunc quoque sim cupidissimus. Non igitur me alium putet d. vestra magnifica, quam Christianum et bonum, quatenus gratia Dei optimi maximi mihi data fuerint, virum honestumque amantem ac veterem tuum Olahum, facturumque omnia, que ex fide honoreque meo facere et possim et debeam. Quorum d. vestram cupidissimam esse scio, si vere me amat, uti amare mihi persvasum habeo. In absentia d. vestre magnifice non minus aut plus prestiti in rebus Maiestatis reginalis, domine utriusque nostrum clementissime fidei et integritatis officiique, quam in presentia id est, quod debui. Quod d. vestram magnificam non vicio, sed laudi, ut opinor, mihi daturam existimo, si tenet me, uti scribit, pro fratre, cuius officium ego certe pro viribus semper exequar. Nec volo ullum esse locum inter d. vestram magnificam et me alienationis animorum, de qua scribit, sed potius augmenti amoris et benevolentie ac meorum in d. vestram magnificam obsequiorum. Id enim non modo charitas Evangelica, sed etiam ea etas nostra, quam nunc agimus exposcere videtur. Quare d. vestra hec ita esse sibi persvadeat. In his, de quibus controversia est, alius reperiri posset modus, si meum valeret consilium et d. vestra magnifica vellet. Anthonii literati, pro quo d. vestra magnifica mihi scribit et mandat, propter noticiam etiam veterem, que mihi cum d. Thoma custode, nunc in purgatorio existente, apud dominum et fratrem nostrum communem Brodericum non wlgaris erat, omnis a me ratio haberetur, nisi magna me premeret necessitas et cura providende domuncule

mee Albensis. Paries solus est illius relictus et is quoque dirutus, nullum granum frumenti, ne guttula quidem vini, subcustodem, campanatorem et alios quosdam iuxta constitutionem veterum ministros ecclesie, provisorem et familiam certam in domo alere debeo. Nihil istic est, quod pecuniis promptis non ematur preter aerem et aquam. Capitulum aliquot iam invectivas epistolas ad me scripsit, verbis acerbis. D. magister Thomas, personalis presentia regie Maiestatis, et Hencz Mathe 32 vina mea occuparunt, ex quibus nullum hactenus restituerunt, Andreas Chorom similiter 32 vina. Nunc iterum Emericus Werbewczy possessiones meas Thazar, Mernye, Zenth Myclos et Wade cum pertinentiis earum in comitatu Simigiensi occupavit, pro quibus remittendis scripsi ad eum, quas si non remiserit, mitto etiam ad d. vestram magnificam nunc literas domini locumtenentis et consiliariorum regiorum, quas dignetur preter id, quod ex officio suo est, etiam propter equitatem et servitia mea ad significationem postea meam exequi. Hec propterea scribo superiora: quod ex hac crumena mea satis certe a tot annis, quibus furizitanum ago, exhausta, usque ad messem et vindemiam futuram pecuniis paratis onera custodię perficere et domum familiamque illam me alere necesse sit. Quod quam difficile sit ex pecuniis menstruissime prestare, d. vestra magnifica cogitare potest. Curet eadem et faciat, rogo plurimum, apud ipsum Anthonium, ut si non ipsa sex, saltem quatvor vina reddat ad usum domus, ut sit unde ministri illi se sustentent ad aliquot exiguum tempus. Faciam quod d. vestra magnifica iubet et facerem absque hoc, nisi premissa necessitas me urgeret. In futura vindemia, si hanc Deus et Turce salvam nobis concesserint, non ipsum Anthonium d. vestre magnifice intuitu deseram etc.

Ex imperio nihil certi habeo. Non ignorat d. vestra magnifica conventus imperiales tarde solere aliquid parere. Gallus nihil non molitur, nisi Deus per sua instrumenta mentem illius in meliorem frugem nectat. Cesar ex Hispaniis et Germania contrafacit apparatum, fama est, illum ad principium Maii in Italiam venturum. In Flandria Cornelius ille Scepperus noster circa principium Februarii profectus erat Traiectum civitatem cesaris ad Mosam, ut cum nunciis principum electorum Rheni et Lanthgravii tractaret in causa Levensis ducis, verum illinc quoque ad bellum magis quam ad pacem videtur res inclinari. Rex Anglie, ut dicitur, acceptus est ad amicitiam cesaris et aperte Gallo in favorem cesaris bellum denunciavit, Normanniamque Galli invadere parat. Rex Scotie mortuus est et in locum eius alius electus. Maiestas

regia d. noster clem. est, ut in hunc diem adhuc accepi, Nuremberge, sollicitat suam et nostram rem, que stat eo in loco, quem d. vestra magnifica videt et me scit melius. Spes nostre conservacionis in Deo optimo maximo, in cuius manu sunt omnia et sine cuius voluntate ne capillus quidem capitis nostri decidit, sita est et in principibus nostris et nobis quoque ipsis, si quid ex corde extremo hoc tempore facere velimus. Hec sunt, ad que d. vestra magnifica rescribi voluit, cui mitto cum presentibus *aliquos poetarum novos lusus,* nunc ad me missos. Quod reliquum est d. vestram magnificam Deus maximus conservet felicissime et fortunatam. Cui servitia mea iterum commendo. Ex Posonio, 16. Martii 1543.

Pene oblitus eram purgatorii, de quo d. vestra magnifica scribit. In minimo contendit mihi persvadeře, se non esse in illo hominum genere, qui purgatorium negent, scribendo futurum seculum. Seculum enim et purgatorii dicitur et illud eternum. De utro velit intelligere quod scribit? significet, ut facilius me inducat in suam opinionem.

D. vestre servitor
N. Olahus,
custos Albensis etc. manu propria.

De Anthonio literato quid fecerit magnifica d. vestra velit significare, eum enim ad responsionem eiusdem remisi.

Eredetije mind a négy oldalán teleírt egy ív papiron, a czímzést tartalmazó boríték hiányzik, de valószinű, hogy a levél Nádasdy Tamáshoz volt czimezve. Az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *O.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

188.

Pozsony, 1543 márczius 16.

I. Ferdinánd király megparancsolja a veszprémmegyei tisztikarnak, hogy a somlyóvásárhelyi apáczáknak Varjasi Vincze ellen folyó perében tartson tanuvallatást.

Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemieque etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fidelibus nostris universis et singulis, egregiis, nobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis hominibus ubivis in comitatu Wesprimiensi existentibus et commorantibus, qui cum presentibus fueritis requisiti, salutem et graciam. Exponitur Maiestati nostre in personis religiosarum ac devotarum sororum Barbare abbatisse conventusque sanctimonialium ecclesie

beati Lamperti de Wasarhel, quomodo ipsi exponentes racione et pretextu cuiusdam feneti seu prati Erdeweley vocati, in territorio oppidi earundem exponentium Wasarhel predicti in dicto comitatu Wesprimiensi existentis habiti, quod quidem fenetum seu pratum pridem nobilis Vincencius de Waryas violenter occupasset, que videlicet occupacio plerisque ex vobis constaret evidenter, super quibus eedem domine exponentes quandam attestacionem et inquisicionem celebrari facere vellent, ubi prefate domine exponentes fassionibus et attestacionibus vestris superinde fiendis pro iurium suorum tuicione plurime indigerent et essent necessarie. Fidelitati igitur vestre et vestro cuilibet harum serie firmiter precipiendo committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus, dum videlicet cum presentibus fueritis requisiti vel alter vestrum fuerit requisitus, ad unum certum et brevem terminum per easdem exponentes vobis vel altero vestrum prefigendum in presenciam vicecomitis et iudicum nobilium dicti comitatus Wesprimiensis sub onere sedecim marcarum gravis ponderis personaliter accedere ibique ad fidem vestram Deo debitam fidelitatemque nobis et sacre corone nostre observandam, qualis vobis de premissis constat certitudo veritatis, suo modo fateri dicereque et referre modis omnibus debeatis et teneamini. Et tandem super huiusmodi attestacione vestra superinde fienda literas ipsis exponentibus necessarias per vicecomitem et iudices nobilium dicti comitatus Wesprimiensis dari iubemus, iuris earundem exponentium ad cautelam, communi iusticia svadente. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tercio.

Lecta per post.

Papiron, alul rányomott, homályosan kivehető vörösviasz pecséttel. Országos Levéltár: Acta Monial. Poson. Fasc. 25. nr. 29.

Közli: Iványi Béla.

189.

Léva, 1543 márczius 18.

Thurzó Ferencz jelenti Thurzó Elek özvegyének, hogy Itáliából hazaérkezett. Kéri, hogy a nyitrai püspökséget adja át neki és jelölje ki a helyet, a hol találkozzanak.

Magnifica ac generosa domina, domina colendissima. Salutem et humillimam servitiorum meorum commendationem. Parum

sapienter multis sepe visus sum facere, quod in periculosissimo Hungarie statu neglectis rebus meis omnibus, apud exteros tam diu peregrinarer. Ego vero pro summa mea iustaque erga spectabilem et magnificum dominum, dominum Alexium (pie memorie) obseruantia, pie eius voluntati satisfacere cupiens, omniaque ex eius pietate, benignitateque mihi pollicens nihil, quod ad dignitatem, honorem, ac utilitatem meam meorumque pertinet, omissum iri firmissime semper mihi persuasi. Quem quom (!) iniquissimis fatis, alieno hoc tempore, mihi ereptum, summo cum dolore cognovissem, tam mortuo obseruantiam prestare cupiens, quam vivo studiosissime semper exhibui, de extrema, mihique quasi sancta et religiosa eius voluntate cognosciturus, ex Italia nuper adveni. Nam et si hoc illum cupere satis intelligam, ut que ad suam suorumque et familie nostre laudem ac gloriam faciunt, curem, non tamen sine commodis debitisque medijs id me prestare posse perspiciens, de modo rationeque eius rei perficiende multa diligenterque cogitavi. Nec sane potui melius hac de re doceri, quam ex suis ad me, cum viveret literis, quibus de episcopatu Nitriensi non solum multa mihi sepe indicauit, sed multorum etiam testimonio et a regia Maiestate michi impetratum et diu mihi destinatum certissime constat. Qua ratione motus, cum veterem constantemque magnificae d. vestre erga spectabilem dominum suosque amorem et charitatem cognoscam, ut quo mihi resignetur tradaturque episcopatus et voluntatem spectabilis domini adiuvet exequaturque, et suos, vel potius tuos nunc ornet, his literis (quia Sinthavie magnificam d. vestram nuper non reperiebam) obtestari ausus fui, paratus coram hac de re agere, si et ubi locorum magnifica d. vestra constiterit, et quid de me, meisque constituerit, intelligam. Quod si (ut spero rogoque) humaniter gratioseque magnifica d. vestra mihi significare dignabitur, ego pro sua erga me benevolentia, que fido bonoque cliente digna sunt, ea diligentia, studio, fide, integritate facturum me recipio, ut sui erga me meosque beneficii ac benignitatis penitere nunquam possit, quin et gratum me et memorem erga se, suosque omnes, addictissimumque seruum, quem spectabili domino semper me prestiti, magnifica d. vestra cognoscet. Quam diu saluam et incolumem cum suis omnibus valere cupio. Tumultuarie ex Lewa 18. Martij 1543.

Magnificae d. vestrae deditissimus
Franciscus Turzo.

Kívül: Generose ac magnifice domine domine Magdalene Zekel de Ormosd, relicte quondam spectabilis et magnifici domini domini comitis Alexii Turzo de Bethlenfalva, judicis Curiae et locumtenentis regie Matis etc. domine et patrone colendissime.

Eredetije az árvai uradalom levéltárában. Fasc. 195. nr. 3.

Közli: Matunák Mihály.

190.

Tapolcsány, 1543 márczius 22.

Losonczy István meghívja Nádasdy Tamást Ország László özvegyével Pekry Annával Csejte várában tartandó lakodalmára.

Spectabilis et magnifice domine et amice nobis observandissime. Salutem et nostri obsequii oblacionem. Eandem vestram spectabilem et m. d. uti dominum et amicum confidentissimum volumus reddere cerciorem, quomodo, Deo optimo volente, nos generosam et magnificam dominam Annam Pekry, relictam condam magnifici domini Ladislai Orzaagh de Gwth, iuxta ritum sancte ecclesie Christiane nobis in coniugem elegimus et eam desponsavimus, diemque honoris nostri et cellebracionem nupciarum nostrarum prefiximus dominicam proximam post festum Sancti Georgii martiris proxime venturum in arce Cheythe fiendam et cellebrandam. (!) Itaque rogamus vestram s. et m. d. vehementer, uti dominum et amicum nostrum confidentissimum, velit prescripta dominica in dicta arce Cheythe honori nostro et nupciis nostris unacum domina consorte sua interesse, ut eiusdem presencia et sue consortis honor noster ampliaretur. Quod vestram s. et m. d. facturum non dubitamus et eidem omni obsequii nostri oblacione complacere studebimus. In reliquo Deus eandem ad vota felicem conservet. Ex oppido nostro Thapolchan feria quinta maioris ebdomade 1543.

Stephanus de Lossoncz,
comes comitatus Newgradiensis.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome de Nadasdh, perpetuo comiti terre Fogaras, thavernicorum regalium magistro, capitaneo generali regni Hungarie et Maiestatis regie suppremo consiliario etc. domino nobis amicoque observandissimo.

Eredetije papiron, záropecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *L.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

191.

1543 márczius 26.

A bakonybéli apát, hogy elpusztult egyházát helyreállíthassa, Ganna faluját 200 forintért elzálogosítja Choron Andrásnak.

Nos conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie memorie commendamus... quod reverendus et religiosus frater Benedictus, abbas ecclesie beati Mauricii de Bakonbeel, coram nobis... confessus est... quod ipse... signanter pro eo, quod ipsum claustrum et ipsa abbatia de dicta Bakonbeel unacum possessionibus et pertinentiis omnibus his exactis disturbiorum temporibus inter tot factiones, seditiones tumultusve ultro citroque a subditis amborum principum serenissimorum Ferdinandi et quondam Joannis regum... signanter autem per egregii quondam Pauli Bakÿth et magnifici domini Valentini Therek ac Ladislai More subditos, officiales et familiares inter tanta incinerata, desolata, devexata, distracta combustaque extitit, nunc autem ex collatione regie Maiestatis et constitutione regnicolarum Novizolÿ pro nuc (!) edita et stabilita prefata ipsa abbatia de Beel in manus eiusdem... Benedicti abbatis deventa extitit, habita igitur ipse moderni temporis calamitati ratione, recolligens etiam ipsam prefatam abbatiam... per inopinatum tam domesticorum hostium mollimina (!) et insidias, quam Thurcarum repentinas incursiones et invasiones, qui iam inter media viscera regni versarentur, rursus denuoque in aliquorum pravorum et insidiantium domesticorum hostium manus et etiam ipsarum (!) Thurcarum ditionem posse devenire, unde his terris et provinciis et alioqui extreme desolatis maiora (!) funesta externaque calamitas pararetur et subsequeretur, ut igitur Deo propitio abbatia... de Bakonbeel de ipsa desolatione provideatur et restauretur victualibus, ingeniis et omnibus necessariis, peditesque pixidarii in ea pro necessitate et conservatione interteneantur et per hoc debite custodie demandetur... quandam possessionem suam Ganna vocatam in comitatu Wesprimensi existenti habitam... egregio Andree Choron de Dewecher ac Johanni filio suo pro ducentis florenis... inpignoravit... Datum feria secunda Pasche anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio.

Eredetije a pannonhalmi főapátság levéltárában. C. 14. I. P. A pannonhalmi Szent Benedek-Rend története. VIII. 586—87. l.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

192.

Csepreg, 1543 márczius 26.

Sylvester János Nádasdy Tamásnak megírja hazatérését, betegségét és családi bajait.

Magnifice domine domine et patrone mihi gratiosissime. Servitium et mei ipsius commendationem. Inter alias, quae plurimae erant rationes, haec quoque fuit reditus mei in patriam, ut vestra magnifica dominatione convenirem. Cujus etiam litteras eo ipso, quo Vienna discessi, die accepi, quae pristinum ejusdem in me favorem ac benevolentiam testari videntur. Quod autem ad vestram magnificam dominationem venire non potui, causam praebuit aegritudo ipsa corporis. Subito enim pedum dolore correptus sum, quae etiam res efficit, ne alia quoque negotia mea seria curare possim. Hoc mihi malum ad alia accessit, quae absens passus sum. Nam et filia ipsa mea, cui non secus timebam, quam pupillae oculi, e furno, ubi nocte cubabat, decidens semimortua excepta est. Postquam dies aliquot in aegritudinem ex casu incidens parum admodum abfuit, quin moreretur. Duabus enim hebdomadibus cibum non cepit nec spiritum ducere visa est. Nunc aliquanto rectius valet patre illam curante. Quam, certum est, nulli de cetero curandam simul et nutriendam tradem, verum in omnes mecum casus trahere et una cum illa aut servari aut perire hoc tempore omnium periculosissimo, simul et extremo, quod habitantibus in terra vae vae vae minatur. Inter haec, quae recensui, mala nec illud postremum est, quod omnia fere bona mea coloni de Goganfalva perire passi sunt, equos, vaccas, frumenta, porcos. Quo me fortuna vocet, video, et veniam eo, quo vocat. Multis jam annis luctor cum ipsa fortuna, nec praevalere illi possum, proinde, ut succumbam, necesse est, nisi auxilium aliquod accipiam, quod tamen a Deo optimo maximo expecto primum, de(in) a vestra magnifica dominatione ceterisque vestrae dominationi magnificae similibus. Qui tum demum erunt, quod audiunt, nempe benefici, si beneficia in illos contulerint, qui illis indigni non sunt. Tales autem vel maxime sunt, qui virtuti student litterasque excolunt. Quare, si quid Vestra Magnifica dominatio in me indignum servulum contulerit beneficii, a Deo quidem praemium sempiternum ac immortale, ab hominibus laudem, a me vero animum beneficii memorem referet haud dubie. Quam etiam in Domino bene valere opto una cum domina

gratiosissima, ceterisque omnibus; quos charissimos semper habuit habetque. Ex oppido Chepregh feria secunda post festum Paschae Anno 1543.

Servitor
Joannes Sylvester.

Czím: Magnifico domino Thomae de Nadasd, capitaneo regis ac regni etc. domino ac Maecenati gratiosissimo.

Eredetije félív 2-rét, zárlatán zöldviaszba nyomott pecsét nyomával. Található az Országos Levéltár kincstári osztályában. Közölve: Irodalomtörténeti Közlemények. 1893. 95—96. l.

193.

Pozsony, 1543 márczius 28.

A pozsonyi káptalan Ferdinánd királynak jelenti, hogy a nagyszombati apáczák védelmére Bolerázon megkisérelt határjárás nem sikerült.

Capitulum ecclesiae Posoniensis Ferdinando regi rescribit, se misisse cum homine regio concanonicum suum Thomam de Nagyhatvan ad reambulandam possessionem Boleraz, qui feria quarta inter octavas festi Resurreccionis Domini proxime preteriti comparuerunt in possessione Bolleraz. Ibique dum religiosa domina Sophia de Thirnavia abbatissa cum quibusdam sanctimonialibus et sororibus in ipsa civitate Thirnaviensi degentibus earundemque sanctimonialium officiali videlicet Osvaldo Zombathy necnon nobilis Mattheus Thyborczy castellanus castri magnifici domini Francisci Nyaary de Bedeg, Zomolyan nominati, per eum in eodem castro constitutus ac quidam alii familiares eiusdem domini Francisci Nyaary nomine et in persona eiusdem domini ipsorum de modo reambulandi metas predicti possessionis Bollaraz tractantes concordiam inire haud poterint, partes in curiam regiam evocatae sunt.

Vízfoltos papiron; Országos Levéltár: Tyrnav. Monial. Fasc. 5. nr. 12.

Közli: Iványi Béla.

194.

1543 circiter mense Martio.

Supplicationem XXIV. plebanorum terrae Scepusiensis, ut a Lutheranis defendantur, hoc circiter tempore scriptam vide horum Monumentorum tomo II. pag. 399.

195.

Tata vára, 1543 április 2.

Horvatinovics Bertalan és Bakyth Miklós tatai várkapitányok a tatai apátot Nádasdy Tamáshoz küldik s kérik, hogy Nádasdy annak hitelt adjon.

Bartholomeus Horwathynowyth et Nicolaus Bakhytt prefecti arcis Tatha significant Thome Nádasdy, misisse se presencium exhibitorem videlicet reverendum dominum abbatem Tathaiensem ad v. m. d. in certis negociis nostris referendis, cui in dictis fidem credencie adhibere velit.

Papiron, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *U—V.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

196.

Nürnberg, 1543 április 3.

Ferdinánd Várday Pál esztergomi érseknek több rendű levelére válaszol s kijelenti, hogy Oláh Miklós kir. tanácsosra — kit Várday az egri vagy az erdélyi püspökségre ajánlott — majd tekintettel leend, a nélkül, hogy őt e kettő közül valamelyikkel megajándékozhatná, továbbá más érdekes tudósításokon kívül értésére adja, hogy a szepesi prépostságra jelenleg Izabella királyné nevezend ki.

Ferdinandus — — —

Rme in Xto pater devote fidelis nobis syncere dilecte. Litteras devotionis tuae de VII. et ultima Februarii, nec non de VII, XI, et XIV. Martii iam praeteriti diversis vicibus, utpote unas post alias et primas sane tardius novissimis accepimus, et quoniam praeter ea, quae in nostris ad devotionem tuam et consiliarios nostros communiter iam nunc scriptis respondimus, pauca admodum restare videntur devotioni tuae rescribenda. Ideo non erimus in iis impraesentiarum prolixiores.

Venerabilis Nicolai Olahi, consiliarii nostri, quem nobis devotio tua tanto studio commendandum duxit, rationem utique perclementem habebimus, cum sese occasio aliqua commodior obtulerit, sed, quominus illi episcopatum vel Agriensem vel Transsilvaniensem hoc tempore conferre possimus, plures sunt causae et rationes, quas devotio tua per se facile consyderare potest.

Caeterum consilii devotionis tuae de egregio Paulo Bornemissa in administratorem episcopatus Transsilvaniensis constituendo memores erimus, sicuti temporis conditio feret. Licet ista omnia negotia in aliud tempus oportunius pronunc distulerimus.

De negotio devotionis tuae apud Sanctissimum D. N. solicitando, de quo nos secretarius noster Adamus Carolus admonuit, hortatu quidem tuo dabimus literas ad internuntium nostrum in Urbe, ut denuo pertentet animum Pontificis, si quid sperandum sit, statim rescribat nobis.

Intelleximus etiam, quae nobis devotio tua per dictum Paulum Bornemyssa de bombardis in tecto arcis Strigoniensis locatis significanda duxit, quare scripsimus capitaneo nostro in dicta arce, ut si talis ruina timenda esset, alio loco eiusmodi bombardas poni faciat.

Quod devotio tua adversus Petrum Erdewdy sententiam capitalem latam esse scribit, non satis intelligimus; ad cuius instantiam et quam ob causam ipse condemnatus fuerit.

Proinde devotio tua nobis dilucidius declaret, volumus, quomodo sese haec res habeat.

De praepositura Scepusiensi, qua ipsum praepositum per capitalem sententiam contra eum in iudiciis istis latam privatum esse devotio tua ostendit, et ob id a nobis petit facultatem sibi concedi beneficium illud pro hac vice tantum alicui personae dignae et benemeritae conferendi, devotionem tuam latere nolumus, nos ante sermae reginae Isabellae, cum pro ea praepositura apud nos instaret, clementer promisisse et annuisse, ut si dictam praeposituram quoquomodo vacare contingeret, liberam conferendi illius cuipiam personae sibi gratae et acceptae haberet potestatem; quod cum ita sit, non possumus devotionis tuae desiderio in hac re satisfacere. His autem non succincte minus, quam gratiose ad devotionis tuae litteras respondere voluimus. Datum in nostra et imperiali civitate Nüremberga die III. mensis Aprilis anno Domini M.D.XLIII. regnorum nostrorum Romani decimo tercio, aliorum vero decimo septimo.

Ferdinandus m. p.

Bizinger O. m. p. Vice-Canc.

Ad mandatum sacrae regiae Maiestatis proprium
Adamus Carolus m. p.

Kívülről: Rmo in Xto patri Paulo de Wárda archi-eppo. Strigoniensi, primati regni Hungarie legato nato, summo cancellario et locumtenenti nostro fideli nobis syncere dilecto — — —

Eredetije a primási világi levéltárban. Közölve: Magyar Sion. IV. (1866.) 285—287. l.

197.

Pozsony, 1543 április 4.

Zalay János pozsonyi főispán írja Nádasdy Tamásnak, hogy a küldött szakácsot nem fogadhatja el. A gyónásról magyar közmondást idéz.

Spectabilis et magnifice domine fraterque observandissime, salutem serviciorumque meorum commendationem. Magistro Francisco nullam pecuniam voluimus dare, qui nobis hodie leporem elixans, unum parvum pullum elixare recusavit. Nam ipse optaret, ut omnia fercula per alios elixarentur et saltem ad gustandum et piperizandum vocaretur ad coquinam. Nem ennekem walo ez, merth hog nem mynth morgo paphoz gyonnam, ynkab akarok gyonathlan meghalnom. Ex quo autem d. vestram s. et m. Italicam linguam novit, nos nescimus cum eo loqui, remisimus eidem, sed, hoc scito, audacter magistrum Georgium misisset eadem ad nos, nam is non ferculum, sed venenum daret nobis ad manducandum. Do. vestram s. et m. felicissime valere optamus, Posonii 4 aprilis 1543.

Joannes Zalay,
comes Posoniensis etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome de Nadasd comiti Castriferrei ac generali capitaneo regie Maiestatis etc. domino et fratri observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett; az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *55.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

198.

Nürnberg, 1543 április 4.

Ferdinánd király megparancsolja Bornemissza Pálnak, hogy a leleszi préposttól tavaly kölcsönvett 100 forintot a harminczad-jövedelemből fizesse ki a hitelezőnek, mert a 100 forintot a leleszi prépost, mint alkanczellár, a király szolgálatára költötte el.

Paulo Bornemyssa. Ferdinandus... Egregie fidelis nobis dilecte. Committimus tibi per presentes, ut illos centum florenos Hungaricales, quos pro devota fideli nobis dilecto Joanne preposito Lelesiensi, alias secretario et vicecancellario nostro, superiori estate ad petitionem eiusdem a creditore levaveras, eique mutuo

dederas, ex proventibus nostrarum tricesimarum creditori persolvere, ipsumque Joannem prepositum a sua obligatione omni modo liberare debeas, ex quo ille dictos centum florenos in nostris servitiis sese insumpsisse asserit. Secus nequaquam facturus. Presentes vero pro tua expeditione reserves. Datum Noremberge 4-ta Aprilis 1543.

Ex[pedite].

Egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. April. 31.* Közli: Bunyitay Vincze.

199.

Nürnberg, 1543 április 4.

Ferdinánd király meghagyja a dési sótisztségnek, hogy a leleszi monostornak még Zsigmond királytól adományozott évi sómennyiséget szolgáltassa ki.

Ferdinandus etc. Universis et singulis... thesaurario ac praefecto, consiliariisque camere nostre, necnon officialibus et camerariis camere salium nostrorum in Dees, fidelibus... Notum esse vobis volumus, quod debentur ex camera nostra Dees quotannis ad ecclesiam Sancte Crucis de Lelez iuxta vetus privilegium et concessionem quondam Sigismundi Regis, quod postmodum successorum regum, postremo vero nostro etiam solenni privilegio aprobatum roboratumque est, duo tumeni salium; quapropter committimus et mandamus vobis firmissime, aut cui interest vestrum, ut visis presentibus, sine aliqua iniecta excusatione aut tergiversatione, istos duos tumenos salium in camera nostra Desiensi integre et pleno numero reddere et reddifacere ipsi ecclesie vel preposito aut homini eiusdem numeratos debeatis effective et in tempore... Datum Nuremberge 4-a Aprilis 1543.

Egy félív papir első oldalán keresztbe írva, a lapszélen: Non expedite és ez alatt: petenda ínformatio de tumenis salium. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. April. 33.* Közli: Bunyitay Vincze.

200.

Regécz, 1543 április 5.

Serédy Gáspár kéri Ferdinánd királyt, hogy a leleszi prépostot a leleszi egyház és monostor czélba vett erősítésétől tiltsa el.

Sacratissime rex... Postremo Maiestati v. et hoc significare possem, quod r. dominus prepositus ecclesie de Lelez ecclesiam

suam et claustrum in eadem Lelez, non procul a domo et arce mea Kevesd distantem, ex permissione dominorum, ut fertur, consiliariorum fortificare et castellum inde edificare et extruere nitatur. Ex quo autem prioribus ante disturbiorum etiam temporibus ex eo claustro, cum adhuc non erat adeo munitum, per adversarios Maiestatis v. non mediocria contigerunt nocumenta; quodque nunc etiam idem dominus prepositus partes domini Petri Pereny foveat: dignetur Maiestas v. illi mandare, ut a munitione huiusmodi claustri cessare debeat, sitque iisdem habitaculis, ut sui predecessores, contentus. Qui si hoc facere recusaret, data primum superinde per Maiestatem v. ad me congrua informatione, curem illud divino cultui dicatum priori in statu reliqui, ipsumque dominum prepositum a munitione illius prohibere... Ex arce Regecz quinta die Aprilis anno Domini 1543.

Servitorum minimus
Gasparus Seredj.

Kívül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regie Maiestati...

Egy félív papir egyik oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. April. 37.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

201.

Esztergom, 1543 április 6.

Várdai Pál esztergomi érsek, nem gyülvén be annyi pénz, a mennyi a zsinatra küldött két püspök költségeinek fedezésére elegendő, azt javasolja, hogy elmenetelük vagy halasztassék el, vagy egészen abbahagyassék; ha szükségesnek látandja, magánembert fog maga helyett küldeni.

Sacratissime rex... Ad concilium, ut Maiestas v. novit, delecti erant ex hoc regno r. domini episcopi Wesprimiensis et Segniensis, qui ceterorum regni prelatorum referrent personas. Eis sperabam viaticos sumptus magna ex parte conflari ex Transilvaniensi, Waradiensi et illis aliis spiritualibus diocesibus, sed misso nuncio ad eas partes, frusratus sum penitus opinione mea; hinc vero quo pacto tantum pecunie corradatur, contribuentibus omnibus et ecclesiasticis et secularibus personis nunc in subsidium defensionis regni, non video. Quare necesse erit horum profectionem aut differi in aliud tempus aut prorsus omitti; fortassis ego,

si opus fore cognovero, hominem dimittam privatum, qui haud magnis sumptibus interesse loco mei poterit... Strigonii die 6. Aprilis 1543.

Sacratissime Maiestatis v.

fidelis servitor et devotus capellanus
Paulus,
archiepiscopus Strigoniensis, manu propria.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati, domino meo clementissimo.

Két ív papir hat oldalán, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. April. 53.*

Közli: Bunyitay Vincze.

202.

Molins del Rey, 1543 április 7.

Adurno Jeromos egri prépost értesíti Ferdinánd királyt, hogy a császártól Magyarországnak segítségére nézve kedvező választ nyert; de azon czikkelyekre, melyeket a császárnak beterjesztett, a császár még nem határozott.

Serenissime rex et domine, domine semper clementissime. Ego usus fui omni studio et diligentia apud sacram cesaream Maiestatem nomine regni Ungarie, ut sua cesarea Maiestas dignetur pro clementia sua favere rebus Ungaricis et illis auxilio esse in hoc extremo periculo. Sua ces. Maiestas clementer respondit: se hactenus nihil postposuisse, quod ad commodum illius regni spectaret et quod deinceps nihil postponet. Et licet sciam, quod ser. Maiestas v. a dominis Ungaris intelliget distincte omnia, quae hic egerim, nam et ad illos habunde scripsi; ut tamen eadem hec citius intelligat et ego officio meo satisfaciam: volui has meas ad ser. Maiestatem v. scribere, quibus videbit articulos, quos sue ces. Maiestati pro subsidio Ungarico proposuerim; quibus articulis adhuc nullam relationem fecit. Dabo ego operam pro viribus meis exiguis, ut sua ces. Maiestas dignetur me cito et cum bona relatione expedire; scio nam, quantum periculi sit in quavis parva dilatione. Et me gratie ser. Maiestatis v. humillime offero et commendo, quam Deus pro sua misericordia dignetur dirigere et diu felicissime conservare. Datis in Molim del rey die 7. Aprilis 1543.

Serenissime Maiestatis

humillimus servus
Hyeronimus Adurnus,
praepositus Agriensis, m. p.

Kívül: Sacratissime Romanorum, Ungarie etc. regie Maiestati, domino meo semper clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, elmosódott piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. April. 57.*

Közli: Bunyitay Vincze.

203.

Pécs vára, 1543 április 10.

Szaniszló pécsi püspök Nádasdy Tamást kéri, hogy a külföldi segítség ügyéről tudósítsa.

De futura expedicione, si magnifica do. vestra aliquid certi intelligit et si christianissimus imperator cum Gallo concordavit, rogo eandem summopere, ut michi perscribere ne gravetur etc.

Magnifice dominacionis vestre deditissimus frater et servitor idem Quinque-Ecclesiensis propria.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek, *U—V.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

204.

Cser (Győr ?), 1543 április 13.

Frater Imre, a pálosok generálisa és definitor társai Bydi Mihályt Ferdinánd királyhoz fölterjesztett iratukban azon vád ellen, hogy egyik kolostorukat elpusztította, védendők, felszámlálják mindazon tetteit, melyekkel keresztényi buzgalmát szerzetük iránti kiváló jó hajlamát tanusította.

Serenissime princeps . . . Sepissime benemerita, ipsamque in nos sacre Maiestatis v. benivolentiam recolentes, ad agendas optimi principis gratias excitamur. Ceterum contigit intellexisse, egregium dominum Michaelem Bydi, arcis sacre Maiestatis v. Mwkacz prefectum, adeoque imprimis hominem christianissimum, vestreque sacre Maiestatis fidelissimum famulum, indignationem vestram regiam incurrisse, sic enim coram sua Maiestate delatus est, quasi impietate gaudens, e monasteriis nostris unum cum omni divino cultu e medio tulisset. Sacra v. Maiestas, si verbis nostris fidem prestiterit insontemque sermonibus tueri concesserit, sic rem esse verissime comperiet: nempe, cui succensere cepit v. Maiestas, is est, qui ex innata quadam pietate omnes christicolas et vitam religiosam profitentes primum eque amat, veneraturque; presertim tamen ad nos, nostrumque ordinem nullo non tempore

precipuum ac specialem habuisse zelum experti sumus; is est denique, qui in angustiis plurimis nobis auxilio fuit, defensione fuit, inedia quoties laborasse contigit, ope fuit; et ante aliquot dies, quo verum sese exhiberet patronum divinique cultus amatorem ostenderet: monasterium illud nostrum iam solo adequatum, protectionis gratia libere assumpserat et nisi violenta potestas de manibus suis preripuisset, propriis sumptibus restauratum haud dubie ad voluntatem nobis restituisset. Adeo enim divinum cultum amplectitur, ut pro illo stabiliendo libens summarum rerum iacturam patiatur. Quis tamen desolationis loci sacri in causa sit, forte ex aliorum relatibus iam s. vestra Maiestas certissime intellexit vel post intelliget. Hoc tantumdem supplicando postulamus primum, ut dominus patronus noster pro indignatione sua regia eiusdem s. Maiestatis gratiam experiatur; tandem et nos ipsos, ut humiles capellanos sua Maiestas solita clementia tueatur, quem Dominus Jesus ad profectum fidei christiane, oppressorumque defensionem in sua gratia conservet. Datum in monasterio nostro capitulari Czeriensi ferit sexta ante dominicam Jubilate anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio.

Eiusdem v. s. r. Maiestatis

Frater Emericus,
ordinis fratrum Eremitarum Sancti Pauli
primi eremite prior generalis, ceterique
patres diffinitores, capellani humillimi.

Kívül: Serenissimo principi et domino domino Ferdinando... Romanorum, Hungaria, Bohemieque etc regi...

Egy ív papir ellő oldalán, kerek pecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. April. 77.*

Közli: Bunyitay Vincze.

205.

Veszprém, 1543 április 16.

A veszprémi káptalan kéri Nádasdy Tamást, hogy követüknek, Rezy Gál kanonoktársuknak hitelt adjon.

Spectabilis et magnifice domine et patrone nobis observandissime. Servitiorum nostrorum et oracionum in Domino devotissimarum perpetuam et humillimam commendationem. Misimus ad spectabilem et magnificam d. v. hunc magistrum Gallum de Rezy, socium et concanonicum nostrum in certis negotiis nostris et

ecclesie nostre. Cui supplicamus, ut eum, miserias nostras spect. d. vestrae declarantem benigne audire, dictisque eiusdem credentiae fidem adhibere et tandem cum optata relatione remittere dignetur. Cuius gratiae nos et hanc ecclesiam nostram unice commendamus, quam Deus optimus maximus conservet felicissimam, optamus. Ex loco nostro capitulari feria secunda proxima post dominicam Jubilate, anno Domini M. D. XLIII.

E. sp. et mag. d. v.

humillimi capellani

capitulum ecclesiae Vesprimiensis.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thomae de Nadasd, thavernicorum regalium magistro ac libero domino terrae Fogaras et comiti comitatus Castriferrei ac capitaneo regni Hungariae generali, domino et patrono nobis observandissimo.

Papiron, zárópecsétje elveszett; az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *U—V.* csomójában.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

206.

Pozsony, 1543 április 19.

A győri püspök levele Nádasdy Tamáshoz, melynek utóiratában ezt olvassuk: «Iam tandem d. Sarkan obtinuit prepposituram Papocz in iniuriam meam».

Episcopus Jauriensis significat Thomae Nádasdy dominum Sárkány in iniuriam suam obtinuisse praepos ituram Papocz.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek, *U—V.* csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

207.

1543.

Egyházi birtokok adózása Tornamegyében.

Registrum super connumeracionem et exactionem unius floreni de bonis magnifici domini Francisci Bebek in comitatu Tornensi, iuxta constitucionem Posoniensem regie Maiestatis datarum (!) Anno 1543.

Kowachy.

Ibidem plebanus conscienciose fassus, bona non habere preter quatuor fl., relaxavi ipsum ad d. XXV.

Hydwegh Ardo.

Plebanus conscienciosse iuravit *se nil plus habere preter vestem quottidianam* et omnes villici affirmaverunt.

Zylas.

Plebanus ibidem conscienciosse fassus est, res non habere plus, quam valorem trium florenorum, tenetur den. XXX.

Zeghligeth.

Plebanus ibidem conscienciosse fassus est, res non habere plus, quam decem florenos. Solvit fl. I.

Zelws Ardo.

Ibidem plebanus conscienciose fassus est, res non habere plus, quam valorem fl. III 1/2, tenetur den. XXXV.

Ibidem altarista unus nichil voluit solvere.

Jabloncha.

Ibidem plebanus tenetur fl. I.

Kewrwelyes. (!)

Plebanus ibidem fassus est, res se non habere plus, quam valorem flor. X, tenetur fl. I.

Almas.

Plebanus ibidem tenetur fl. 3.

Haskwth.

Plebanus tenetur fl. I.

Dernew.

Plebanus non inventus domi, tenetur den. XXV. Dixerunt ipsum esse pauperem.

Gergw.

Plebanus tenetur fl. III.

Registrum super eandem dicam de eodem comittatu (!) ex bonis magnifici domini Casparis Horwath provenientem.

Wyffalw.

Plebanus solvit den. L.

Lwchka.

Plebanus solvit den. L.

Baarka.

Plebanus pauperrimus nichil dedit.

Thorna.

Altariste duo solverunt fl. II.

Plebanus mecum in connumeracione[1] fuit, qui ceteris plebanis fidem accepit ubique, secundum ordinacionem articulorum.

Registrum super eandem dicam de eodem committatu (!) ex bonis nobilium provenientem.

Raako.

Heremitarum, porta I.

Zeen.

Plebanus tenetur den. XXV, pauperius est.

Precopa.

Plebanus tenetur fl. I.

Capolna.

Heremitarum Gombazeg porte IIII. Inquilini res trium fl. habentes IIII.

Borzwa.

Heremitarum Gombazeg, porte XIII. Mercenarii duo in serie pagi, inquilini res trium fl. habentes II.
Plebanus dedit den. LX.

Syliche.

Plebanus tenetur den. XXV.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item plebani et molendinatores faciunt fl. XX.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XLVI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

208.

1543.

Egyházi birtokok adózása Közép-Szolnokmegyében.

Comitatus Zolnok *mediocris.*
Processus Jacobi Nagh:

Czykefalwa.

Plebani de Erdewd, p. V.

[3] Erronee: commemoratione.

Processus Laurencii Chyzer:

Czygan.

Episcopi Transsilvaniensis, p. X.

Magyaregrespathak.

Domini Transsilvaniensis, p. XII.

Olahegrespatak.

Domini Transsilvaniensis, p. II.

Zylah.

Domini Transsilvaniensis, p. LXXXX.

Gorozlo falwa.

Domini Transsilvaniensis, p. III.

Mochola.

Plebani de Kwssal, p. II.

Processus Ladislai Mezewgiani:

Czeghen.

Episcopi Transsilvaniensis, p. VIIII.

Kysfalw.

Episcopi Transsilvaniensis, p. VIIII.

Kawas.

Plebani de Erdewd, p. III.

Thasnad.

Episcopi Transsilvaniensis, p. LV1/2.

Cheeg.

Episcopi Transsilvaniensis, p. XII.

Zakach.

Plebani de Erdewd, p. I.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. LX. kötet.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

209.

1543.

Közép-Szolnokmegye egyházi férfiainak adózása a török háborúra.

Super taxa presbiterorum comitatus Zolnok mediocris.

Item de rebus et bonis mobilibus condam magistri Mathie de Lossoncz, vicarii Thasnadiensis, per dominum Dragffy post mortem eiusdem ablatis cedunt fl. LXXX.

Magister Joannes, rector altaris Omnium Sanctorum de Thasnad fl. V, solvit.

Benedictus, Assumpcionis Marie de eadem fl. V.

Magister Urbanus, Sancti Nicolai fl. II.

Magister Mathias, Sancte Trinitatis fl. IIII.

Magister Stephanus, Sancte Catherine fl. II.

Laurencius, defunctorum fl. V.

Blasius, Sancti regis Stephani fl. II.

Stephanus, Apparicionis S. Michaelis fl. V.

Demetrius, Sancte Crucis fl. II.
Martius, Transfiguracionis fl. I.
Benedictus, Sancti Joannis Baptiste fl. VI.
Gabriel, Corporis Christi de Zantho fl. I.
Magister Sebastianus, vicarius Thasnadiensis racione plebanatus de eadem fl. V.
Briccius, Anne matris fl. 1 1/2, solvit.
Fabianus, plebanus de Zantho fl. I.
Mattheus, rector altaris Sancte Anne de eadem fl. IIII.
Thomas, plebanus de Kysfalwd, den. L, solvit.
Georgius, plebanus de Zenthkyral den. L.
Plebanus de Margytha fl. VII, solvit fl. VI 1/2.
Plebanus de Paczal fl. II den. 26, solvit fl. II.
Plebanus de Myndzenth fl. III.
Plebanus de Zakach fl. IIII 1/2.
Plebanus de Zewdemeter fl. II, solvit fl. 1 1/2.
Plebanus de Pele fl. I.
Plebanus de Ethel fl. I.
Plebanus de Darocz fl. II.
Plebanus de Cheh fl. II.
Plebanus de Benye den. L.
Plebanus de Naghmon fl. 1 1/2.
Plebanus de Doba fl. IIII.
Plebanus de Kerezthwr fl. 1 1/2.
Plebanus de Adh fl. 1 1/2.
Plebanus de Gorozlo fl. II.
Plebanus de Bewshaza fl. 1 1/2.
Plebanus de Vichcha fl. II.
Plebanus de Ardo fl. II.
Plebanus de Wdwarhel fl. II, den. 25.
Plebanus de Sybo fl. III.
Plebanus de Samson fl. II, solvit.
Plebanus et vicearchidiaconus de Hadad fl. V.
Magister Valentinus, plebanus de Zylah cum rectore altaris de eadem fl. X.
Plebani quatuor possessionum Kercz(!), Zalach, Peer et Molnospettry a convocacione sese absentarunt fl. IIII.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. LX. kötet.

Közli: Iványi Béla.

210.

Pécs, 1543 április 24.

Szaniszló pécsi püspök köszöni Nádasdy Tamás tudósítását a külföldi ügyekről. Reméli, hogy megvédik Pécset.

Magnifice domine et frater nobis observandissime, premissa salute et officii nostri deditissima commendacione. Reddite sunt nobis litere magnifice dominacionis vestre, et nova pariter de cesarea Maiestate eiusque felici victoria accepimus et intelleximus. Quod do. vestra magnifica nova mecum communicare voluit, eidem immensas et maiores, quas possumus, agimus gracias. Cura-

turi, id apud eandem pari officio promereri. Nos tamen, ut divulgabatur, sperabamus dudum concordiam inter ipsos principes firmatum esse, sed cum in ambiguo eciam modo res geratur, omnibus nobis dolendum est, ex tali enim principum discordia nunquam augebitur respublica christiana. Faxit tamen Deus, ut aliquando finis huic tragedie imponatur. Quantum ad commendacionem familiaris do. vestre magnifice hic Quinque Ecclesiis existentis attinet, qui si dictis et consilio nostro, ita ut est illis per do. vestram magnificam commissum, paruerint, omnibus negociis et conservacioni defensionique huius urbis et tocius tractus unacum ipsis commodius consulere poterimus. Nova parcium illarum sunt fere nulla, que scriptu digna essent, reliqua per hunc nobilem Stephanum Becze familiarem do. vestre magnifice eidem nunciavimus. Quam felicissime valere optamus. Ex arce nostra Quinqueecclesiensi 24 aprilis 1543.

Stanislaus,
electus Quinque Ecclesiensis ac comes
perpetuus comitatus de Baranya etc.
deditissimus frater et servitor
idem Quinque Ecclesiensis propria.

Kívül: Magnifíco domino Thome de Nadasd, thavernicorum regalium magistro, ac citra Danubium supremo capitaneo etc. domino et fratri nobis observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett; az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *U—V.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

211.

Győr, 1543 május 1.

A győri káptalan a néhai Csupor Demeter győri püspöktől alapított Szent-Demeter-oltár javadalmát kegyuri jogánál fogva Velikey Márk győri kanonoknak és a győri Szent-Adalbert-egyház prépostjának adományozza.

Capitulum ecclesiae Jauriensis rectoratum altaris s. Demetrii, a Demetrio Csupor episcopo olim jauriensi fundati, vigore iuris-patronatus sui Marco Velikey canonico Jauriensi et praeposito ecclesiae s. Adalberti Jauriensis confert.

Eredetije a győri káptalan magánlevéltárában. Cim. theca. VIII. 541.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

212.

1543 május 2.

Gróf Erdődy Simon zágrábi püspök végrendelete.

In nomine Domini Amen. Anno Eiusdem 1543. in profesto Ascensionis Domini ego Simon episcopus ecclesiae Zagrabiensis etc., corpusculo quidem aegro, mente tamen vivida, non ignorans diem illum fatalem omnes homines absque delectu manere, de condendo testamento crebro sollicitatus, fidem facio, nihil superesse, de quo magnificum testamentum deberet condi. Nam quicquid erat redituum seu proventuum episcopatus, insumtum est in usus necessarios. Ceterum id, quod pro una (!) tenuitate erat, ex negotiationum videlicet — et agricolatione congestum, dudum miseram ad Chyabrag, ut eo Petrus Pálfi, nepos meus, aliquam portionem illius castri, si regia Maiestas pro sua clementia liberum facere potest, dissolveret. Hic vero, quicquid supellectilium est, id totum committo fidei domini Francisci Batthyáni et Petri Pálfi dispensandum et in usus pios erogandum. Regiae Maiestati vero, domino et principi clementissimo, universos orphanos meos et ipsum episcopatum commendo, precorque suam Maiestatem, ut pro sua clementia castrum Chyabrag ab impositione litis adversariorum liberet. Petrum Pálfi ceterosque orphanos meos moneo et obtestor, ne a fidelitate regiae Maiestatis quoquo modo desciscant, sed perpetuam fidelitatem retineant. Dominum etiam Franciscum Batthyáni precor maiorem in modum, partes meas meorumque orphanorum omnium, prout suam magnificam dominationem per Stephanum Praschoczy non ita nuper precatus sum, foveat amplectaturque ex animo, habiturus mercedem a summo Deo. Ornamenta omnia episcopalia, pontificalia et vasa argentea, et quae fuerant ecclesiae meae Zagrabiensis, et quae ipse de meo addidi, reposita in sacrario Zagrabiensi, lego reddi ecclesiae eidem. Res argenteas omnes et ornamenta sacerdotalia diversarum ecclesiarum, quae metu Turcico propter dispersionem populi collegeram, iuxta eorum inscriptionem committo reddi suis ecclesiis. Quibus autem debeo, sive famulis meis, sive aliis quibusvis, aut quos offendi, praefati domini Batthyáni et Petrus Pálfi de his, quae hic habeo, quantum cuique dividere poterunt, satisfaciant, ne clamor me decedente oboriatur, qui aures divinas offendat.

Farlati: Illyricum sacrum. Tomus V. p. 531. — *Katona,* XXI. 276.

213.

Pozsony, 1543 május 3.

Nádasdy Tamás az újudvari tizedet Pápóczy Imre veszprémi nagyprépostól haszonbérbe veszi.

Nos Thomas de Naadasd liber dominus, ac perpetuus comes terrae Fogaras, nec non thavernicorum regalium magister, comes comitatus Castriferrei et generalis capitaneus regiae Maiestatis, damus pro memoria, et omnibus praesentes visuris facimus notum: quod venerabilis dnus Emericus de Papoch praepositus maior Wesprimiensis canonicus et vicarius in spiritualibus Posoniensis eclesiarum ex rationibus et respectibus in suis locis nobis per ipsum datis et pensatis eum inducentibus, ordinationibus reverendissimi domini Francisci de Wylak, episcopi ecclesiae Jauriensis et praepositi Posoniensis, atque magistri dni Johannis Zalay de Kerechen similiter liberi domini et comitis perpetui praedictae terrae Fogaras, et comitis Posoniensis intervenientibus universas decimas tam vinorum, quam frugum et quorumcunque... aliarumque rerum decimari solitarum ex promontoriis et territoriis oppidi nostri Nova Curia alias Wjwdwar nominati et pertinentiarum suarum in comitatu Zaladiensi adiacentium, mensae praepositurae suae Wesprimiensis quottannis provenire debentium, conditionibus cum infrascriptis usque ad vitam Emerici praepositi dumtaxat in arendam nobis locavit. Et nos conduximus..... quod nos unus singulis per omnia tempora vitae ipsius domini praepositi praetextu huiusmodi decimarum duodecim florenos Hungar. in auro puro et legali pondere aut in monetis pro tempore currentibus, summam et valorem huiusmodi duodecim florenor. aureorum facientibus, nomine pensionis et annui census in festo sancti Stephani regis, et confessoris semper ante occasum solis, interea tempus quo ipse dnus Emericus praepositus hic Posonii residebit in hoc Posonio, dum vero tempora impraesentiarum turbulenta erunt pacatiora, sese ad praeposituram suam praefatam Wesprimiensem moraturus contulerit, ibi Wesprimii in promptu dare et persolvere sub poena dupli, si neglectum fuerit sibi persolvendi teneamur et astricti habeamur. Ubi vero solutionis hüiusmodi duodecim florenorum aureorum, aut monetarum pro tempore currentium et equivalentium in aliquo terminorum praedicti festi scti. Stephani regis secunda vice quoque negligamus, extunc ab effectu huiusmodi arendae ac locationis et conductionis omnino caderemus ipso facto

et resoluto huiusmodi contractu idem dnus praepositus habeat liberum arbitrium atque potestatem plenariam eas universas decimas supradictas ad dictam mensam suae praepositurae consequenter usum suum colligere integre, iure sibi incumbente, contradictione aliqua non obstante. Ad quae praemissa omnia observanda nos ipsos obstringimus et obligamus. In quorum praemissorum fidem et testimonium praesentes litteras nostras sigilli nostri impressione et manus nostrae propriae subscriptione consignatas memorato dno Emerico de Papoch praeposito Wesprimiensi superinde duximus concedendum. Datum in arce praedicta Posoniensi, in festo Ascensionis Dni anno eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo tertio.

Közölve: Magyar Sion. IV. 775—76. l.

214.

Tata, 1543 május 10.

Horwathynomyth Bertalan és társa, Tata vára praefectusai Nádasdy Tamástól segítséget kérnek a török ellen és éltük fentartására.

Magnifice domine domine nobis graciosissime, perpetua servicia cum fidelitate. In auditum nostri devenit, quod magnificus dominus Wgnoth omnia finitima perlustrasset et bono serie reliquisset, quare suplicamus v. m. d. tanquam domino nostro graciosissimo, velit eciam ex parte nostri operam dare, ne propter inopiam castri quidpiam honori et saluti deroget ac contingat. Novit Deus, eciam nos fore veros Cristianos et parati essemus corpus et anima (!) nostra iuxta Cristianos in mortem expendere, laborare non recusaremus usque ad amissionem vite temporalis, saltem quod ad sustentacionem nostri haberemus. Ut audivimus cesar Turcorum properat ad regnum istud, et nos sumus nimis imparati. Ex castro Tatha feria quinta inter octavas Ascensionis Domini 1543.

Eredetije papiron, kívül félig letört, viaszba nyomott gyűrűs zárópecséttel, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *H. 2.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

215.

Németújvár, 1543 május 10.

Batthyáuyi Ferencz megirja a soproni tanácsnak, miért bocsátotta el Rothfuchs Péter plébánost.

Nobiles domini, amici honorandi salutem! Litteras vestras ad calcem intelleximus scriptas pro parte Petri presbiteri, condam plebani mei. Sed fortassis negotium illius aliter intellexistis, quia nos maiora gratia vestri faceremus. Ille presbiter habet unam meretricem publicam, cum qua sibi in bonis meis ita, ut ipse voluisset, vivere non permisimus. Hec est prima causa et sic post modum venerat erga nos postulando a nobis, ut illum abire permitteremus. Quem nos benivolo animo dimiseramus propter illam meretricem, quam habet, ne in bonis nostris commisceatur cum illa. Alia causa est: voluit unam ancillam potentialiter de bonis nostris abducere, quam non permiserunt cum illo ire fratres illius ancille. Nam si illam abire permisissent, ordinasset ex illa meretricem unam similem illi, quam nunc habet. Et quia fratres dicte ancille non permiserunt illam secum ire, maximis vituperiis fratres iamfate puelle affecit. Tertia causa est: tres colonos nostros antiquos de bonis nostris seduxit vel quo fecit illos. Vnus illorum venerat ad nos, qui plurimum condoletur de seductione illius; alter vero est frater illius meretricis, quam servat. Nos nullas res neque pecuniam illius optamus preter illos tres colonos, quos seduxit, ut reducat illos. Ipsum paciffice ire permittemus. Valete felicissime. Ex arce nostra Wywar 10 die Maij anno Domini 1543.

Franciscus de Batthyan.

Kívül: Nobilibus ac prudentibus et circumspectis dominis magistro civium, iudici iuratisque civibus civitatis Sopronіensis.

Más, egykorú kéztől: Francisci de Bathyan littere ex parte Petri Rottfuchs plebani in hospitali.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. XXV. et Z. Fasc. 1. nr. 12.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

216.

Pozsony, 1543 május 12.

Thurzó Ferencz kéri Ferdinánd királyt, hogy a nagybátyja, Thurzó Elek közbenjárására neki adományozott nyitrai püspökségben és a többi javakban, elhalt nagybátyja özvegyével szemben megtartani kegyeskedjék.

Sacratissime rex... sacratissimam Maiestatem v. in memoria habere puta, spectabilem olim dominum comitem Alexium Turzo, optimum, piissimumque patruum meum episcopatum Nitriensem ante annos aliquos a s. Maiestate v. mihi impetrasse, quo ut dignus essem, cum multos annos literis, bonisque moribus, patrui iussu, in Italia operam dederim, eo iniquissimis fatis, alienissimo hoc tempore mihi erepto, debitos labores, studia, officia s. Maiestatis v. patrieque prestare cupiens ex Italia nuper adveni. Sed cum longius s. Maiestatem v. in gravissimis reipublice negotiis abesse intelligerem, in Hungariam (quod ratio, pietasque me coegit) ad visendam patriam, beneficiaque s. Maiestatis v. accipienda profectus sum. Que cum monstruoso exemplo a relicta spectabilis olim patrui vidua prerepta mihi cognovissem, nusquam satis potens remedium adversus illam iniuriam inveniens: ad s. Maiestatem v. confugio, orans et obtestans, ut concessa mihi per s. Maiestatem v. beneficia, pro quibus gratus, quibusque dignus semper esse studui, pessimo exemplo, nec minus fortassis periculoso (si longius grassetur cupiditas) eripi non patiatur. Quin pro firmissima iudicii sui stabilitate id, quod semel s. Maiestas v. concessit, voluntate sua firmare, gravissimaque sua authoritate defendere (queso) non dedignetur, ut recepto, traditoque mihi, quem parum honeste mulier occupat, episcopatu, s. Maiestate v. dignus et reipublice non inutilis efficiar. Ad quod, cum non parum momenti mihi afferre possit, si cum in Italiam proficiscens mea omnia in manu patrui reliquerim, testamenti productione (ut equitas, ratioque postulat) de omnibus, que ad me pertinent, certior fiam; difficilem hac in re se prebente domina vidua: supplex auxilium ad pedes s. Maiestatis v. libenter implorarem, sed cum ob turbatum hic statum meum id mihi non liceat, domino Bernardo Turzo cognato meo universam causam s. Maiestati v. declarandam et commendandam tradidi, que ut pro solita, sperataque mihi sua clementia gratiose respondere dignetur, humillime s. Maiestatem v. oro, obtestorque, quam diu, feliciterque regnare cupio. Posonii duodecima Maii 1543.

Sacratissime Maiestatis v. humillimus servus

Franciscus Turzo, m. p.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati, domino domino clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, zárlatán piros gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Mai. 28. és 31.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

217.

Bécs, 1543 máius 12.

Ládonyi Demeter bécsi tanulónak levele anyjához, melyben arról panaszkodik, hogy György testvére őt mind a tanulásban, mind pedig a régi vallásgyakorlatban akadályozza.

Ez level adassek az en zerelmes aniamnak, teresdi potichanak, nekem edes aniamnak.

Zolgalatomnak es magam aianlasanak vtanna, hala az vristennek mi mind keten egessegbe vagiunk: de mi chodalkozunk raita, hog mi nekünk semit nem ir: ke: az kigelmetek egessege felol, mint vagion kigielmetek, mi kegig nem tudiuk mire velnÿ: de mind az altal keriwk ke: hog irion kegielmed minekink az kigielmetek egessege felel, mint vagion kegielmetek, mert bizoni nem irunk miis kigielmednek: touoba (ki)rem kigielmedet, hog ha valami hirt hal ke: tehat iria meg ke: en edes aniam: oztan az en it letelemet meg lassa ke: mert bizonÿ nem tanulhatok, kit az elo Isten iol tud, en ennel nagiubra nem mondom, iol lehet, hog erre sem kellene mondanom, de ke: nem hizi; touaba meg higge k: hog gerg vram immaran tizta luter, annira tanult olli bele: immar azt mongia, hog bizonÿ mind luter kenuet vezen, mert az az zent iras: az regi bibliat, azt mongiak marton deakal, hogh egÿ sinth igaz benne, hanem chak nihol-nihol, oztan azt mongiak, hog nem hatta isten a beitet, sokat mondnak effelet, hog chak nem halok mergembe meg, ha kegig mondom, hog ne had el az regi hitet, azonnal azt mongia, hog arcul cap: touaba kerem ke: hog vitessen haza ke: mert bizonÿ mind ebedet, vaciorat en velem ezi meg az az hog chak pirongatnak, hog nem tanulhatok: ha tanu(lhatnek), bizonÿ eremest tanulnék, de kit megirtam a masik leuelembe, hog nem giermeknek valo az bechi tanulas, bar meghigie touaba kerem ke: hogy ha haza nem viteth, tehat iria ke: nekik, hog beket haggianak: oztan penztis kilgen ke: mert immar elfogiot, a kit ke: adot valt, egessege(t) kiuánom kegielmetekre

mind feienkent... Bechbe pinkesd nap elet valo zombaton. Anno (domini) 1543.

Demetrius Ladonyi,
az ke: fia.

Papir, zártalakú levél, az eredeti a Kisfaludy-család levéltárában, R.-Lakon. — Hazai Okmánytár: I. 406. l.

218.

Pozsony, 1543 május 15.

A helytartótanács Szerémi Sebestyénnek adott utasításában javasolja, hogy a király Thurzó Eleknének parancsolja meg, hogy a nyitrai püspökséget Thurzó Ferencznek adja át; továbbá javasolja, hogy Csanádi Jánosnak a győrszentmártoni apátságra történt megválasztása erősíttessék meg.

Instructio dominorum locumtenentis et consiliariorum egregio Sebastiano Syrmyensi, secretario consilii regie Maiestatis, data Posonii 15 die Maii 1543.

Post humillimam fidelium servitiorum in gratiam regie Maiestatis commendationem, nuncius referat Maiestati sue nomine locumtenentis et consiliariorum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Franciscus quidem Thurzo, cui Maiestas regia episcopatum Nitriensem conferre dignata est, optimis moribus preditus et non indoctus iuvenis est; ut existiment locumtenens et consiliarii, eum non immerito ad possessionem episcopatus primo quoque tempore admittendum, presertim quod, quantum ex certis signis deprehensum est, si hoc arbitrio domine vidue quondam domini Alexii Thurzonis permittatur, tardius illa dominio bonorum episcopatus caritura sit; accedit etiam ad hoc, quod cum episcopatui Nitriensi sit annexum officium comitatus Nitriensis: videretur pro ratione presentium temporum cura ipsa comitatus viro commendanda, quam mulier non satis apte, nec ut necessitates postulant, curare potest; cum et in administratione subsidiorum complures soleant difficultates emergere: dignetur itaque Maiestas sua dare mandatum ad dominam ipsam viduam, ut possessione episcopatus et bonorum eius cedat, quo et officium comitis recte et suo ordine instituatur et curentur ea, que ad officia divina celebranda spectant. Nec est, quod domina ipsa freta auxilio et administratione domini Bathory, curaturam se dicat officium comitis; habet dominus Bathory aliaque officia comitatuum in Symygio, Zabolch et Zath-

mar, ut vix pluribus sufficere possit; inauditum autem est mulieres officium comitis exercere.

— — — — — — — — — — — — — — —

Conventus Sancti Martini sacri montis Pannonie supplicat humiliter Maiestati regie: dignetur confirmare canonicam electionem conventus factam super abbatia eiusdem ecclesie in personam viri sane religiosi et sanctimonia rite prestantis, Joannis de Chanad. Supplicant et domini, ut Maiestas sua abbatiam ipsam eidem fratri, totius conventus voto electo et probato, dignetur conferre et huic electioni consentire, quemadmodum et prioris abbatis electioni consenserat; habent enim fratres conventus ius electionis ex dispositione divi Stephani primi regis Hungarie et aliorum regum.

Négy ív papirnak tizenöt oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Mai. 46.* — Chanádi János választott apátnak királyi megerősítése csakugyan kiadatott Prágában, 1543 május 29. *U. o. 85.*

Közli: Bunyitay Vincze.

219.

Prága, 1543 május 16.

I. Ferdinánd király előadja, hogy a szepesmegyei Drawetz-birtoknak, mely «ad conventum seu preceptoratum ecclesiae Cruciferorum de dicta Drawetz» tartozik, Bethlenfalvi Thurzó Elek által 870 frtért Ryby Sebestyénnek való elzálogosítását helyben hagyta, később Laski Jeromos Ryby Sebestyéntől Drawetzet a mondott 870 frtért megváltotta és a király neki Bécsben 1539 szeptember 7-én kelt oklevelével 500 frtért inscribálta, végül Laski Jeromos Thluk Menyhért nevű szolgálattevőjének 1370 frtért ugyanezen birtokot zálogba adta, a mely zálogbaadást a király a jelen oklevéllel megerősíti és helybenhagyja.

Ferdinandus impignorationem possessionis Drawetz ad conventum seu praeceptoratum ecclesiae cruciferorum de Dravecz pertinentem quam prius Alexius Thurzó pro 870 florenis Sebastiano Ryby hic item pro 870 florenis Hieronymo Lasky pignori dedit, rex vero pro 500 florenis hanc impignorationem confirmavit, Lasky tandem pro 1370 florenis Melchiori Thluk familiari suo oppignoravit, approbat.

Eredetije papiron, Országos Levéltár: Eccl. Cameral. Fasc. 43. Nr. 15.

Közli: Iványi Béla.

220.

Pécs, 1543 május 24.

Szaniszló pécsi püspök Nádasdy Tamástól a törökök fenyegető előrenyomulása ellen segítséget kér.

Vestram magnificam dominacionem tanquam sacratissime Maiestatis regie supremum capitaneum et dominum meum confidentissimum rogo et oro, uti pro ea benivolencia, qua erga me et ceteros Christianos veluti verus amator huius afflicte patrie nostre afficitur, velit nobis, in quibus non sumus sufficientes, consulere et prospicere, ac eas, quas penes se habet gentes, huc ad nos, pro turbanda et dissolvenda ea barbarica obsidione citissime demittere. Quod si vestra magnificencia quemadmodum spero, fecerit, et Christus hanc palmam eius auspiciis benigne concessit.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek. *U—V.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

221.

Pécs, 1543 május 25.

Paksy János egyebek közt írja Nádasdy Tamás tárnokmesternek: «Továbbá kegyelmes Uram, emlékezhetik te kegyelmed arról, hogy mikor ott Gyereth valék te kegyelmednél, emlékeztem vala te kegyelmednek, hogy Bezperiny pispek énnekem CCC forinttal adós, a megadásába énnekem halasztásokat tészen: ezért kenyergek te kegyelmednek, mint kegyelmes Uramnak, hogy te kegyelmed énnekem hagyna szabadságot, hogy valamint megvehetem jószágán, hadd venném meg; te kegyelmed ne haragudjék reám».

Joannes Paksy rogat Thomam Nadasdy, daret sibi licentiam, ut 300 florenos, sibi ab episcopo Wesprimiensi debitos, in bonis episcopi Wesprimiensis quocunque modo percipiat.

Egy félív papiron, zárópecsét nyomaival; roncsolt, egy része leszakadt s elveszett. — *Budai országos levéltár:* Nádasdy-levéltár. 4.

Közli: Bunyitay Vincze.

222.

Gyulafehérvár, 1543 május 25.

Fráter György Ferdinándnak. — Vácz és Pécsvárad ügyében is sürgetve kér intézkedést s Magyarországot, mint oly állást, a melyből egyedül lehet a törökkel birni, ismételve Ferdinánd gondjaiba ajánlja.

Quamvis autem prius quoque M^{ti} v. supplicavi de arce Vaciensi et Pechwaradiensi, ut illas M^{tas} v. ad manus suas reci-

peret, nunc itaque iterum M^ti v. supplico ut Pechwaradinum vel Emerico Verbecy vel episcopo Quinqueecclesiensi, anteaquam Turca illam eripiat, reddere iubeat, pro cuius restitutione cum iam litteris quoque imperatoris monitus essem, unica hac ratione illos repuli, me adventum imperatoris expectare, arcemque illam ad manus solius imperatoris me dare constituisse. Illam enim que a me longissime distat et ad quam per medias Turcas itur, mihi tueri et difficile et impossibile est, quae si a Turcis fuerit occupata, Quinqueecclesiae diu durare non possunt et Vacia quoque ingentem cladem superioribus partibus regni Hungariae in eo casu adferret procul dubio. Tam de Vaciensi igitur quam Pechwaradiensi, quas hactenus meis sumptibus servavi, curet obsecro M^tas v. ne Turcica manus illas occupet..... Datis Albae Juliae vigesima quinta die Maii, anno Domini M D. XL. III.

Quidquid vero iste Michael literatus M^ti v. meo nomine dixerit, fidem M^tas v. eius dictis adhibere dignetur.

Eiusdem M^tis serenissimae

fidelis servitor
Fr. Georgius.

Külczím: Serenissimo principi et domino domino Ferdinando ..... *stb., stb.*

Eredeti, titkos jegyekkel írva.

A bécsi cs. és kir. állami levéltárból közölve. Történelmi Tár: 1878. 554—7. ll.

223.

Pozsony, 1543 május 28.

Várdai Pál, esztergomi érsek javasolja a királynak, hogy az erdélyi püspökséghez tartozó tasnádi udvarház Drágfitól elvétessék és oly embernek adassék át, ki az odatartozó tizedeket a királytól kijelölt czélra fogja fordítani: erre Bornemissza Pált legalkalmasabbnak véli.

Sacratissime rex... Preterea, ex quo proximo anno dominus Seredy ad episcopatum Transilvaniensem, uti Maiestas v. decreverat, non fuit admissus, remansit sub potestate domini Gasparis Dragffy curia Thasnad ad episcopatum illum pertinens, continensque sub se decimas quatuor comitatuum, ad valorem quinque millium florenorum se extendentes, quam quidem curiam cum decimis confido dominum Dragffy, fidelem v. Maiestatis, e manibus suis dimissurum, ubi id a Maiestate v. illi precipiatur. Videretur

igitur antequam tempus exigendi decimas adveniat, excipiendam esse per Maiestatem v. de manibus illius predictam curiam et homini assignandam, qui proventus decimarum, in quos Maiestas v. iubet, usus converteret, possetque ex illis proventibus summa per Maiestatem v. domino Adam Karolo secretario suo donata hoc anno numerari. Erit autem ad hanc administrationem idoneus satis dominus Paulus Bornemyza ..... Posonii 28 Mai 1543.

Sacratissime v. Maiestatis

fidelis servitor et capellanus
Paulus,
archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Egy ív papir mind a négy oldalán, borítéka elveszett. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Mai. 82.*

Közli: Bunyitay Vincze.

224.

Pannonhalma, 1543 május 28.

Ujszászy (Wyzazy) György pannonhalmi várkapitány (arcis prefectus) levele. Nádasdy Tamást értesíti, hogy fizetését nem kapta meg. Tamen d. vestra m. et id non ignorat, quod nec dominus Michael abbas Sancti Martini, dominus noster pristinus, qui iam diem suum clausit extremum, quicquam nobis solvit nostro pro servicio. Ex arce Sancti Martini, feria 2-a post dominicam, qua cantatur: Factus est dominus protector meus. 1543.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek. *U—V.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

225.

Pozsony, 1543 május 30.

Valamelyik királyi tanácsos kéri a királyt, rendelje el, hogy azon Luther tévedéseit hirdető s a szentmisét anyanyelven éneklő székesfehérvári kanonokot, kiről nagy a gyanu, hogy nincs is fölszentelve, elfogassák és vizsgálat alá vessék; Fráter Györgyöt pedig a kisebb értékű pénz veretésétől tiltsa el.

Sacratissime rex... Post scripta: Meminisse potest Maiestas v. sacratissima, cum proxime Vienne esset, fuisse quodam die factam mentionem in consilio, quod Albe Regalis in prepositura sancti Nicolai, quam nunc habet dominus Albertus prepositus, quidam esset canonicus, qui, etsi nullis sacris initiatus esset, concionari tamen et sacra facere, aliaque munia obire non dubitaret, que ad sacerdotem spectant. Quam quidem hominem dominus Albertus prepositus, nondum plane instructus de eius moribus et

doctrina, eo tempore apud Maiestatem v. excusavit et defendit. Nunc literis et oratione vicarii ipsius domini prepositi, quem Albe tenet, compertum est, hominem hunc heretica plane pravitate imbutum varia quotidie in ea urbe seminare, que populum haud mediocriter corrumpant. Nam et sacramentum Eucharistia communicantibus sub utraque specie prebere iugiter et Lutheranum dogma aperte concionari affirmant, consecrationemque quoque cereorum, ramorum et segetum statis diebus fieri vetuisse et ut ne tribus Rogationum ab ecclesia institutis diebus supplicationes fierent, palam denunciasse, planeque profiteri: ritus et ceremonias veteres, per tot secula receptas atque approbatas, prorsus esse tollendas; proxime etiam in die Pentecostes *missam vernaculo idiomate, hoc est Hungarico in templo decantasse,* quo vix potest quitquam fieri absurdius, quod nulla ratione scriptura sacra ex Latina vel alia lingva in nostrum vulgare idioma sine maxima dissonantia, improprietateque verti posse videatur. Cum igitur huius privati hominis licentia diutius minime ferenda sit, quod nimirum persuasum prope nobis esse debeat, Dei optimi maximi indignationem iam pridem usque adeo in nos exarsisse, quod religio, cultusque divinus et maiorum instituta despectui iam a plerisque habeantur: Maiestas v. sacratissima, uti vere christianus et catholicus princeps, dignetur iubere domino Warkoch,[1] ut hominem hunc in vinculis habendum et ad dominum locumtenentem, cuius vel propter specialem iurisdictionem interest his malis obviam ire, quamprimum mittendum curet. Cognita enim eius doctrina, canonice, prout videbitur consultius, emendabitur.

Audimus etiam certo Fratrem Georgium curare monetam Hungaricalem cudendam eadem forma et impressione, qua Cremniciensis cuditur, sed lige longe deterioris. Quod cum minime ferendum esse videatur: Maiestas v. s. quantum per tempora licet, mature huic rei occurrat; intelligit enim facile, quam multa ex hac adulterine monete cusione possunt mala contingere. Cuditur autem moneta Cremnicie debita et vera liga, de quo Maiestati v. minime est dubitandum.

Ut in literis.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati, domino meo clementissimo.

Másfélívpapir három oldalán, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. 86.* Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Ekkor székesfehérvári kapitány. *U. o. Jun. 57.*

226.

1543 május vége.

Fráter György követének Ferdinándhoz intézett jelentése a török készülődésről s arról, hogy Fráter György tanácsa szerint, mi módon állhat leghathatósabban a töröknek ellent Ferdinánd.

Serenissime princeps, domine clementissime.

Dominus meus thesaurarius nunciat M^{ti} v. fidelissima servitia sua, uti domino suo clementissimo.

Et dicit quintum iam mensem esse, quod expediverit erga M^{tem} v. Ewstachium Feledy, qui ab eo tempore non sit reversus, tametsi vehementer expectatus, nec scire se in quam partem interpretari debeat, tam diuturnam cessationem nuncii, de cuius mora fuerit satis anxius...

Causa tantae sollicitudinis haec est, quod Turcarum caesar iam procul dubio se movit apparatu bellico ingenti, quo maiore raro se instruxit, quanquam vires et copias transmarinas hoc est intelligit, an et illas copias secum Turca ducere intendat, vel non. Nec dicitur autem Turca recta Viennam petiturus. Sed iuxta opinionem suam arbitratur dominus meus, quod imprimis Quinqueecclesias hostis obsidebit, deinde Albam Regalem et Strigonium. Sed etiamsi Quinqueecclesiis ille potiatur, credit Albam Regalem et Strigonium non obtenturum, modo M^{tas} v. dignetur bene provideri locis illis et numero militum et commeatu. Quod si tamen contingeret Turcam illa quoque loca bene munita impetere et eis, quod Deus avertat potiri, tantum proficiet et proderit ea optime munita esse, ut eorum locorum expugnatione magnam partem aestatis absumat, interim autem M^{tas} v. poterit bonas rationes ferendi auxilii excogitare.

A bécsi cs. és kir. állami levéltárból közölve. Történelmi Tár: 1878. 553. l.

227.

1543 június 2.

Erdődy Simon zágrábi püspök halála.

1543. die secunda mensis Iunii reverendissimus olim dominus Simon episcopus ecclesiae Zagrabiensis diem suum ultimum clausit Chasmae. Dein Zagrabiae in ecclesia cathedrali ante divi-

num sepultus est die septima eiusdem mensis. Equi curriferi quidem sex, qui funus eius duxerant, electissimi et exquisiti, iuxta veterem ecclesiae consuetudinem dati sunt capitulo Zagrabiensi. Item data est capitulo vestis eiusdem optima, subba videlicet mardurina, cum capucio, pallio et rocheto, quae posita fuerat super feretrum. Eodem die tumulationis oblati fuerunt ad offertorium maioris missae plurimi aurei, divisi postea inter dominos interessentes tumulationi.

A zágrábi káptalan egykorú följegyzése. *Farlati:* Illyricum sacrum. V. 531. — *Katona:* XXI. 278.

228.

Pornó, 1543 június 4.

«Laurencius prepositus Albensis et abbas in Porno» levele Nádasdy Tamáshoz, melyben kéri, hogy bizonyos ügyekben hozzája küldött szolgájának, Ambrusnak mindenben higyjen.

Laurentius praepositus Albensis et abbas in Porno rogat Thomam Nádasdy, ut servo suo Ambrosio ad eum misso fidem adhibeat.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek. *S. 5.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

229.

Vág-beszterczе, 1543 június 4.

Podmaniczky Ráfael meghivja Nádasdy Tamást nőtestvérének Hrussay Jánossal Vágbeszterczén július 1-én tartandó lakadalmára.

Spectabilis ac magnifice domine, domine confidentissime, premissa serviciorum ac mei ipsius commendacionem. Nolumus cavere sp. ac m. do. vestram, nos ex voluntate divina, generosam virginem dominam Annam de Podmanyn sororem nostram charissimam egregio domino Joanni Hrwssay de Zablath, ritu sancto Romano in matrimonium despondisse, cuius nupcie dominica proxima post festum nativitatis beati Joannis Baptiste proxime futurum in oppido nostro Beztherche celebrabuntur. Igitur rogamus sp. ac. m. do. vestram sumopere, dignetur eadem predicto die et loco nupciis interesse, ut celebritas ipsarum nupciarum presencia spectabilis magnifice dominacionis vestre decoretur, et nos omnibus modis eidem reservire studebimus, cui nostra

servicia unice commendo. Datum ex castro Beztherche, feria secunda post octavas Corporis Christi, 1543.

Raphael de Podmanyn etc.

Kívül: Spectabili ac magnifico domino domino Thome de Nadasd comiti et capitaneo generali citra Danubium, domino confidentissimo.

Más irással: reddite 9. Julii Jaurini.

Eredetije papiron, kívül papirba nyomott gyűrűs zárópecséttel, mely a Podmaniczkyak czimerét ábrázolja, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *P. 2.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

230.

Pécs, 1543 június 5.

Szaniszló pécsi püspök Nádasdy Tamástól újra még sürgősebben kér segítséget. Esedezik, hogy a székesegyház kincseit és egyházi szereit Szalavárott rejthesse el.

Spectabilis et magnifice domine, domine et frater mihi observandissime atque confidentissime, salutem plurimam ac obsequiorum meorum commendacionem deditissimam. Iam aliquocius literis et precibus pro hac urbe, tum municionibus, tum firmioribus presidiis munienda, apud dominos rerum bellicarum consiliarios et utrumque senatum Germanum et Hungarum vechementissime contendimus, verum tot intercessionibus, totque supplicacionibus hactenus quid efficere potuimus, eidem constare arbitramur, neque adhuc hic aliud preter hoc vestre magnificencie presidium habemus, nam peditibus, qui ad racionem sue Maiestatis conducti fuerant, mensis iam expirabit, equitum autem iamdiu expletus est, unde, quum adventus hostis barbari indies cercior ac propinquior apud aures omnium percrebrescat, et huc nihil neque municionum necessariarum, neque firmioris aliquid presidii, quibus tuto fidi possit, usque adhuc impetratum missumque esse vident, plurima pars hominum animos despondit et in desperacione ea est, quod sua Maiestas hanc urbem nullis municionibus, nullisque amplioribus firmioribusque presidiis firmare ac munire curaret, totque millia Christianorum et hanc totam terram fortune ludibrio, imo periculis relinquere apertissimis vellet, quibus omnibus et eo eciam, quod tot nunciis, totque literis nihil adhuc preter spem et promissionem impetrare atque exorare potuerim, ipse quoque

vehementer permotus, nullum aliud, preter vestram magnificam dominationem, quam ab antiquo observavi et colui, perfugium mihi iam restare video, quam a mea, meorumque pernicie alienissimam ac salutis incolumitatisque nostre omnium studiosissimam esse mihi firmius persvasi, quamobrem magnificam dominacionem vestram, tanquam dominum meum observandissimum ac confidentissimum rogo atque oro, dignetur mihi, nunc in rebus constituto dubiis, rem ipsam syncere et aperte perscribere, suumque salubre et sanum consilium mihi impertiri, quo in re ancipiti, quid consilii mihi, cum meis capere liceat edoceri possim.

Preterea sunt ecclesie mee quedam paucule res, utpote vasa sacra, vestis, qua in sacris operari solitum est, preciosa, aliquid eciam proprie est mihi supellectilis, que per incuriam in manus incidere hostium, me et peniteret et puderet. Cura igitur earum rerum in aliquem tutum locum deportandarum vehemens me urget, Nam hec res mihi, rebus undique ardentibus, maximo essent impedimento, in tutum deposite locum mihi et meis faciliorem hinc, ita rerum statu urgente, elapsum et commigracionem preberent. Nullus autem omnium mortalium, ad quem mihi in hac tempestate, tucior pateat aditus, preter vestram magnificam inveniri possit. Eam igitur vehementissime, tanquam dominum meum observandissimum ac confidentissimum oro atque obsecro, velit unam ex domibus suis, Zalawar mihi concedere, in quam tutus et securus res ecclesie et meas quoque collocare et deponere possem, eodemque, ut mihi cum meis rebus ita urgentibus commigrare liceat, quorum omnium responsum citum ac optatum, a vestra magnifica expecto, quod apud eam omnibus officiis et obsequiis diligentissime unacum meis promereri studebo, reliqua eadem ex tabellario intelliget meo, quam cum omnibus suis felicissimam valere percupio. Quinqueecclesiis quinta Junii anno 1543.

Eiusdem vestre spectabilis et magnifice dominacionis

deditissimus frater et servitor
Quinque Ecclesiensis propria.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome de Nadasd, thavernicorum regalium magistro ac supremo capitaneo regie Maiestatis citra Danubium etc. domino et fratri nostri observandissimo et confidentissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *U—V.* csomójában.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

231.

Palota, 1543 június 8.

Podmaniczky János meghivja Nádasdy Tamást nőtestvérének, Annának, Hrussay Jánossal Vágbeszterczén tartandó lakadalmára.

Magnifice domine, domine et amice nobis honorandissime, premissa servitiorum nostrorum commendatione. Non lateat m. d. v. generosam virginem, dominam Annam de Podmanyn, sororem nostram charissimam ritu sancte ecclesie egregio domino Joanni Hrvssoy in coniugem desponsatam esse, cuius nuptie dominica proxima post festum nativitatis beati Joannis Baptiste in oppido Bystryz celebrabuntur. Ideo m. d. v. rogamus: dignetur solempnitati nuptiarum adesse, ut presentia eiusdem tanquam talis domini decoretur, id, quod nos m. d. v. reservire studebimus. Cui servitia nostra commendantes ex castro Palotha feria VI-a ante [festum] Barnabe anno 1543.

Joannes de Podmanyn.

Kívül: Magnifico domino domino Thome de Nadasd comiti ac citra Danubium capitaneo supremo etc.

Egy nyolczadív papiron, veres zárópecsét nyomaival. — *Budai országos levéltár:* Nádasdy-levéltár. 4. Közli: BUNYITAY VINCZE.

232.

Győr, 1543 június 18.

A győri püspök beleegyezik a soproni szent Mihály plébánia-egyház megerősítésébe.

Episcopus Jauriensis consentit, ut parochialis ecclesia sancti Michaelis Sopronìensis fortificetur.

Eredetije Sopron város levéltárában, Lad. XXXI. et FF. fasc. 1. nr. 15. Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

233.

Pozsony, 1543 június 19.

Várday Pál utasitja Waysprăcher János soproni főispánt, hogy a soproni szent Mihály-templom megerősítésére és az e végből szükséges kápolna lebontásokra az engedélyt a győri püspöktől kérje.

Magnifice domine et amice observandissime salutem et nostri commendationem. Intelleximus scripta m(agnificentie) vestre in

negotio demoliendi sacella intra cemeterium ecclesie parochialis sancti Michaelis extructa. Qua de re, cum Sopronium et ea loca sub dioecesi (!) spirituali sunt reverendissimi domini episcopi Jauriensis, scripsimus mox ad ipsum dominum episcopum, ut pro voto m. vestre curet illi respondere in ea re et postulatione equissima. Neque enim in re spirituali visum est magistratum nostrum regiamque auctoritatem miscere, presertim, quod confidamus, dominum episcopum facile id concessurum habita rerum ac temporum ratione. Nos in omnibus pro viribus gratificari m. vestre parati sumus. Que valeat feliciter. Posonii die 19 Junii 1543.

M. vestre bonus amicus

Strigoniensis,
manu propria.

Kívül: Magnifico domino Joanni Waÿspracher comiti comitatus Sopronienis.

Más kézzel: Domini locumtenentis litere demolitionem duarum capellarum intra muros cemeterii divi Michaelis sitarum concernentes.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. XXXI. et FF. fasc. 1. nr. 16.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

234.

1543 június 20.

A szepesi káptalan jelenti a királynak, hogy a kézsmárki bíró és esküdtek a Nagykőrösi Ferencz kanonok és a város közt folyó perben hozott itélet végrehajtására kiszállt biztosokat, teendőik teljesitésében kivont karddal megakadályozták.

Serenissimo principi et domino domino Ferdinando, divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemieque etc. regi, semper Augusto, infanti Hispaniarum, archiduci Austrie etc. domino suo clementissimo capitulum ecclesie Scepusiensis orationum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit Maiestas nos literas eiusdem adiudicatoriales modum et formam cuiusdam possessionarie reambulationis, estimationis, occupationis, necnon titulo pignoris statutionis iuste denotantes pro parte venerabilis magistri Francisci de Naghkewrews, lectoris et canonici huius ecclesie nostre, ut actoris, ab una, contra prudentes et circumspectos judicem et iuratos cives et universitatem civium civitatis Kesmark, veluti in causam attractos, partibus ab altera,

feria sexta proxima post Dominicam *Jubilate* proxime transactam, instante scilicet termino celebrationis iudiciorum ipsius Dominice *Jubilate*, ad quam utputa terminum universe cause regnicolarum ex publica constitutione eorundem adiudicari solite per Maiestatem regiam generaliter fuerant prorogate, confectas et emanatas, nobisque loquentes et directas, quos capite sigilli nostri obsignari facientes, Maiestati in specie duximus remittendas, summo cum honore et reverentia recepisse et iuxta earundem continentiam una cum nobile Laurentio de Zenthandras, homine vestre Maiestatis in dictis literis eiusdem adiudicatorialibus inter alios homines nominatim conscriptos expresso, unum e medio nostri, videlicet venerabilem magistrum Martinum de Lupky, custodem, fratrem et concanonicum nostrum ad premissam executionem fideliter peragendam nostro pro testimonio fidedigno duximus transmittendos, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis sub iuramento concorditer retulerunt eo modo: quod ipsi feria quarta, postero die festi beati Barnabe apostoli, nunc noviter elapsi, ad faciem predicte civitatis Kesmark, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus, accessissent, et dum idem homo vestre Maiestatis, ipso nostro testimonio presente, die in eodem premissam iudiciaram deliberationem vestre Maiestatis iuxta contenta predictarum literarum adiudicatorialium ibidem, contradictione et inhibitione prefatorum civium convictorum et aliorumque quorumlibet previa ratione non obstante, exequi voluissent, tunc prefati iudex et totus senatus in consistorio eiusdem civitatis, nomine totius communicatis, gladio evaginato, eosdem vestre Maiestatis et nostrum homines ab executione omnium et singulorum premissorum repulissent, premissamque iudiciariam deliberationem exequi in nulla parte permississent. Seriem itaque huiusmodi executionis eidem vestre personali presentie fideliter duximus rescribendam. Datum octavo die executionis prenotate, anno Domini supradicto.[1]

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias 2. fol. 89.

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Quem tamen scriba omisit.

235.

Prága, 1543 június 25.

Ferdinánd király Kolozsvári Péter, gyulafehérvári kanonokot és ugocsai föesperest a neki Izabella özvegy királynétól adományozott ugocsai főesperességben megerősíti, illetve arra újból kinevezi.

Ferdinandus etc. Memorie commendamus... Cum venerabilis devotus fidelis nobis dilectus Petrus Colosvarinus, canonicus ecclesie Albe Julie Transilvane et archidiaconus Ugochensis, nobis humiliter supplicari fecerit, ut quia serenissima princeps domina Isabella Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. regina, vidua, soror et consangvinea nostra charissima dictum archidiaconatum Ugochensem literis desuper expeditis sibi contulisset atque concessisset, nos eandem collationem et concessionem ratam et gratam habere ac confirmare et approbare et quatenus opus sit, eundem archidiaconatum sibi de novo concedere dignaremur: nos itaque... non tantum confirmavimus et approbavimus, sed etiam, quatenus opus est, dictum archidiaconatum Ugochensem cum omnibus et singulis pertinentiarum integritatibus et utilitatibus de novo eidem Petro Colosvarino dedimus.... harum testimonio literarum... mediande. Datum Prage 25 Junii 1543.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Jun. 63.*

Közli: Bunyitay Vincze.

236.

Prága, 1543 június 25.

Ferdinánd király Verancsics Antalnak, a neki János király által adományozott gyulafehérvári prépostságot nemcsak újból adományozza, hanem arra is fölhatalmazza, hogy azt másnak átengedhesse.

Ferdinandus etc. Memorie commendamus... quod cum serenissimus quondam princeps, dominus Joannes rex Hungarie etc. preposituram ecclesie Albe Julie Transilvane, postquam per mortem reverendi Francisci de Zeremlyen legitimi ac veri illius possessoris vacasset, cum omnibus et singulis eiusdem pertinentiis reverendo devoto fideli nobis dilecto Anthonio Wrantio, ipsius prepositure preposito, sicuti idem nobis exposuit literis suis

mediantibus dederit, concesserit atque consulerit... modo autem memoratus Anthonius Maiestati nostre humilliter supplicaverit, ut collationem et concessionem prefati quondam regis Joannis de ipsa prepositura factam ratam, firmamque habere, ac confirmare et approbare, necnon, quatenus opus sit, eandem preposituram de novo sibi concedere et conferre dignaremur: nos idcirco attentis et consideratis singulari virtute et in rebus etiam magnis agendis et tractandis dexteritate et experientia eiusdem prepositi, qua illum, cum serenissime regine Isabelle etc. legatum apud nos ageret, nos ipsi preditum esse cognovimus et alias nostra erga ipsum clementia inducti, eidem prememoratam dicti serenissimi quondam regis Joannis concessionem et collationem, ut prefertur, de sepedicta prepositura factam, ratam, gratam et validam habentes, non solum confirmavimus... verum etiam eandem preposituram eidem sepedicto preposito de novo concessimus... preterea eidem hanc specialem gratiam ad humilem similiter ipsius supplicationem et pro maiori nostre in illum gratie et clementie testimonio fecimus ac per presentes facimus: ut scilicet preposituram suam predictam cuicunque et quandocunque voluerit, digne tamen ac idonee et habiti persone, sine ulteriori consensu nostro resignare et cedere possit et valeat; nos enim in huiusmodi resignationem et cessionem dicte preposOture ex nunc liberum consensum nostrum regium pariter et assensum damus et prebemus harum nostrarum literarum sigilli nostri impressione et manus nostre subscriptione munitarum mediante. Datum Prage 25 Junii 1543.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Jun. 62.*

Közli: Bunyitay Vincze.

237.

Székes-Fejérvár, 1543 június 26.

A veszprémi káptalan nevében Czeglédi János a székesfehérvári káptalan előtt tiltakozik az ellen, hogy Vásonkövi Horváth Péter és Gáspár nem fizették le azt a 125 frtot, melyet a káptalannal Kecsethy Márton veszprémi püspök, Gönczy Bertalan őrsi prépost és mások közbenjárására kötött szerződésük szerint a nagybarnagi bortizedért pünkösdkor és Szent-Iván-napkor lettek volna kötelesek lefizetni.

Coram capitulo Albaregalensi Joannes Czeglédi nomine capituli Veszprimiensis protestatur, quod Petrus et Gaspar Horváth de Vásonkő florenos 125 iuxta conventionem cum capitulo Vesprimiensi ad intercessionem Martini Kecsethy,

episcopi Vesprimiensis, Bartholomei Gönczy, prepositi Örsiensis, et aliorum initam pro decima vini districtus de Nagy-Barnag festo Pentecostes et s. Joannis Baptistae dependi debitos haud solverint.

Eredetije a veszprémi káptalan magánlt. capsa 2. 1. B.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

238.

Lőcse, 1543 június 30.

Lőcse, Bártfa, Eperjes és Szeben városainak bírái, esküdtei és többi polgárai jelentik Werner Györgynek, Sáros várnagyának, hogy az ellenség a szepességi kolostorokat rendre elfoglalja és megerősíti.

Egregie domine... Quid exerceatur per [Joannem] Zadorlam ac vicinos hostes nostros in ditione regie Maiestatis, domini nostri clementissimi, violentie hiis in partibus, ex ostensore presentium, homine nostro, provido Joanne Bognero de Leutscha licebit perspicue cognoscere. Gilnicz occupatum est vi; ipso in oppido monasterium fortiter munitur, inde edicta dari fidelibus cepta sunt. Templum in Krompach violatum existit ac spoliatum. Nocte hesterna Lapis Refugii furto per Basonis fratrem ac servitores capta est. Instatur ab hostibus iamnum occupationi capituli Scepusiensis, licet nondum ab adversariis eo perventum sit, qui quidem et ediculam in monte Marie extra suburbium civitatis Leutschoviensis sitam occupaturi feruntur eo proposito, ut illic perinde atque hic templa et edes prepositure Scepusiensis firmis adversus fideles regios presidiis muniant, super hec etiam claustrum in Grapko iuxta oppidum Crucis, ut hiis ex locis alios inter civitates regias vexent, premantque... Ex congregatione Leutschovie habita ultima Junii anno Domini 1543.

Judices et iurati, ceterique cives civitatum Leutscha, Bartffa, Eperies et Zebin.

Kívül: Egregio domino Georgio Vernero, prefecto, castri Saros...

Egy félív papir egyik oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Junii. 76.*

Közli: Bunyitay Vincze.

239.

Bártfa, 1543 június 30.

Stöckel Lénárd levele Réwai Ferenczhez. — Említi benne, hogy «Deuai noster, qui Miscolcium vocatus erat, monachorum opera repulsus est». Továbbá, hogy ugyanő Wittenbergből visszatérve, Luther sajátkezű iratát hozta magával, mely, mint Stöckel értesült, most Réwainál van. Kéri, ha lehetséges, közölje vele.

Salutem et mei commendationem, magnifice domine, mihique gratiosissime. Quamquam nihil dubito, pro ea foelicitate, quae propria est v. m., matrimonium filiae foelicissime euenturum, tamen meis quoque votis illud prosequor, cui nihil est optatius, quam, ut v. m. una cum liberis suis optima indole praeditis perpetuo florentem videam, utque eadem tum ex sua, tum ex liberorum salute ac dignitate summam voluptatem sine ulla molestia capiat. Hoc faxit is, qui v. m. adeo foelicem reddidit, tum coeteris dotibus, tum liberorum proventu ornatissimo, ut facile in hoc regno primos teneat. Utinam modo in paedagogia quoque ex sententia nobis omnia euenirent. Nam a meo fratre ne literas quidem adhuc vidi, quod mihi valde molestum est, neque habeo alium, quem commode huic prouinciae possem praeficere, quae mihi maximae curae semper fuit. Andream adhuc retineo, ac aegre quidem, donec certi aliquid de fratre cognouero. Ex proximis litteris, quas accepi, significaui ei voluntatem v. m., ut cum hinc se conferre vellet, ad v. m. potissimum proficisceretur. Gratias egit de benigno erga se animo v. m., neque se tantum beneficium ultro oblatum detrectaturum fuisse, nisi amor patriae domum se vocaret, tametsi temporum ratio et ipsum Andream et nos omnes rerum nostrarum et consiliorum omnium incertos facit. Deuai noster, qui Miscolcium vocatus erat, monachorum opera repulsus est. Is Witeberga secum attulit quoddam breue scriptum d. Martini, propria eius manu, quod intellexi apud v. m. esse. Rogo, si absque eiusdem molestia id fieri potest, ut eius mihi copiam faciat. v. m. cum omnibus suis quam optime valere velim eidemque me commendatissimum magis commendo. Nam in Hungaria praeterea nullum video principem (ut ingenue ac libere dicam), cui bonae literae et haec studia nostra curae sint. Quo statu nihil potest esse deterius. Quid enim sperandum est de tanta barbarie? Bartpha ultimo die Junii 1543.

Frankl: Réwai F. fiainak iskoláztatása. 62. l.

240.

Lőcse, 1543 július 1.

A 24 királyi plébános és az egész szepesi papság a királyhoz fölterjesztett folyamodványában, leirván, mennyit kell a hitükhöz való hű ragaszkodásért a szepesi vár s a megye főembereitől, sőt az eltántoritott néptől is szenvedniök, kérik, hogy védelmébe vegye őket.

Sacratissime ac clementissime rex. Humiles Dei excelsi ministri viginti quattuor regales cum omni clero Majestati vestre regie humillime supplicant, quatenus Majestas vestra sacratissima eos in suam velit recipere tutelam, nam ex arce Scepusiensi plebani opidorum ad arcem illam pertinentes multis pressi incommodis et gravati, quod antea nunquam vel auditum vel attemptatum est. A tribus ferme vel quattuor annis bobus aliquot et equis macris ab arce illa ad exhiemandum gravatis minantes eis, si non bene saginaverint aut aliquem ex eis perdiderint, meliora et plura eis peccora volunt accipere, et insuber (!) satellites arcis in domos eorum, ut omnia eis consummant victualia, intrudere, et ex plebaniis suis vi extrudere conantur. Non secus ac in seculares laicos eorum subditos authoritatem sibi vendicant. Propter leve verbum anno elapso arcis illius prefectus venerabilem etate senem multis oppressit incommodis, tritulatores (!) ei in horrea intrudens, omnia blada illius extritulando, (!) vendendo et, que in domo erant, consumendo, cistam frangendo, pecuniam aufferendo, piccarium quoque argenteum et equas a nonnullis parrochis aufferendo, et tanquam laicos subditos suos eas tractando et eos tanquam oppressores veri evangelii, cum adhuc in antiqua fide et religione constantes permanent et docent, existimantes, nove secte hominem contra omnem juris ordinem in plebanias intrudentes ac defendentes, mandatis regie celsitudinis vestre, quibus visitati sunt, non attendentes, suam voluntatem exercentes. Si tamen aliquid contra aliquem plebanum cause haberent, iure illum apud prelatum suum dominum prepositum Scepusiensem requirerent, ubi secundum juris ordinem etiam eis administraretur justitia, et non suam in pauperes Dei ministros exercerent tyrrannidem. Sunt etiam nonnulli, qui novis intendentes doctrinis Eucharistiam adorandam esse negant et dicunt idolatrie (!) esse peccatum illam adorare. Qui nec sub una comunicare volunt, etiamsi nunquam comunicare deberent. Dicunt se sub sacramento jurasse, se nunquam velle sub una comunicare specie, cum adhuc nullum comunicavimus sub

utraque, nec volumus contra concilii sacri Constantiensis et Basiliensis preceptum quenquam sic communicare. Cum tamen isti hac elapsa quadragesima in plebem nostram ex Germania irrepserunt, plures ex ovibus nostris seduxerunt, qui nec confiteri volunt, ex quo sub utraque eos communicare nolumus. Majores habere nullos volunt, nisi ducem Wittembergensem. Talibus, cum sint pauci, ut obviari possit decretis et mandatis sacratissime Majestatis vestre, per Deum ipsum obtestantur et rogant, ut s. vestra regia Majestas serio mandet, ut aut ecclesie obtemberent aut loco cedant. Insuper timent parochi, ne eis etiam porcos exhiemandos et saginandos darent, et in consuetudinem ducerent, ut sic ex curatoribus animarum etiam pastores scrofarum Dei facerent ministros. Proinde suplicant: sacra vestra Majestas velit eos in suam recipere tutelam regiam et arcis illius prefectis, etiam spiritualibus prelatis, sedi nobilium et omnibus civitatum et oppidorum incolis serio mandare, ut a talibus inconsuetis et nuper excogitantium (!) congravationibus (!) abstineant, sed in omnibus juribus et libertatibus a catholicis et piis imperatoribus et regibus gratiose illis collatis et in decimis et testamentis a multis seculis hactenus observatis, eos authoritate regie celsitudinis vestre manutenere velint sub amissione gratie Majestatis vestre, ut suis officiis religiosius intendere et pro sacratissima regia vestra Majestate reginaque et omnibus liberis Deum liberius exorare possit, cui et se post Deum unice comendant. Datum Lewtschoviae prima Julii anno Domini 1543.

V. S. R. M.

capellaní humilissimi
viginti quattuor plebani regales
terre Scepusiensis cum omni clero.

Kívül: Supplicatio viginti quattuor plebanorum regalium terre Scepusiensis cum omni clero.

Egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. 82.*

Közli: Bunyitay Vincze.

241.

Prága, 1543 július 2.

Ferdinánd király a somogyvári apátság védelméről intézkedik.

Ferdinandus rex venerabili devoto Alberto de Pereg, preposito Quinqueecclesiensi, camere nostre Hungarie prefecto...

Quod vero conservationem arcis abbatie tue Simigiensis concernit, nos itaque habito respectu, tum opportunitatis loci istius, tum presentis necessitatis, ductaque perclementi ratione et fidelitatis et petitionis in ea re tue, perbenigne annuimus, ut ad meliorem custodiam et pro presidio dicti fortalitii tui Somoghwar tibi liceat ex proventibus dice illius, que in comitatu Simigiensi colligitur, vel alioqui ad rationem nostram, quindecim equites et viginti pedites ad unum quartale anni solita solutione alere et sustinere. Ita tamen, ut reliquum numerum, quem petiisti, tuis ipsius impensis intertenere cures, quod tibi ad literas et petitionem tuam gratiose respondere voluimus.

Országos Levéltár · Benignae resol. regiae ex 2. Julii 1543.

Közli: Iványi Béla.

242.

Prága, 1543 július 3.

I. Ferdinánd véleményt kér Várday Pál esztergomi érsektől, vajjon Lőrincz fehérvári prépostot, vagy pedig Oláh Miklós ugyanazon káptalan őrkanonokját nevezze-e ki az üresedésbe jött zágrábi püspökségre.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex — — — Reuerendissime in Christo pater deuote ac fidelis et syncere nobis dilecte. Perplacuerunt nobis ea, que nobis devotio tua de rebus episcopatus Zagrabiensis deque aliquo ecclesiastico et idoneo pastore in demortui episcopi locum quamprimum sufficiendo non minus pie quam prudenter et fideliter ad nos perscripsit, sed quia animus et voluntas nostra valde propensa esset, dignitatem illam pre aliis venerabili Laurentio preposito Albensi, dummodo illius nimis gravis et senilis aetas non obstare videretur, gratiose conferre, et preter hunc occurat nobis etiam venerabilis Nicolaus Olahus, custos Albensis, vir sane dignus et sufficiens judicio nostro tali muneri gerendo, devotionem tuam gratiose requirimus et petimus, ut nobis et syncere opinionem et sententiam suam de iam dictis personis per literas suas, idque seorsim et quanto citius significet, ut latius desuper id quod nobis ex consilio et informatione sua optimum magisque expediens esse videbitur, deliberare et statuere possimus, nostram in eo bene gratam exequutura voluntatem. Datum in arce nostra regia Prage die tertia mensis Julii anno Domini MDXLIII.

Regnorum nostrorum Romani decimo tertio, aliorum vero decimo septimo.

Ferdinandus, m. p.

Bizinger O., m. p. Vice-Canc.

Ad mandatum sacre regiae Majestatis proprium

Ad. Carolus, m. p.

Kívülről: Rmo in Christo patri Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi, primati regni Hungarie, legato nato, ac summo cancellario et locumtenenti nostro devoto fideli nobis syncere dilecto.

Eredetije a primási világi levéltárban. Közölve: Magyar Sion. IV. (1866) 289—90. l.

243.

1543 július 4.

A veszprémi székesegyháznak a törökök elől a sümegi várba szállított kincsei.

Anno 1543 die 4-a Julii res ecclesie Wesprimiensis misse sunt ad arcem Sÿmegh.

In una ladula sunt 3 casule purpuree albe.

Item casule 2 purpuree rubee...

— — —

Item 1 casula flavei coloris cum floribus aureo filo textis et cum 2 dalmaticis, similis coloris, facta de pallio sancti regis Stephani (universim casule 16, cappe 4, dalmatice 6, infule pretiose de gemmis et lapidibus 2) stb.

Beke Kristóf kézirata nmélt. báró Hornig Károly veszprémi püspök gyüjteményében. Period. III. 10—11. ll.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

244.

Németújvár, 1543 július 9.

Batthyányi Ferencz Nádasdy Tamást értesíti V. Károly császár útjáról és a török ellen küldött segitsegről.

Hodie ex Vienna frater domine coniugis nostre aliquas novitates scripsit, quas cum eadem communicare voluimus: Quod

cesar catholicus in Flandria duos duces debellasset, ducem Geldrie et alterum ducem Gillicz. Rex autem Anglie bellum movit contra regem Francie opem ferens cesari Carolo, ipse autem cesar dietim ad Yzprwgh expectatur, sed nescitur an in Hungariam vel in Franciam est eundus. Spem bonam habent, ut Christianitas per ipsum imperatorem et per dominos imperiales eliberabitur. Preterea regnum Austrie paratum est insurgere capitatim contra hostem, licet sunt nonnulli, qui contrarium tenent, tandem venerunt Spanioli tria millia pixidorum, quos ad Albam mittent, sed propter defectum pecunie retardaverunt.

Eredetije papiron, zárópecséttel; az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *B. 2.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

245.

Bécs, 1543 július 12.

I. Ferdinánd király megtiltja, hogy a beregszászi ferenczrendűek kolostorát a munkácsi vár tisztjei erősséggé alakítsák át.

Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum Hungarie, Bohemie etc. rex semper augustus etc.

Egregii fideles nobis dilecti. Intellegimus vos claustrum fratrum monachorum, ordinis sancti Francisci, in oppido nostro Beregzaz fundatum munire et fortificare velle. Quod, si ita est, factum vestrum vergit contra publicam tocius regni nostri Hungarie constitucionem, nostramque authoritatem, sine cuius graciosa annuencia nemini licet fortalicium quodpiam erigere. Proinde fidelitati vestre harum serie firmiter, sub gravissime indignacionis nostre pena mandamus et committimus, quatinus acceptis presentibus a municione et fortificacione predicti claustri cessare, ac si quid hactenus forte edificassetis, demoliri et destruere debeatis. Nam alioqui certi sitis, nos non passuros, ut vos contra publicam ordinacionem nostramque graciosam concessionem fortalicium aliquod erigatis. Secus pena sub premissa nequaquam facturi. Datum Vienne duodecima mensis Julii anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo tercio.

Ferdinandus.

Nicolaus Olahus,
Strigoniensis etc.

Kívül: Egregiis prefectis et officialibus arcis Mwnkach etc. fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, zárópecséttel; Országos Levéltár: Történelmi emlékek, belügy.

246.

Pozsony, 1543 július 16.

Várday Pál érsek értesíti Nádasdy Tamást a király készülődéseiről és a pápa segítségéről.

Rex cum pontificis, et principum imperii auxiliis Viennam proxime exspectatur, proin e re videri, ut ipse aliique copias ad Jaurinum colligant.

Majestas regia affirmat se ad primum diem proximi mensis Augusti personaliter cum omnibus suis, et suorum dominorum viribus, auxiliisque summi Pontificis, qui unus *4000 peditum Italorum mittit,* futuram Viennae ad eundem diem ac aliorum principum christianorum, in hoc regnum venturam, iamque edictum per litteras regales misit, ut omnes omnium Ordinum, ac Statuum huius regni ad eundem diem confluant Jaurinum; qui ultra Danubium sunt, Nitriam vero qui citra, armati, quo meliori possunt, decetque apparatu. Ea de causa videretur nobis pernecessarium, ut ad concitandos omnes facilius ad arma capessenda, dominatio vestra cum domini Ungnad gentibus, quas habent, Jaurinum se reciperent, eoque ad se juberent omnes convenire regio edicto, modumque facerent fugae, et trepidationi, sed modis omnibus cogerent unumquemque ad parendum regio mandato, quod tamen non invitos facturos plerosque confidimus, ubi Dominationem vestram cum domino generali, reliquaque specie exercitus substitisse, et in dies majores copias congregari audient. Dominatio vestra autem ex 200 illis peditibus sibi conscriptis ad S. Martinum centum, ad Jaurinum vero in arce 50. mittere et collocare in praesidium non differat. Posonii 16. Julii 1543.

Strigoniensis.

Pray György: Epistolae procerum regni Hungariae. II. 136—37. l.

247.

1543 július 26.

Egyházi kincsek Nádasdy Tamás birtokában.

Regestrum rerum argentearum domini graciosi, que conscripte sunt in die Anne, iam post captivitatem domini Ladislai Segnyey, anno 1543.

Item una crux magna deaurata.

Item cruces minores V, eciam deaurate.

Item monstrancia una argentea, non aurata.

Item ampulle argentee non aurate VI.

Item baculi argentei IIII.

Regestrum rerum argentearum domini graciosi in Likawa habitorum, que conscripte sunt in festo Anne, post captivitatem domini Ladislai Segnyey anno 1543.

Item una crux magna argentea deaurata, continens marcas XLVIIII, loth. XII.

Item quinque cruces minores argentee, deaurate, marcas XXI, loth. XIII.

Item monstrancia argentea non aurata, continens marcas XVIII1/2.

Item sex ampule argentee, marcas X.

Item quatuor baculi argentei.

Eredetije papiron. Országos Levéltár: Nádasdy-számadások, *b)* csomó.

Közli: Iványi Béla.

248.

Veszprém, 1543 július 28.

Várallyai Szaniszló pécsi püspök Nádasdy Tamáshoz írt levelében tisztázza magát, miért kellett Pécset feladnia és menekülnie.

— — Hesterna die relatum est mihi, nonnullos ex militibus et servitoribus magnificae dominationis vestrae, qui nudius quartus huc Vesprimium venerant, dixisse, quod id quasi ex edicto admissum esset, ut ubicunque locorum reperiri possem, omnes res meae libere in praedam converterentur, capiteque privarer; huiusmodi sceleris patratores liberos et immunes ubique esse futuros illosque tantum lucri consecuturos, quantum facerent res meae, quorum voluntati et commissioni id concessum sit. Quum maxima

crudelitas sit, tam inconsiderate et crudeliter christiano saevire in christianum nil tale merentem: certe quivis mirari debet, quum neque causam videam, me id demeruisse, ut ita praecipiti consilio extrema paterer. Nam et regiae Maiestati, domino nostro clementissimo, et huic regno semper fideliter et etiam ultra vires meas, ubi necessum erat, praesertim in confiniis huius regni inservire studui. Amissio autem confiniorum certe mihi imputari non possit, sed illorum negligentiae, quorum fidei commissa erant, ut omni praesidio et rebus necessariis munirentur. Ego, quantum in me fuit, saepe et saepissime et Maiestatem regiam, locumtenentem universosque regentes, et consiliarios suae Maiestatis, tum Viennae, tum vero Posonii constitutos, per plures nuncios et litteras crebras pro praesidio firmo, primo tempore demittendo, sollicitavi. Quid autem tot interpellationibus et supplicationibus consecutus fuerim: in propatulo est, et magis dominationi vestrae plusque constat. Pater noster Adam comederat pomum prohibitae arboris: peccatum illius agnus innocens, dominus et salvator noster, portavit et in se sustulit. Alii sunt in culpa, de quibus nunc taceo; peccatum autem et onus peccati in me unum, ut video, contundere volunt. Deus est in coelis, qui cuncta videt, sperantes in se non derelinquit. Ego, quantum vires meae valuerunt, egi officium probi et fidelis servitoris suae Maiestatis, appromtuavique me omnibus, quibus opus erat contra hostem tam potentem. Sed quid obsit? Praesidium toties promissum, quod semper sub bona spe pollicebatur adfuturum, videre non potuimus: et in hunc usque diem vix demissum fuisse, manifestis indiciis comprobari potest. Aliud autem est, quum quivis cerneret, nos esse destitutos praesidio, animo quasi desperato, omnes me dereliquerunt. Ego vero contra hostem tam potentem, in tam magna, ampla et vasta civitate, castroque satis magno et amplo, quid cum paucis meis peditibus valuissem? omnes sanae mentis homines iudicare possunt, quum et alioquin universi equites negabant, se — — intra parietes permansuros hostemque expectaturos; quod et reipsa probarunt. Nam, neque Turca viso, ignominiose una cum peditibus, quos neque precibus, neque etiam per intercessionem dominorum Joannis Paxy et Ioannis Alapy retinere potui, quibus omnia alimenta administrari promittebam, se itineri commiserunt, prout id et magnificae dominationi vestrae iam dudum bene constare arbitror. Nescio itaque Magnifice domine, pro quo scelere et delicto demerui, ut et bona mea paucula in praedam convertantur, vitaque mihi adimatur. Semper mihi magna spes et fiducia in magnifica

dominatione vestra sita fuit, prout, quum adhuc Quinqueecclesiis essem, eidem perscripseram; eam quippe et nunc habeo, et quidem magnam, ut me in hac necessitate mea ferme extrema non deserat, sed et auxilio, et consilio suo me foveat. Videtur quidem mihi, iudicio meo, ut innocentiam meam apertius et nuncio et litteris regiae Maiestati declararem, — — ut si res ita postulaverit, iudicio mediante negotium meum discerni faceret. Malo enim potius mori, quam cum dedecore vivere; quum et alioqui post tot servitia mea et expensas, quas in muniendis et conservandis castris finitimis feci, omnino iam defeci et quasi mendicus effectus sim. etc. Vesprimii XXVIII. Julii, anno 1543.

Servitor deditissimus
Quinqueecclesiensis.

Pray: Hierarch. I. 252. *Katona,* XXI. 306. — *Istvánffy* (hist. lib. XV.) Pécs elestéről: «Ferdinandus, quum urbem in suam potestatem triennio ante recepisset, Lucam Siculum, Iacobi filium, hominem auro potius cogendo aptiorem quam bellicis muneribus obeundis, praefecerat, attributis illi mille equitibus et totidem peditibus, quibus Stiriae provinciae ordines statis certisque terminis stipendium persolvere solebant. Erant in praesidio turmarum praefecti clari nominis, Stephanus Banffius, Valentinus Magyarus, ... Franciscus Boskaius, Mathias Alya, Sebastianus Polanius, Melchior Castellanfius, et alii complures. Sed Lucas privatorum negotiorum causa (ad exigendam, quae erat Graecii in nominibus, haud contemnendae summae pecuniam) profectus, aberat. Ceteri, qui domi erant relicti, adeo corporibus simul et animis torpescentes elanguerunt, ut prius, quam Solimanus, capta Soklosia, castra moveret, obliti officii honorisque sui, trepidare et fere muliebriter tremere, nec quicquam de urbe defendenda cogitare viderentur, sed de turpi ac inhonesta fuga capessenda mutua consilia inirent. Itaque quum Stanislaus episcopus eos multis precibus retentare frustra conaretur: conclamatis vasis, repente portis eruperant et per silvas ac nemora, paludibus et multo caeno impedita, Szigetum pars se receperunt, pars autem Babocsiam et alia loca trepidi et festinantes profugere ... Episcopus, relicta maioris supellectilis parte, tandem et ipse urbe profugit ... Sacerdotes minores, qui e collegio opulenti erant, et monachorum catervae, similes attoniti et consilii inopes, qua quisque potuit, eum sequuti, varias in partes discessere. Sed miserabilis ante alios fuga sacratarum virginum fuit; quibus quum in re tam subita et inopinata currus et iumenta ad evadendum, nec pecunia ad conducendum suppeteret: donaria, a piis hominibus olim templo et Deo dicata, aurigarum avaritiae minimo pretio addicere cogebantur. Sed neque sic miserabilis fugientium conditio insidiis impiorum militum caruit. Plerique enim eorum, per varia itinera dispersi, in eosdem desertores ac Ludovici Pekrii, quamquam Oeniponte captivi, et Emerici Verbecii milites, latrociniis assuetos, inciderunt atque ab iis crudelissime spoliati, nonnulli etiam, quod se et res suas tueri pertinacius viderentur, trucidati, ferisque et alitibus per silvas laniandi relicti fuere. Solimanus tam clarae et opportunae urbis accessione haud mediocriter laetatus, XX. die Julii eam occupavit, templaque omnia, et inprimis divi Petri, eximii operis, a priscis regibus extructum, quod in arce erat, in foeda Mahumnetanae superstitionis delubra initianda curavit; uno tantum aut altero christianis, qui quo fugerent, non habuerant, vel subito hostium adventu oppressi fugiendi modis caruerant, concesso».

249.

Prága, 1543 augusztus 1.

Dobó Ferencz, István és Domokos testvérek vallják és elismerik, hogy Ferencz fivérük szabadonbocsátása után Ferdinándot Magyarország királyául tekintik és kötelezik magukat, hogy a villyei pálosok kolostorát saját költségükön helyreállítják.

Nos Franciscus Dobo de Rwzka ac Stephanus et Dominicus similiter Dobo fratres germani eiusdem Francisci Dobo fatemur et recognoscimus per presentes, quod cum serenissimus princeps et dominus dominus Ferdinandus ... Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex... me Franciscum Dobo certis ex causis anno superiori per spectabilem ac magnificum dominum Petrum de Peren, tunc cancellarium et supremum capitaneum sue Maiestatis captivari fecisset, postea vero sua Maiestas tum ad humillimas supplicationes nostras, ac nonnullorum dominorum... sue Maiestati porrectas... me Franciscum Dobo ex ipsa captivitate libertati restituere decreverit... ob hoc nos Franciscus, Stephanus et Dominicus Dobo promittimus sub obligatione fidei, honoris et humanitatis nostre... quod nos vita nostra comite... dominum Ferdinandum regem pro vero... rege scilicet Hungarie tenebimus... claustrum fratrum heremitarum in Wyllye fundatum, per nos prefatos Stephanum et Dominicum Dobo in certa parte dirutum, in eum, in quo erat, modum antequam dirueretur infra biennium a die eliberationis mee Francisci Dobo computando nostris propriis impensis, curis et laboribus in ea parte, in qua per nos dirutum est, reedificari faciemus, bonaque omnia ad idem claustrum pertinentia per nos ablata de facto remittemus ... Datum Prage die prima mensis Augusti anno Domini MDXLIII.

Ego tam meo...

Tovább nincs. Egykorú másolat vagy fogalmazvány egy ív papir három oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Aug.—Sept. 7.*

Közli: Bunyitay Vincze.

250.

Palota, 1543 augusztus 1.

Podmaniczky János Kecsethy Márton veszprémi püspöknek írja, hogy Székesfejérvárt igyekszik megsegíteni. Esztergomot erősen ostromolja a török.

Reverendissime domine amice nobis honorandissime, post salutem et servitutis mee commendationem. Que reverendissima

dominacio vestra ex parte presidii auxiliorumque Albam prestandorum ad nos scribat, accepimus, quicquid in nobis est libenter operam nostram illis pollicemur et prestabimus, curabimusque, ut quamprimum ista necessaria illo inducantur. In reliquo reverendissimam do. vestram valere feliciter optamus. Quantum vero ad decimas servitorum reverendissime dominacionis vestre attinet, rogamus eandem, pocius velit nobis auxilio adesse, ut ille decime exigantur in usum communem, nam non parvas farinas et alia necessaria ex propriis nostris Albam induximus. Si tamen pro tempore licebit, non obstamus, ut in hoc quoque reverendissime d. vestre morem geramus. Nova non habemus nunc, nisi intelligimus fortissimam oppugnacionem Strigoniensem esse. Valeat rursus eadem feliciter. Ex castro Palotha prima die Augusti, anno Domini 1543.

Johannes de Podmanyn etc.

Kívül: Reverendissimo domino Martino de Kecheth, episcopo ecclesie Wesprimiensis etc. domino et amico nobis honorandissimo.

Eredetije papiron, kívül papirba nyomott gyűrűs zárópecséttel. Országos Levéltár: Missilisek, *P. 3.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

251.

Pozsony, 1543 augusztus 20.

Várday Pál esztergomi érsek III. Pál pápát Esztergom elestéről értesíti.

Beatissimo in Christo patri et domino, domino Paulo tertio divina providentia sacrosanctae Romanae et universalis ecclesiae Pontifici Maximo etc., dno mihi clementissimo.

Beatissime Pater, domine clementissime. Post oscula beatorum pedum et humillimam mei in gratiam Sanctitatis vestrae commendationem. Inter multa atque ardua negotia, quibus Sanctitatem vestram pro recta totius orbis christiani moderatione occupatam iugiter esse sciebam, non putavi his temporibus oportere litteris meis Sanctitati vestrae negotium praeberi, cum ea maxime, quae ipse de statu huius afflicti regni scribere debuissem, non ignorarem a plerisque, praecipue vero a serenissimo rege meo et eius legato ad Sanctitatem vestram perferri. Hoc autem tempore, cum praeter omnium bonorum opinionem arx et ecclesia

mea Strigoniensis, per quos minime decebat minimeque oportebat, turpiter est in potestatem hostium dedita, tametsi exploratum prope habebam, Sanctitatem vestram de tota belli ratione, deque hostis successu in hoc regno ad hunc usque diem factam esse certiorem, visa est tamen officii mei ratio suo quodam iure a me exigere, ut ipse imprimis litteris meis Sanctitati vestrae modum atque ordinem totius rei gestae describerem, quod mihi facile persuaderem, tali tempore inter multas et graves Sanctitatis vestrae curas mea quoque scripta locum aliquem habitura esse. Opinor autem Sanctitati vestrae latius constare, quam ut commemoratione longa opus sit, me superioribus annis inter duorum regum dissidia cum serenissimo rege meo me meaque omnia in omne tempus tradidissem, cuius sane causam meliorem esse quemque fovere partes imprimis reipublicae christianae, cum multis praeclarisque argumentis, tum vero Sanctissimi domini nostri piae memoriae praedecessoris vestrae Sanctitatis testimonio per edictum promulgato plane didiceram, arcem meam Strigoniensem cum ecclesia pro voto suae Maiestatis illi, suisque hominibus ad usque pacis tempus libere permisisse muniendam custodiendamque, prout illi magis libitum foret. Cumque non multo post vestrae Sanctitatis benignitate annata pro confirmatione mea istic debita mihi condonata fuisset, ea lege, ut pecuniam illam in munitionem arcis converterem, feci per decennium, ut cum ad singulare meum studium firmandi eum locum validis moenibus et propugnaculis, quo sane meapte natura tenebar, mandatum vestrae Sanctitatis accessisset, vetera reparando et nova a fundamentis erigendo circum arcem et moenia, prout magis praefecto regio eius loci collibitum fuerat, aedes quoque interiores instaurando ornandoque, expositis ultra quadraginta millibus florenorum in summa proventuum meorum distractione, praeterque alios praegraves sumptus inter tot bellorum strepitus et in aula principis factos, tantum iam me meis impensis effecisse constaret, ut gravissimorum hominum iudicio quemvis hostium insultum perferre, cuiusvis etiam principis aditum admittere, ut ita dicam, arx sic intus forisque a me extructa recta posse videretur. Praesidium gentium quodcunque voluit Maiestas sua, et praefectum arbitratu suo in ea semper arce habuit Maiestas sua, neque mihi unquam curae fuit cogitare de numero gentium, quae in arce satis forent, de commeatibus aliisque rebus in tali loco maxime necessariis. Quod et Maiestas sua id sibi negotii penitus desumpserat, nec sine suspicione aliqua, ut tum quidem se tempora habuerunt, ingerere me ad ista potuissem. Cumque ex

praefecto praesidii vel castellano, viro, ut mihi quidem videbatur, acri et industrio audirem commeatum omnis generis, bellicas machinas instrumentaque et materiam pro munitione imprimis necessariam ad quamvis diuturnam obsidionem ferendam in arce repositam et collocatam esse, gaudebam tam periculoso tempore, parum admodum aut nihil esse, quod ecclesiae meae pertimescerem, praesertim qui in Deo optimo Maximo confiderem, locum illum eius imprimis cultui dicatum divina eius benignitate uti antea aliquoties mirabiliter a quovis hostili insultu tutum et defensum fore.

Ecce autem hoc anno hostis superbus repente praeter morem regnum ingressus, debellatisque per deditionem duabus munitissimis arcibus, Walpo et Soklyos, oppressaque urbe Quinqueecclesiensi, secundam fortunam primo impetu adeptus, tantarumque rerum successu elatus propere ad reliqua subigenda contendens, opinione omnium celerius arcem Strigoniensem die XXIII. Julii obsedit: in qua cum ad mille quingenti pedites praeter aliam turbam collocati essent, satisque praesidii pro magnitudine loci ad quamvis diuturnam oppugnationem multorum iudicio videretur, tribueretur etiam plurimum audaciae et magnitudini animi praefecti, quippe qui multos iam annos in ea praefectura commoratus, magnam de se expectationem magnanimis suis verbis omnibus concitarat (ut fit plerumque pacis tempore): omnes prope summam spem ex Dei summi benignitate cumprimis conceptam habebamus, fore, ut frustra hostis locum illum expugnare niteretur. Sed o spes fallaces, o inanes hominum cogitationes! Septimo die postquam oppugnari quatique moenibus arx coepta est (nam decimum ferme diem antea hostes construendis aggeribus et machinis disponendis, aliisque huiusmodi parandis transegerant), quamquam pridie eius diei aggressionem irruptionemque hostium, qua moenia disiecta erant, nostri non solum acriter sustinuerant, sed magna etiam et memorabili eorum strage ipsos a moenibus repulerant, ex eoque militibus nostris animi non parum additum erat: castellanus sive dolo malo antea concepto seu metu praesentis periculi, cum iam inde ab initio obsidionis demisso vultu atque animo menteque attonita consternataque fuisset, adhibitis nonnullis praefectis militum et de numero amicorum quibusdam, mutuoque inter se habito consilio, seditiosos quosdam milites subornat, per eosque caeteris ostentat periculi magnitudinem, disiecta arcis moenia et funditus eversa multis in locis commemorat, hostem formidabilem et potentissimum adesse, penuriam

in arce quam maximam esse rerum apprime necessariarum, hortatur, ut unanimiter deligantur ad hostes, qui sese atque arcem dedentes pacem et veniam implorent, praeclare benigneque, ut in re extrema, secum actum iri, si vivis inde abire liceat. Cum facile nonnullis persuasisset, Germani milites contra instare, obtestari, ne quid tale in perpetuam infamiam atque ignominiam suam suaeque gentis struerent, non videre, unde repentina haec trepidatio in animos eorum invasisset: superiori die feliciter pugnatum, hostes accepta ingenti clade non tam facile posthac vel (ad?) irruptionem concursuros, denique quidvis potius subeundum esse, quam arcem, Christianitatis propugnaculum, per formidinem et ignaviam prodere, seseque pecudum in morem perfidis hostibus cruciandos et ad extremum necandos ultro obiicere: sperandum in Deo Optimo Maximo et pro moenibus, si ita res ferat, animam simul cum arce amittendam esse. Quae (Qui?) cum nihil proficerent, quod iam obduruerat mens praefectorum, iamque illi inter hos tumultus, nondum exploratis animis militum, misso caduceatore (?) in castra ad fidem petendam, hostibus ex composito turrim ad aquam positam dedidissent, eo conspecto hostibusque iam intra arcem ab aliquot partibus ingredientibus, milites consentire deditioni impulsi sunt, atque ita arx et ecclesia huius regni celeberrima turpiter, a quibus minime unquam potuisset existimari, prodita est, ipseque tyrannus ne aspectum quidem praefectorum post deditionem pertulit, quippe quos tali scelere inquinatos quovis supplicio dignissimos censeret, licet ipse quidem datam fidem, exutis spoliatisque praefectis et militibus, ablatisque insignibus et armis extra arcem praeter paucos dimissis, integre praestiterit. Sunt, qui affirment, viri fidedigni, castellanum iam inde ab initio conspirasse cum amicis ad tradendam arcem, scriptasque litteras et iaculo applicatas in castra proiecisse, quibus litteris debiliorem arcis partem hostes edocebat, turrim scilicet aquaticam, eaque expugnata pollicebatur arcem debitum iri. Haec tamen omnia clarius elucescent: iam enim ex his indiciis et rei exitu inopinato castellanus cum caeteris deditionis authoribus in carcerem coniectus veritatem patefaciet.

Exposui Sanctitati vestrae rem, prout gesta est, sane non sine luctu et lachrymis; tametsi enim bona proventusque archiepiscopatus mei dedita arce nondum mihi ulli erepti, vel etiam imminuti sunt, vix ipse tamen mihi superesse videor, qui ecclesia mea, quae mihi mea vita carior semper fuit, tam indigne orbatus sim: neque mehercule mors mihi acerba ulla visa foret, si mihi

mori contigisset, priusquam hoc spectaculum viderem. Satis ipse quidem diligenter insteti apud serenissimum regem meum paucis diebus ante obsidionem, ut venia sua liceret ad ecclesiam meam proficisci: divinabam iam tum animo meo peracerbam mihi inposterum vitam fore, cernebamque praesentiam meam maximum momentum ad illius ecclesiae conservationem allaturam esse, sed in hoc magistratu posito impetrare nequaqnam licuit.

Nunc, quod restat, urgere dies et noctes non cesso, ut sua Maiestas coactis quibus potest copiis, venire in hoc regnum ipsa non differat et se hosti ingenti quidem multitudine hominum stipato, sed paucis ad pugnam manusque conserendas aptis, acriter divino fretus auxilio opponat, habitura, si venerit, incredibilem ex hoc regno equitum numerum ad tam salutarem expeditionem. Recreati enim nostratium animi et in spem meliorem erecti, praesentem quisque operam certatim praestabit suae Maiestati, adeo ut divina spe adhuc hoc anno recuperari posse Strigonium sperandum sit. Sanctitati vestrae meo et aliorum nostratium nomine immortales ago gratias, quod tempestive copias suas velut etiam superiori anno in subsidium huius afflictae patriae misit, pro qua quidem eximia in nos pietate habebit Sanctitas vestra et sui posteri nationem hanc sibi perpetuo devinctam atque obligatam. Ego vero, qui iampridem in Sanctitatis vestrae gratia et benignitate peculiarem quandam fiduciam repositam habeo, quique illi et suis omnibus me in omne tempus devovi, cum pro illius incolumitate felicitateque orare Deum nusquam omittam, eidem supplico humillime, dignetur me veterem suum fidelem capellanum solita gratia amplecti, nec indignum reputare, in quem pro temporum et rerum occasionibus munificentiae et liberalitatis suae aliqua signa conferat. Cui me rursum humillime commendo. Datum Posonii die XX. Augusti anno MDXXXXIII.

Sanctitatis vestrae

humillimus ac fidelis servitor et capellanus

Paulus,

archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Theiner: Vetera monumenta Slavorum meridionalium hist. illustrantia. Tomus I. Romae, 1863. 654—656. l.

252.

1543 circa 20-am Augusti.

Névtelennek Esztergom elárultatására vonatkozó levele, melyben kimutatván azt, hogy a várfeladása semmiképen sem igazolható, az árulók megbüntetését kivánja.

Sacratissime rex... Tametsi credimus Maiestatem v. per literas domini locumtenentis et consiliariorum et ex aliis prelisque locis abunde edoctam de modo atque ordine proditionis arcis Strigoniensis, illud in ea re facturam atque ita in authores proditionis animadversuram esse, ut satis omnibus liquebit Maiestatem v. tanta facinora ex merito punivisse; tamen proditio tam manifesta sit, ut probatione, longaque consideratione non admodum egeat. Siquidem non solum res ipsa declarat, prefectos, quorum intererat ad interitum usque pro statione pugnare, officium eorum deseruisse et cum diutius adhuc quamvis arcem, oppugnationem sustinere possent, ultro tamen munitissimam arcem hostibus prodidisse; verum etiam complura testimonia tum militum ipsorum, Germanorum presertim, tam nostrarium, qui in arce remanere compulsi sunt, ex quibus aliqui iam fidedigni iam exiere, plane affirmant: nullam fuisse causam, quam ob rem iure deditionem facere cogerentur, sed omnino ex composito locum prodidisse. Ea res autem maximum ubique terrorem ac perturbationem intulit, neque parum ad multas res recte gerendas profutura sit hoc tempore talium hominum punitio... Inter eos, qui proditionis authores dicuntur extitisse, Augustinus Sbardellatus prepositus ex multis indiciis per dominum locumtenentem, tanquam prelatum suum detentus est. Quippe, qui cum a locumtenente cum nonnullis aliis sacerdotibus in arce penes ecclesiam relictus esset, ut divinis vacaret, oblitus est ipse officii sui ad capitaneorum munera se ingessisse et particeps omnium consiliorum cum ipsis extitisse et manu quoque sua scripta exorasse perhibetur, quibus de modo proditionis cum hostibus agebatur; de quo pariter Maiestas v. quid fieri oporteat, dignabitur iubere...

Két ív papirnak hét oldalán, kelet és aláirás nélkül, de a m. kir. Helytartótanácsnak Pozsonyból 1543 augusztus 31-én a királyhoz intézett felterjesztéséhez van csatolva és kétségkívül ugyanaz az «informatio», melyről az idézett felterjesztés mondja : «Misimus ad Maiestatem v. s. hunc r. d. Albertum de Pereg prepositum Quinqueecclesiensem, prefectum Camere et consiliarium v. Maiestatis, cui de omnibus rebus nostro nomine referendis Maiestati v. dedimus informationem». — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Aug.—Sept. 76.*

Közli: Bunyitay Vincze.

253.

Gyulafehérvár, 1543 augusztus 27.

Csáki Mihály krasznai főesperes, gyulafejérvári kanonok Gyalui Deák Mátyás panaszára megidézi Erdődy András hátrahagyott özvegyét.

Venerabilis dominus Michael Csáki, archidiaconus Krasznensis, canonicus ecclesiae Albensis Transylvaniae ac in officio vicariatus iudex surrogatus etc. in foribus ecclesiae eiusdem, solito more publice citari mandat et citat nobilem dominam, relictam quondam Andreae Erdődy, iam nuper de partibus peremptorie ad instantiam nobilis Matthiae Literati de Gyalu, arendatorits decimarum episcopalium in comitatibus Doboka et Zolnok deputati citatam et certificatam, ac minime comparentem ... ad obiecta et quaerelas eiusdem Matthiae Literati de iure responsuram etc. Datum Albae Juliae 27. die mensis Augusti anno Domini 1543.

Szeredai: Notitia veteris et novi Capituli ecclesiae Albensis Transilv. 164.

254.

Prága, 1543 augusztus.

Oláh Miklós zágrábi püspökké és kanczellárrá neveztetik.

Serenissimus rex Ferdinandus, nunc imperator, eodem anno (MDXLIII.) ... mense Augusti creavit Nicolaum Olahum Pragae in episcopum Zagrabiensem et cancellarium Hungariae.

Nic. Oláhi compendiarium suae aetatis Chronicon. M. *Bél:* Adparatus ad historiam Hungariae. (Posonii, 1735.) 40. l.

255.

1543 circiter finem Augusti.

Lutheranismus Székesfejérvárott.

— — — — — — — — — — — — — — —

Postea rursum (caesar Turcarum) obsedit eorum civitatem predictam Albam Regaliam.

Quod jam viderunt Hungari ciues ciuitatis, timuerunt valde, quod habebant nouiter prophetam Lutteristam vnum scolasticum nomen Ludovicum. Qui ciues omnes erant scismatici a Sede Apostolica diuertissent, sese a recta fide catolica declinauerant se

ipsos. Qui latrones dicebant in primo articulo, quod Sanctissimus Papa non haberet nullam authoritatem absoluendi a peccatis populum; secundo, quod ewcaristia essent idolum; tercius articulus, quod Beata Virgo fuisset communis mulier sicut mater ipsius; quartus articulus, quod jejunium non precepit in evangelio; quintus articulus, quod sacra elemosina nullum prodest post decessum anime. Et insuper ordo sacra (!) nullius valoris esset, et sic de singulis, quod per infidiam venerat ira Dei super illos ciuitatensibus secundum Apostolum.

Et cepit cesar jam expugnare ciuitatem Albam Regalem in dies paulatim, non repente sicut prius. Et ad duellum omni die peragebant ac exercebant; et semper Hungari opptinebant; ita quod jam cesar Turcarum jacuerat sub ciuitatem Albam Regalem, et gens sua in dies deficiebant ita, quod de ciuitate per murum pedites ac ciues Lutteriani nudas naticas suas blasfeman. Turkos agebant. Quum vidit hec latrocinia cesar Turcarum, seu sit, quod non essent probi viri, sed gens pussilanima ac inpudentissima statim cesar erat inspiratus per angelum Dei, sicut Alexander magnus, vt mouerat sese cum acie sua contra Jerusalem, et affligeret eos propter blasfemiam eorum contra Deum.

Tandem postquam Turcae exteriorem urbem capiebant, continuat... Et jam latrones ciues, qui erant blasfematores contra sanctos et sanctas Dei; et extra portauerant de ecclesia Petrum et Paulum, qui erant de ligno fabricati ac deaurati ad memoriam, cum una corda ligauerant per collos eos, et supra portauerant ad murum ciuitatis et per eculeum extra murum suspenderunt, et dicebant eis imaginibus: «Noh, dicebant, adiwate nobis latrones, et credimus vobis deinceps, si potestatem habetis, quam Deus altissimus. Nescimus, Deus non wlt nos adiwari, jam vos adiwate».

Post enarrationem, quomodo caesar Turcarum 4-a die Septembris arcem ingressus est, adiicit... — Ciues offertorium ordinauerant sibi, et obtullerunt ei oues et boues ad mensam suam, et cesar cum honore suscepit eos ciues et sacerdotes. Precipue sacerdotibus commisit ac precepit, ut Deum orent die noctuque pro anima ipsius et pro anima Joannis regis. Hec audien., qui erant Turci Hungari riserunt et dixerunt cesari: «Vere, domine cesar, non multum ipsi jam adorant Deum, quia Lutteriani sunt». «Quomodo, ait cesar, habent fidem?» Et e conuerso dixerunt: «Negant jejwnium, sacram elemosinam et sacrificium in oracionibus suis». Erant coram cesarem septem sacerdotes astan.; et valde sua Majestas cesar scitatus erat de fide

nostra catholica; et singilatim interrogabat eos, quidam aut alio modo, quidam bene. Erat vnus senex sacerdos, bene rectificare ceperat coram cesare —. Quia, fratres mei charissimi, valde sciscitabatur de fide nostra cum placencia bona et istum senem sacerdotem valde complacuit sibi. Et constituit cesar duodecim sacerdotes Hungaros, vt teneant ecclesiam catholieam suorum more eorum; et prouentum concessit eis, sicuti in pristinum solebant uti. Prepositus non erat presens latro, quia ad episcopatum Quinque Ecclesiensem ordinauerat se per Simonem Litteratum de Attinay, et die exilierat coram Turcarum gencium ad regem Ferdinandum; et demum difficile impetrauerat sibi benefficium nomen Stanislaus a Ferdinando rege in Vienna prepondituram Scepusiensem. Quia latro sub nomine episcopatus et sub nomine praeposituram tollit vellera populorum et prouentum de ara Christi; et nil orat, nil vigilat, nil procurat de communi populo.[1]

Szerémi György Emlékirata Magyarország romlásáról. Pest, 1857. 390—396. ll.

256.

Wittenberg, 1543 szeptember 1.

Luther Márton levele Ramasi (Ramser) Mátyás szebeni lelkészhez. — Dicséri a Honter-féle «Libellus Reformationis»-t és ajánlja Ramasinak, hogy Szeben reformálásában ehhez és a brassaiak eljárásához tartsa magát.

Venerabili in domino viro, dno Matthiae Ramassi, pastori Cibiniensi et decano eiusdem capituli, fratri carissimo. Gratiam et pacem in Domino. Obtulit mihi tabellarius tuus, mi Matt-

[1] Exstat epistola Nicolai Kapy fratri suo natu maiori, Andreae Kapy (V. Magyar Protestáns egyh. és isk. Figyelmező. III. (1872.) évf. 109. l.) directa Leutschoviae sine anno, at sexta die mensis Septembris scripta. Hanc, quia scholas Leutschoviensem, Bartfensem et Patakinam memorat, huic collectioni inserere debuissemus, si revera, ut plures asserebant, anno 1543 tribuenda esset. At non a. 1543, sed a. 1602 scripta est. Mentio enim fit hac in epistola arcis Albaregalis tunc a Turcis occupatae. Haec arx a. 1543 die 4-a mensis Septembris a Turcarum caesare expugnata est. Impossibile est nuntium huius iam 6-a m. Septembris Leutschoviam advenisse. Altera vice a. 1602 iam 29-a Augusti capta est arx. Ergo huius fama decursu 8 dierum utique pervolare potuit et debuit Leutschoviam. (V. Szalay László: Magyarország története. IV. 239, 427.) Genealogia familiae Kapy idem probat. Nam Nicolaus et Andreas incogniti sunt inter viros huius familiae saeculo XVI. viventes, at vero facile inveniuntur inter initio saeculi XVII. florentes. (V. Nagy J. Magyarország családai. V. 78—79.)

hia, una cum litteris tuis libellum de reformatione Coronensis ecclesiae et totius provinciae Barcensis, typis Coronae excusum, quem volui ad te mittere, sed tabellarius dixit, abundare isthic apud vos exemplaria, voluitque penes me retineri: omnia enim, quae tu a me petis, in isto libro offendes melius, quam ego scribere possum. Placuit enim mihi vehementer, qui tam docte, pure et fideliter scriptus est. Igitur hunc libellum lege, et cum Coronensis ecclesiae ministris communica; illi tibi erunt utilissimi cooperarii pro ecclesiae tuae reformatione. Nam nostrae ecclesiae formam diligenter prosecuti sunt in isto libello, ad quem et ad quos te remissum volo. His in Domino felicissime vale et prospere age. Amen. Sabbatho Aegidii 1543. Tuus Martinus Lutherus Dr.

Közölve *Benkő:* Milkovia, sive antiqui Episcopatus Milkoviensis Explanatio. Viennae, 1781. II. 476. l. — Fabó: A m. és e. országi evangelikusok okmánytára. I. 13.

257.

1543 szeptember 3.

Melanchton buzdítja Ramaszi Mátyás szebeni lelkipásztort a lutheranismus terjesztésére.

Venerabili viro et egregio doctrina et pietate praedito domino Mathiae Ramassi, pastori ecclesiae Cibiniensis, Philippus Melanchton salutem dicit.

Praecipua consolatio est in calamitatibus, tanquam portum prospicere, videlicet intelligere, Deo nos curae esse et recte eum invocare. Hac consolatione nos iam in Turcicis his vastationibus et aerumnis utamur. Ardet orbis terrarum communi incendio, in quo Deus tamen non sinit penitus deleri ecclesias et mitigabit mala publica, si eum rursum invocare discemus et idola abiiciemus. De ritibus ecclesiae nostrae audito eos, qui illos viderunt, magis enim perspicue narrari, quam describi possunt. Praecipua autem sit cura, ut populo tradatur doctrina incorrupta et salutaris. Et quidem pueritia ad catechesin assvefacienda est. Maiores natu, qui admonitionibus privatis indigent (sunt enim multi rudes) examinentur de doctrina et erudiantur in eo colloquio privato, quod confessionem vocant. Utrique vero, senes et iuniores, planis et perspicuis concionibus de summa doctrinae christianae doceantur, ubi prudenter eligendae sunt materiae, quae prosunt populi mentibus, ut: loci de poenitentia, de fide, de invocatione, de cruce, de

operibus a Deo praeceptis, de discrimine verae pietatis et superstitionum. Copiosius, arbitror, pastorem ecclesiae nostrae respondisse. Mihi et Coronensis ordinatio placet et oro aeternum Patrem domini nostri Jesu Christi, ut reliquias suae ecclesiae servet nec sinat in Pannoniis et Germania deleri nomen Christi. Spero etiam illuxisse flammam evangelii, ut aliquam pii in tantis miseriis consolationem habeant et ut prosit eorum doctrina ad religionis verae conservationem in hac vastatione, donec Deus iterum expellet ex hac regione Turcas. Non enim diu grassabuntur in Pannonia et reliqua Europa. Bene et fideliter vale et rescribe. Die 3. Sept. 1543.

Fabó: A magyar és erdélyországi mindakét vallású evangelikusok Okmánytára. I. 14—15. ll.

258.

Wittenberg, 1543 szeptember 3. körül.

Bugenhagen János küldi Ramaszi Mátyásnak a wittenbergi felavatásmódját, helyesli a brassói hitjavitásról kinyomtatott könyvet.

... Mathiae, Cibiniensis ecclesiae pastori... Joannes Bugenhagius Pomeranus tuus... Legi litteras tuas Mathia carissime, vidi vestrarum ecclesiarum ordinationem et reformationem. Deus novit, quam gavisus sim et gratias egerim Patri misericordiarum, qui non desinit rursum dilatare regnum Christi, Filii sui, per evangelium aeternum etiam isthic apud eos, ubi omnia sunt perturbata per Turcam... Formam, quemadmodum ordinavimus ministros, mitto ad te. Ordinem autem doctrinae, sanae, et observationis in ecclesiis vestris non possum meliorem rescribere, quam vos misistis ad nos Coronae excusum. Miror Dei bonitatem, quod tam sinceram doctrinam et observationem statim ab initio dedistis ecclesiis et obsecro Christum... ut in hac puritate vestras ecclesias promoveat et conservet, ut instructae catechismo, nobis divinitus dato crescant perpetuo in cognitione domini nostri Jesu Christi... Reformatio Coronensis per omnia consensit nostrae... Ut autem confirmetis vestra et confutetis ea, quae sunt antichristianorum, non opus est, ut scribamus nunc vobis siquidem, quod fatemini, et vos in vestra reformatione habetis sanctissima scripta post sacram scripturam patris nostri Lutheri, domini Philippi Melanchtonis et nostrorum. Brevi quoque, ut spero, post hasce nundinas, accipietis integros meos commentarios in totam epistolam I. ad Corinthios... Ex Vittenberga 1543.

Fabó i. m. I. 15—16. ll.

259.

Gombaszög, 1543 szeptember 15.

A gombaszögi pálosok varbóczi szőllejüket Horváth Albert szárdvári várnagynak eladják 100 forintért.

Nos fratres Symon vicarius et Johannes Zabo, conventusque cenobii Gombazegh degentes, ordinis divi Pauli primi eremite, universis et singulis presentem paginam inspecturis memorie commendamus, quod nos ex voluntate ac iussu patris generalis, fratrís Emerici videlicet, vineam nostram propriam in promontorio Warbocz existentem, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis uuiversis egregio domino Alberto Horwati pronunc castellano castri Zaard et per eum suis heredibus heredumque suorum imposterum successoribus contulimus, donavimus et dedimus tenendam pariter et habendam centum florenis, quos ab eo integre levavimus, in cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes literas sigillo maioris conventus nostri roboravimus. Datum ex cenobio nostro Gombazegh in octava beate Virginis Marie nativitatis anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Eredetije papiron, alul a konvent papirba nyomott pecsétjével. Országos Levéltár: *N. R. A.* fasc. 819. Nr. 66.

Közli: Iványi Béla.

260.

Sopron, 1543 szeptember 16.

A veszprémi székesegyháznak Sopronban elhelyezett egyházi szerei és kincsei.

Regestum factum super rebus et bonis ecclesie Wesprimiensis die dominica proxima post octavas nativitatis b. Virginis Marie Sopronii per honorabiles magistros Albertum de Zenthkÿralzabadÿa, lectorem, Andream Horvath cantorem, Paulum de Heghfalu custodem, alterum Paulum de Raÿk archidiaconum Zaladiensem, Joannem de Czegled et Gallum de Rezy canonicos prefate ecclesie Wesprimiensis locatis et depositis.

Item caput s. Georgii martiris cum teca argentea in una ligata.

Calices... unacum calice de Papkezy, loco cuius alium dedimus... 14.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item lignum vite in auro cum teca argentea.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item una mitra gemmata antiqua.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item sertus (!) gemmatus ad caput s. Georgii.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item fistule argentee 23 pro baculis coratorum (?).

— — — — — — — — — — — — — — —

Item teca argentea reliquiarum in modum turris facta, unus Zománcz deaurata cum lapidibus pretiosis.

Item alia teca argentea in modum sepulcri facta continens reliquias sanctorum varias.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item dominus custos tandem ex Sabaria adduxit Sopronium ista bona et res pretiosas: monstrantias 2 deauratas... item calices 2 de Palaznak... item tecam parvam continentem s. Viti digitum...

Item dominus custos duxit Wesprimio 4 calices, 2 de argento 2 de argento una cum patenis suis.

Ex quibus premissis bonis et rebus ecclesie nostre ad mandatum rmi domini nostri sabbato proximo post festum beate Elizabeth vidue pro conservatione arcis Vesprimiensis dedimus et assignavimus ad manus prefati domini Pauli archidiaconi Zaladiensis.

Item calices 6 argenteos inauratos cum patenis.

Item fistulas 23 argenteas pro baculis coratorum (?).

Item tecam argenteam deauratam reliquiarum.

Item cruces 2 argenteas.

Item monstratorium novum de argento deauratum. Res he pretiose vendite sunt iussu episcopi per eundem Zaladiensem archidiaconum et Joannem Nemeth canonicum pro 490 florenis. Pro conservatione ibidem arcis alia vice anno 1541 vas pro aqua benedicta et aspersorium de puro argento utrumque pro 40 florenis auri venditum. Item pro eadem conservatione eiusdem arcis anno 1543 e bonis et rebus ecclesie argenteis deauratis ad valorem 50 marcarum.

Beke Kristóf kézirata, III. periodus 8—9. ll. nmélt. báró Hornig Károly veszprémi püspök gyüjteményében.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

261.

1543 október 5.

A kolosmonostori konvent kiküldöttei Ferencz szerzetes pap és András deák előtt Chyrny Anna kolosvári ferenczrendű apácza, szombattelki birtokát 200 forintért eladja Gerdey Demeter fogarasi várnagynak.

Nos conventus monasterii beate Marie Virginis de Colosmonosthra, memorie commendamus per presentes, quod cum nos ad instantem et legittimam peticionem religiose monialis nobilis domine Anne Chyrny, filie nobilis olim Stephani Chyrny, propter gravissimam suam infirmitatem nostram nequivisset accedere presenciam, duos ex nobis videlicet religiosum fratrem Andream sacerdotem ac Franciscum literatum notarium nostrum socios nostros conventuales ad ea, que idem domina Anna Cheriny coram ipsis fateretur, videndum et audiendum et tandem nobis referendum nostris pro testimoniis fidedignos duximus transmittendos, qui demum ad nos reversi nobis conscienciose retulerunt eo modo, quod ipsi feria sexta post beati Francisci confessoris ad civitatem Coloswariensem, ubi religiose moniales sew sorores ordinis divi Francisci residentiam facerent, pariter accessissent, ubi prefata Anna Chyrny coram ipsis personaliter constituta sponte et libere confessa est in hunc modum: quod ipsa partem possessionis Zombathtelke in comitatu Colosiensi existentis ipsam contingentem Demetrio Gerdey, castellano Fogarasiensi, eiusque uxori Ursule pro 200 florenis vendiderit... Datum prefata feria sexta proxima post festum beati Francisci confessoris, anno Domini 1543.

Országos Levéltár, kolozsmonostori protocollum «Széllyes» (Dl. 36406.) új számozás szerint 90—91. lap.

Közli: Iványi Béla.

262.

Bécs, 1543 október 25.

Ferdinánd Pozsony városát az óbudai, most Pozsonyban lakó apáczák zaklatásától eltiltja.

Ferdinandus rex intelligendo, quod cives Posoniensis civitatis monialibus de Veteri Buda nunc Posonii commorantibus «victualia, sine quibus uti non possent, ex bonis et redditibus

earum povenientia ad civitatem istam nostram importari eis non permitteretis, iobagiones terras, prata, feneta vineas et alia territoria, quae ad praefatum monasterium ab antiquo spectassent, eis non remitteretis, literas modo privilegiales monasterii eiusdem apud vos teneretis, praetera militibus et aliis hominibus prophanis, quos vel exercitandi vel alterius rei gratia ad ipsam civitatem nostram pro tempore venire contingeret, intra monasterium earum hospitia dare soliti essetis», praecipit, ut earum privilegia diligenter observent.

Papiron, eredetiben és XVII. századi egyszerű másolatban. Országos Levéltár: Acta Monial. Poson. fasc. 47. Nr. 22. és fasc. 53. Nr. 45.

Közli: Iványi Béla.

263.

Bécs, 1543 október 23.

Ferdinánd király ujra kéri III. Pál pápát, hogy Várday esztergomi érseket bíboros méltóságra emelje.

Beatissimo in Christo patri et domino, domino Paulo III. divina providentia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo pontifici, domino nostro reverendissimo.

Beatissime in Christo pater et domine, domine reverendissime. Post humilem commendationem filialis observantiae nostrae continuum incrementum. Non ignorat Sanctitas vestra, quanta diligentia aliquoties iam scripserimus ad eam in commendationem reverendi fidelis sincere nobis dilecti Pauli archiepiscopi Strigoniensis, locumtenentis nostri in Hungaria, quo etiam studio petierimus tum per reverendum nuncium vestrae Sanctitatis apud nos residentem, tum etiam per nostrum agentem, qui istic est apud vestram Santitatem, ut in creatione cardinalium archiepiscopi quoque Strigoniensis rationem habere dignaretur non solum, quod in eo gratissimam rem nobis Sanctitas vestra factura esset, sed quod ipse se tali munere dignum exhibere modis omnibus studeret. Respondit Sanctitas vestra ad huiusmodi petitiones nostras benigne satis et se data occasione voto nostro obtulit aliquoties satisfacturam. Etsi igitur putamus, ulteriori commendatione minime opus esse, ut qui occasionem a Sanctitate vestra non praetermissum iri confidamus: cum tamen ipse archiepiscopus Strigoniensis difficillimis his temporibus non nobis solum et regno nostro Hungariae, sed toti reipublicae christianae indefessa sollicitudine sua

curandis tractandisque negotiis Hungaricis, dum nos in aliis regnis et provinciis nostris esse cogimur, gratum se et acceptum magnopere praestet et pro sua veteri in Deum Optimum Maximum religione ac sedem apostolicam Sanctitatemque vestram singulari prope observantia quavis accessione plane dignus sit: his sane de causis illi de nobis et christiana republica tam sollicite benemerenti, si promotione ista gratificaretur Sanctitas vestra, eam rem plurimum ad statum harum partium religionemque conservandam hoc tempore conducere posse facile arbitramur. Quae omnia, cum Sanctitatem vestram recte videre existimemus, ab eadem petimus vehementer, in proxima creatione cardinalium eundem Strigoniensem toties a nobis commendatum et alioquin ista Sanctitatis vestrae liberalitate bene dignum nolit praetermittere, sibique persuadeat, nos magni muneris loco a Sanctitate vestra hanc Strigoniensem promotionem reputaturos esse, prout hac de re latius mandatum dedimus agenti nostro apud Sanctitatem vestram, cui fidem plenam habere dignabitur. Eidem Sanctitati vestrae nos obsequiose et reverenter commendantes. Datum in civitate nostra Vienna die XXIII. mensis Octobris anno Domini MDXLIII. regnorum nostrorum Romani decimo tertio, aliorum vero decimo septimo.

E(iusdem) S(anctitatis) v(estrae)

humilis et obsequens filius
Ferdinandus.
Jo. Jordanus s.

Theiner: Vetera monum. Slavorum merid. I. 657.

264.

Eperjes, 1543 október 25.

Verner György a szepesi prépost, káptalan és az ezen egyház alá tartozó plébánosok abbeli panaszát, hogy a szepesi vár tisztviselői őket jövedelmeikben károsítják, igazságtalanul elzárják és zsarolják, azon megjegyzéssel terjeszti fel a királyhoz, hogy a panaszok valók.

Sacratissime rex... Rogaverunt me plurimum praepositus et capitulum ecclesie Scepusiensis, ac imprimis, qui eidem ecclesie subiecti sunt, plebani, ut quia se a moderno arcis Scepusiensis castellano Ladislao Zwneÿ et ceteris officialibus gravissime oppressos sentiunt: Maiestati v. supplicarem, ne eos hunc in modum opprimi patiatur. Quia vero querele eorum minime ob-

scure aut iniuste sunt, non potui, quod petebant, recusare, cum presertim mihi etiam constet prepositi et capituli proventus per eundem castellanum illegitime esse interceptos, ac plebanos ipsos per nonnullorum etiam ex ipsis indignissimam captivitatem indebitis exactionibus esse gravatos ... Ceterum quod adtinet ad oppidum Lizka, quod eiusdem ecclesie est, sed nunc per dominos Andream Bathory et Casparem Seredj tenetur occupatum ... Datum Eperies 25 die Octobris anno 1543.

Sacr. Maiestatis v.

humillimus servitor
Georgius Vernerus.

Kívül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regie Maiestati.

Egy ív papir első oldalán, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Okt.—Decz. 17.*

Közli: Bunyitay Vincze.

265.

Bécs, 1543 november 2.

Ferdinánd király, hogy a somogyvári apátság török kézre ne kerüljön, annak védelmére 300 forintot utalványoz.

Ferdinandus rex camerae Hung. Quum ab omnibus ferme subditis fidelibus intelligat, arcem et monasterium abbacie Simigiensis ab hostibus Thurcis undique circumfusis, non secus premi, ac si obsessa esset, parumque ex redditibus illius ad conservacionem necessariis percipere potuisse, praecipit, ut ad illius defensionem annue floreni 300 convertantur.

Országos Levéltár: Benignae Resolutiones regiae. I. kötet. 58. l.

Közli: Iványi Béla.

266.

Teschen, 1543 november 3.

Fabianus herczegi udvari prédikátor levele Beszterczebánya városához. — Köszöni meghivásukat. Ha rajta állana, elmenne hozzájuk lelkipásztornak, de ura, a herczeg, nem bocsátja.

Gnad fried vnnd barmherczckeyt von gott dem Vater durch Jesum Christum, seynen son vnsern Heilandt, bevar, Herr richter

Ersamer Herr vnd namhafftige weisse Hern desz radtz alle miteynander. Eur N. W. schreibenn, welches iczundt kürczlich an mich gethan ist, entpfangenn hab, aus welchem ich entlich alle brunstliche lieb vnnd gunst, dj Eur N. W. gegen mir alleczeit hatt, vorsthandenn hab, vnnd darnebenn ein ffreintliche bitt vnnd ermanung thut czu meiner besserung, Christlicher Kurch vnnd glaubens halbenn, Nemlich wie das Eur N. W. auff dis mal fast benötiget vmb eynen Kurchenn diener ist, czu welchem mich den Eur N. W. gedacht hatt czu ruffenn. So bedancke ich mich erstlich aller ehr vnnd ffreintschafft, dj mir Eur N. W. iczundt genugsam durch schreuben vnnd wocation halben thutt, In gegenwertickeyt aber des Hern Michaelis dj weil er bey vnns neulich gewesenn ist, welches denn ihm wol kundt vnnd offenbar ist, noch dem ich ihm meynen wllen (!) gancz vnnd gar auffgeschlossem hab, vnnd do angelanget, mit treuen, auff das so er mich ungern ffulet, erstlich beÿ Eur N. W. mit eyner czimlichen Condition vnnd dienst vorsorget, ÿhn der meiynung aber, wo ich mitt fug von ffürstliche genad möcht frei werdenn. Der halben wisset Ersame W. Heren, das ich (der ich warlich keÿnenn Willenn, alhie bei ffürstlicher genad hab czu bleibenn) neulich beÿ ffürstlicher genad gewesen bin, vnnd da auff meiner sachenn, warlich genugsam, noch meinem besten vermugenn, mit ffürstlicher genad gehandelt hab, vnnd auffs aller ffreintlichste gebetenn, auff das mich ffürstliche genad des amptz vnnd mühe vortan wol ffrei sagenn, welcher ich bis hieher getreulich gepfleget hett. So glaubt das ffürstliche genad gancz vnwillig, auff dis mein begeren gewest ist, vnnd mich warlich mit nicht hatt ihm sÿnn ffrei czu lassenn, Ja auch in gegenwertickeit offentlich wider mich gesagt hatt, das ich nur solch vurnemen weiter aus meynen synn schlagen soll, vnnd des aus warten, vnnd fleis haben was mir vnter handt gegeben wor. So hab ich mich (als ein Vntertaner) nicht kunnen ffürstlicher genad auff dise seyne wortt entsetczenn, oder wndersagen, sunnder mich seynen wllen vntergeben wnnd applaudiren. Nichts dester wÿnniger sag ich Eur N. W. czu, als meynen gunstigen Heren vnnd Nachbaurn (czu welchen all meyn synn alleczeyit sthehet) meÿnen grösten fleis nicht schparenn, vnnd trachten, domit ich von ffürstlicher genad möcht, ffrei werdenn, vnnd auffs nechste ich, das von ffürstlicher werd erlangenn. Szo will ich Eur N. W. wllen vund begeren (szo waÿt szo Eur N. W. wie iczundt eÿnes vorgehers vnnd hÿrten desz wortz vnnd Euangelj Christi wÿrt mangeln) erffüllenn. Iczundt was ich nicht, was ich an Eur

N. W. ihnen schreibenn soll, allein das beger ich von gott dem almechtigenn, auff das er vnnsz alle ffrisz vnnd gesundt, beÿ rechtem glauben vnnd erkentnusz der warheit Christi Euiglich erhalten vnnd behutten wolt, damit seÿt alle gott ihn seyne schucz befolen gesundt, gegeben czu Thessenn 3 Nouembris. Im 1. 5. 4. 3. Jar.

Fabianus,

ffurstlicher prediger Eur williger alleczeit.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 209. Nr. 10.

Közli: Timon Ákos.

267.

Bécs, 1543 november 7.

Oláh Miklós alkanczellár és báró Eytzing Ulrik tudatják a pozsonyi harminczadossal, Hiller Wolffal, hogy a király és nővére Mária II. Lajos emlékére örökös misealapítványt tettek a thali pálosoknál és ezért évenkint a thali pálosoknak a harminczadból 20 forintot kell fizetni.

Lieber Wolff Hiller. Nachdem die kunigeliche Maiestat, unser genedigiste Fraw Kunigin Maria zu hochlöblicher gedachtnusz Ir. Maiestat liebsten herren und gemachels Kunig Ludwigen zu unnser lieben frawen im Tall, den Bruedern im Closster daselbst Pauliner Ordens, zwaintzig gulden humgerisch in muntz da entgegen sy ain ewige Mess taglichen lesen sollen, von dem Einkhomen des Dreissigist Prespurg, jetzo eur verwalthung bezalen zu lassen verschriben, inhalt der verschreibung so Ir kunigliche Maiestat daruber geferttigit und die hievorgedachten Brueder Pauliner ordens zu unnser lieben frawen im Tall bei hannden haben, der datum stet Prespurg, an sanct Peter und Pauls tag im Sibenunndzwaintzigisten Jar, so ist doch den merberuertten Bruedern solch gestifft gellt ain guete Zeit her nit geraicht worden. Weil aber hochernanndt konigliche Maiestat unnser genedigiste fraw, unns jungst herauf geschriben und bevolhen, den vilgedachten Bruedern im Tall obgedacht Stifft gelld widerumben zu verordnen, so ist in Ire kunigliche Maiestat Namen, unnsser ernnstlicher bevolch an Euch, ir wellet nun hinfüran alveg järlich den offternannten Bruedern Pauliner Ordens zu unnser lieben frawen im Tall, von der täglichen Mess wegen, so sy zu loblicher gedachtnuss Künig Ludwigen haltten sollen, gegen iren Quittungen zwaintzig gulden hungerisch in muntz, den gulden

per zehen schilling phennig, oder funff unnd siebentzig kreitzer, gerechendt zuestellen, und bezalen, und Innen die ersst bezalung der zwaintzig gulden zu enndt ditz gegenwärttigen funfftzehenhundert und drey unnd viertzigisten Jars, das ist den letsten tag des Monats decembris nagstkhomendt thuen unnd furan järlich alweg zu eundt aines yeden Jars, den letsten decembris mit erlegung der zwaintzig gulden hungerisch in muntz also fortfaren damit sy die Brueder im Tall entgegen aber solhe tägliche unnd ewige Mess auch jederzeit vorbringen. So wellent unnser genedigisten frawen jetzigem unnd kunfftigen dreissigern zu Stampha in unnserm Namen bevelhen, das sy je zu zeitten, weil sy nahendt dahin haben, in das Closster ainen Ridt thuen, sehen und auch darob sein, das solche Mess täglichen gehaltten werde. Solche zwaintzig gulden hungerisch in muntz sollen euch järlichen in euren Rechnungen gegen der Brueder im Tall Quittungen fur guet auszal passiert werden, unnd ir thuet daran hochgedachten kuniglichen Maiestat unnser genedigisten frawen ernustlichen bevelch und Mainung. Actum Wienn den sechsten tag des Monats Novembris, anno etc. im dreyunndviertzigisten.

Nicolaus Olahus,
E. Z. vicecancellarius Hungarie etc.

Ulrich freyherr von Eytzing,
manu propria.

Eredetije papiron, az aláirottak papirba nyomott gyűrűs pecsételvel; Országos Levéltár: Acta Paulinorum 386. csomó, régi jelzete: Actor. prov. de Thal. fasc. 5. Nr. 3.

Közli: Iványi Béla.

268.

Kézsmárk, 1543 november 17.

Magister Bartholomaeus (Francsik Bertalan) levele Kreusel János beszterczebányai polgárhoz. Karácsonyig Warkocs úr szolgálatában kell maradnia; de azután szabad lesz s ha meghivása egyértelműleg, a község és plébános beleegyezésével fog történni, kész hozzájuk prédikátornak menni.

Gott seÿ mit vnns allenn Amen. etc.

Ersamer lieber Herr Hannss dass schreibenn an mich gethan habe ich vorlesenn, seines inholds auch woel vorstanden, Die weilenn ich aber ÿn Einem vorsthee der Ersamen weissen Herrn gnediges vornemehn gemuth vnnd Hertz so in Meiner Vntwirdt mich tzu beruffenn tzum höchsten ampt gottes des Ewigen Vaters

bedanck ich mich dess am ÿesthen höchlichen der gantzen erbarn gemeinen Rott, vnd Rhatt. Gib gott, dass iche inn meinen geistlichen Dinsthen ersthatten kundt, dor gleichen auch vm euch lieber Her Hans, dann es ja woor ist dass alle Dink die Himlischen vnd ÿrdischen durch mittel ÿmels angeffangen werden, auch volendet, Gott, ein Vatter aller erbarmung vorleÿ vns allen tzuugleich den Heiligen geist do mit dis woel Christlich vor genumes gotlichs werk gschee tzu seinen Heiligen gotlichen Eren, lop, vnd preis, mit yniger hertzlicher Danksagung, der gleichenn tzu vnseren zelen heilwertÿkeit. Amen.

Wos ander Wass anlanget die gewischschafft (!) meiner person noch beger antzutzeigen, do mit nach euer Weisheit schreiben möcht vor mieden werden vnutz Vnkunst, yst wahr, dass ich mich dem heiligen predige ampt gotlichs worts begeben habee, biss auff nest weinachten dem Edlen woelgeboren Herrn Warkotz, Aber tzur selbigenn tzeitt, mihr meyn Erlichen vrlaub vnd abscheidt wider vorbehalten, vnd als denn, wo ich leben weel freÿ an alle Hinderniss mich fferner tzu begeben hobe, mit meinen ampt gotlichs worts tzu predigen dem nach, wo hin ich beruffen werde durch eine wore Christliche vocacion. Es ist auch der bott von Euer Weisheit eben woel tzu rether tzeitt ankomen, dann dan (!) der Herr Lobotzke seine gnadt sampt der statt burger oder Rott haben mich angesprogen (!) vnd bethen, das ampt tzu predigen wider antzunemen, hebe (!) in aber keine tzusage nicht gethon Wiel auch allenthalben stillen halten bis die gesanten vom Erbarn Rott von hinen tzu mihr komen, so meine bedunkens nicht lange werden vortzien, als dan wirds gott wollen wehr vns nach nothdorfft vnderreden, dach alzo das der beruffs briff Christlich einthreglich mit einvorwilligung der Erbarn gemein geschee ja auch des Herrn pffarers. Der halben Meister Her Hans wol die sachen ÿn disem hoen (! hohen) Heiligen ampt wol bedenken, vnd der ein woel wegengrundt geben, dan es an mihr mit gotts hilff nicht felen Soel Hiernach werdet ihr Euer Weisheit haben tzu rithen vnd beffil euch vnd die gancze erbar statt gotte in seine heiligen Hende, vnd Sutzhaldung (!) neben meinen willigen Dinsten Geben ÿm Kessmarck am Sonobet (!) vor S. Elizabet Anno 1. 5. 4. 3.

Magister Bartholomeus,
aptlichs (talán: apostolisches) worts prediger & euer Weisheit lieben freundt.

Grüsst ein Erbaren Rott in Meinen namen freuntlichen.

Kívül: DEm Ersamen Maÿster Hern Hanss Kreusel Burger im Neuen Soel meinem lieben Herrn vnnd guthen ffreundt.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában, fasc. 108. nr. 22.

269.

Beszterczebánnya, 1543 november.

1.

A beszterczebányai országgyűlésen alkotott törvények egyházi vonatkozású czikkelyei.

Constitutiones Novizolii pro festo beatae Elisabeth viduae, Anno M. D. XLIII. editae.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus XIII.

Cum et caeteri Status iuvare communem defensionem debeant: domini praepositi, abbates et capitulares, ratione decimarum suarum, onera in priore constitutione Novizoliensi specificata ferre debebunt; de bonis autem eorum possessionariis, instar nobilium, et pro continua defensione, et pro expeditione generali equites ratione colonorum alant, et ratione personarum suarum ad expeditionem praedictam generalem, pro eorum facultate, equites dare debebunt.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus XVII.

Ecclesiarum parochialium plebani, magistri capellarum et altarium rectores ad praesentem necessitatem decimam partem proventuum suorum contribuant, exigatque ab illis dicator, veritate rei conscientiose cognita.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus XVIII.

Cum ex querelis publice propositis constat, capitula, conventus et ecclesiasticas personas indigne decimis suis spoliari per nonullos, tum dominos, tum nobiles, adeo, ut nec sustentationi illorum, nec oneribus defensionis ratione decimarum impositis, satisfieri possit: debebunt domini capitanei dare operam, ut violenti huiusmodi coërceantur, decimaeque iis, ad quos spectant, reddantur.

2.

Az egybegyült rendek Ferdinánd királyhoz felterjesztett kivánatainak két pontja: a lutheránus szekta és Serédy Istvánnak a leleszi templom és konvent ellen elkövetett merénylete ügyében.

Extractus ex supplicationibus dominorum praelatorum, baronum ac nobilium in conventu Novizoliensi 1543.[1]

— — — — — — — — — — — — — — —

Quaerelae contra sectam Lutheranam.

— — — — — — — — — — — — — — —

Supplicant contra Stephanum Serédy, de direptione ecclesiae et conventus Lelesziensis.

— — — — — — — — — — — — — — —

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek. Budapest, 1875. II. 553—564. l.

270.

Székely-Vásárhely, 1543 november 29.

A vásárhelyi országgyűlés határozatainak 11-ik pontja.

a)

Articuli instituti in dieta Wasarheliensi per dominum locumtenentem ac consiliarios selectos per regnicolas Transsilvanenses feria quarta proxima post festum beatissime Catherine virginis anno domini 1543.

— — — — — — — — — — — — — — —

Undecimo. Quod capitulum Albense conqueritur, quomodo decime eius in locis nonnullis vi sunt occupate, et tamen pretium illarum non sit persolutum; si qui igitur non persolverunt, iure procedant contra non persolventes. Ius nemini parcit.

— — — — — — — — — — — — — — —

Szilágyi Sándor: Erdélyi Országgyűlési Emlékek. I. 185. l.

[1] Maga a felterjesztés nem maradt fenn.

271.

Beszterczebánya 1543 deczember 2.

A beszterczebányai országgyűlésnek Ferdinánd királyhoz és a prágai országgyűlésre küldött követei részére adott megbizólevele.

Sacra regia Maiestas, domine domine clementissime. Fidelium servitiorum nostrorum humillimam commendationem. Misimus ad sacratissimam vestram Maiestatem adque istum conventum Pragensem reverendissimum dominum Martinum Kechethÿ, episcopum Wesprimiensem, magnificum dominum Franciscum Nÿarÿ de Bedeg, comitem comitatus Honthensis, ac egregios Georgium Rakowczÿ vicecomitem comitatus Thwrocz et Joannem de Lÿpche, per quos de omnibus hic in conventu actis et conclusis, aliisque, quae Maiestatem vestram scire oportere videbantur, Maiestati vestrae copiose significavimus. Supplicamus Maiestati vestrae sacratissimae, dignetur verbis ipsorum benignas aures accomodare et, ut facit, afflictae reipublicae nostrae mature providere. Deus optimus maximus servet Maiestatem vestram diutissime felicem et incolumem. Datum Novizolii die secundo mensis Decembris anno Domini MDXXXXIII.

Sacratissimae vestrae Maiestatis fideles et humiles servitores

prelati, barones, nobiles, aliique ordines et status regni Hungarie in conventu Novizoliensi congregati.

Kívül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regie Maiestati, domino nostro clementissimo.

Eredetije, melyen harminczkét gyűrűspecsét látható, a bécsi titkos levéltárban. Kiadta *Fraknói* Vilmos: Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 572. l.

272.

Beszterczebánya, 1543 deczember 2.

A beszterczebányai országgyűlésnek a speieri birodalmi gyűlésre küldött követei részére szerkesztett utasítás.

Instructio praelatorum, baronum ac nobilium aliorumque ordinum et statuum regni Hungarie, in conventu Novizoliensi pro festo beate Elizabet anno MDXXXXIIII. celebrato congregato-

rum, reverendissimo domino Martino Kechethÿ, episcopo Wesprimiensi ac magnifico domino Francisco de Batthÿan consiliariis regie Maiestatis, egregio Georgio Rakowczÿ vicecomiti comitatus Thwrocz, oratoribus, ad imperialia comitia Spire celebranda delectis data.

Post salutem et servitiorum officiosam commendationem referent oratores nomine ordinum et statuum regni Hungarie reverendissimis, illustrissimis, generosis, magnificis ac reverendis dominis principibus, electoribus, ceterisque ordinibus et statibus sacri Romani imperii, Spire in comitiis congregatis: recenti memoria tenere eos dominos principes et status imperii, qua instructione delecti fuerint anno ab hinc quarto ex Hungaria speciales oratores ad imperialia comitia, que tum Ratispone celebrabantur, presentibus sacratissima cesarea et catholica Maiestate ac serenissimo Romanorum rege etc. quam copiose et diligenter in gravissimo illo christiani orbis concilio ab oratoribus illis expositus fuerit regni Hungarie status, in quem post varios casus, post graves et diuturnas calamitates et ingentia pro christiana republica, pro fide et religione suscepta pericula natio Hungarica, olim inter alias non postrema, tandem immodica vi hostis propinqui deiecta esset, et quam prope adesset extremum eiusdem nationis excidium, nisi presentanea adhiberentur remedia, neque huius solum, sed et circumvicinarum provinciarum ampla iam pateret ruina, quarum sane tutela ac defensio ad imperii principes ac status, velut christiane fidei columina potiora imprimis spectaret; quemadmodum ea tum luculenter ab ipsis oratoribus Hungarie publice in predictis comitiis perorata fuisse recte constat.

Nec illud sane praeterit eosdem principes ac status imperii, cum non multo post Thurcarum tyrannus magna victoria recens in Hungaria potitus, Budam regni caput in potestatem accepisset, extemploque initia iam nimium manifesta extarent multo ante previsi excidii, status atque ordines Hungarie per litteras (cum propter temporis brevitatem legati mitti non possent) ex primo conventu Novizoliensi affatim significasse principibus et statibus imperii, quanto in discrimine res versaretur et quam mature hostem e visceribus regni eiici oporteret, nisi paulo post et Hungariam et vicinas omnes provincias illius furori et libidini deditas vellent, et quam etiam extremis rebus Hungari ad interitum usque parati essent pro patria, pro fide et religione christiana depugnare, dummodo a principibus christianis ne desererentur; expositis videlicet latius et commemoratis eotunc iis omnibus, que ad excitan-

dos animos tantorum principum ad iustissimum bellum in tam iusta causa pertinere videbantur.

Recordantur et illud pariter domini principes ac status imperii, quo pacto, sive legationibus et scriptis Hungarorum, sive (quod est verisimilius) propria avitaque virtute sua et periculi etiam magnitudine nonnihil forte commoti, iidem ipsi principes ac status imperii, pro sua singulari pietate in religionem christianam, decernendum sibi eo tempore duxerint de firmo validoque presidio tum pro continua regni defensione ad triennium, tum vero ad generalem expeditionem contra hostem de numeroso exercitu prestando, nec multo post illustrissimum dominum marchionem Brandenburgensem, principem electorem etc. cum ingentibus copiis in Hungariam expediverint; ad quem quidem ducem et exercitum pro oppugnanda civitate Pesth descendentem, constat principibus et statibus imperii Romani, que et quales copie cum sacratissime Romanorum regie Maiestatis ac summi Pontificis, tum vero ex omnibus fere ordinibus et statibus Hungarie magno numero atque apparatu confluxerint, quanta cum admiratione externorum omnium acies Hungarorum assidue sub obsessa urbe cum hostibus congresse sint, ut facile reliquie bellicosissime nationis esse apparuerint.

Et quamvis magna spes erat expugnandi Pesth, inceptamque expeditionem divina ope foeliciter conficiendi, perspectum est tamen dominis principibus ac statibus imperii, cum et Hungari et Italicus peditatus acriter provincie insistendum esse instarent, exercitum tamen imperialem contineri in officio diutius non potuisse, atque ita re omni infecta, insequente nemine, pedem retulisse, adeoque multitudinem illam omnem brevissimo tempore dispersam esse et dissipatam, ut ne presidia quidem ulla in regno sint ex ea relicta, triennisque illa instituta expeditio undecunque accidit, vix in trimestris spatii progressum evaserit exercitus.

Quo quidem facto, hostibusque, quo plus erant tanti exercitus formidine perculsi, eo magis repentino eiusdem exercitus discessu irritatis et animis erectis, constat principibus ac statibus imperii, quanta rursum contentione, quibus precibus status atque ordines Hungariae egerint per litteras ex conventu proxima Posonii celebrato, ut sanctissimo suo decreto persistentes, principes ac status imperii continuum presidium in Hungaria tenerent, hostem curarent ex ea exterminandum, nec ab incoepto deterrerentur, quavis ratione persuasum plane habentes, pacem et tranquillitatem suorum regnorum et provinciarum ex Hungaria conservata pendere, intelligentesque Hungaros continuis bellis nimium iam attritos

ac debilitatos propriis viribus diutius non posse subsistere, eosdem, nisi deserantur, a quibus maxime defendi oportet, facturos more maiorum, ut in excidium hostium nominis christiani, intelligant omnes homines extrema eos quoque subire esse paratos.

Ad quas litteras sic ex Nurembergensi conventu proxima hyeme responsum fuisse constat, sic sacre regie Maiestati a principibus et statibus imperii firmiter oblatum, ut viginti quatuor millium hominum subsidium cum semestri solutione estate proxima Maiestas regia ad nutum suum in Hungarica expeditione sese habituram sciret, et maiora additum iri, si urgens necessitas exigeret.

Quo quidem responso etsi non parum erant Hungari commoti, priorem deliberationem tantorum principum immutatam iure admirantes; quod tamen videbatur, ne hoc quidem mediocre futurum subsidium, quodque ceteris quoque christianis principibus defensionem Hungarie curae fore sperabant: ita se ipsos compararunt, ut cum ex pecuniario subsidio inter se decreto regni fines ad initium estatis usque ab insultibus hostium tutati sint, tum vero instructos armatosque viritim insurrecturos ad proximam generalem expeditionem penes regiam Maiestatem et imperii exercitum deliberarint.

Ecce autem hoste formidabili initio estatis magna vi regnum invadente, consiliaque et conatus christianorum principum celeritate preveniente, munitissime due arces Soklyos et Walpo primo impetu, cum civitate et ecclesia Quinqueecclesiensi, ditionis sue fiunt, nec multo post idem arcem Strigoniensem obsidione cinctam per deditionem capit, postremoque Albam Regalem sedem et sepulchrum dominorum regum haud diu obsessam expugnat, sicque occupatis minimo negotio potioribus regni munimentis, que ex superioribus cladibus relique erant, iisdemque validis presidiis firmatis, insequente nemine, prius ipse reditum instituit, quam ullae usquam christianorum copiae in perniciem illius apparerent.

Et quanquam Maiestas regia solita sua sollicitudine indefessa acrique studio nusquam milites conscribere, armare classem, delectus habere per regna et provincias suas nusquam pretermiserit omniaque diligenter pararet, quo, priusquam hostis abiret, victoriam illi de manibus eriperet: sic tamen res cecidit, ut prius ille peractis, que proposuerat, quaeque premissa sunt, in reditu esset, quam sua Maiestas regia cum exercitu e suis regnis et provinciis coacto Posonium tandem venire potuisset; quo quidem tempore intelligere potuerunt principes ac status imperii, quamvis

nullus imperialis adesset exercitus, perpauceque admodum auxiliares copie conspicerentur, status tamen atque ordines Hungari paratos, uti statuerant, viritim penes suam Maiestatem cunctis viribus insurgere, summa contentione instetisse, ut gentes externe, que cum sua Maiestate Posonium convenerant, institutam expeditionem persequerentur, utque Maiestas regia incepto itinere ad interiora regni penetraret, neque occasionem pulcherrimam recuperandi ea, que paulo ante amissa erant, de manibus elabi sineret; sed instante hyeme, aliisque rationibus obstantibus, gentes illae adduci non potuerunt, ut progrederentur ultra Posonium, atque ita Maiestatem regiam inchoatam expeditionem in aliud tempus oportuit reiicere.

His igitur sic peractis, tametsi status atque ordines Hungarie, frustrati spe maxima et liberalibus oblationibus a christianis principibus sibi factis, perculsique iam prope animis, consternati tot tantisque calamitatibus, ferocem hostem intra viscera habentes, et malis undique circumventi, in desperationem iure videbantur prolabi potuisse: nihilominus generosum illum spiritum maiorum etiamnum retinentes, et Dei optimi maximi imprimis auxilio freti, accepta rursum benigna regie Maiestatis oblatione in discessu ex Posonio facta de capessenda generali expeditione ineunte proximo vere, ideoque ipsi omnes animati incensique vel patriam liberare, vel pulcherrimam mortem oppetere penes regem ipsorum (si ita res ferat), congregati hunc in locum ea omnia inter se communibus suffragiis statuerunt, quibus cum presenti hyeme tueri se suosque fines, tum ineunte vere maximis, quibus potuerunt, copiis presto esse poterunt sue Maiestati in generali expeditione.

Cum autem status atque ordines Hungarie existimare non possint, quin quacunque de causa oblata presidia proximo anno neglecta sint, domini principes ac status imperii pro sua maiorumque excellenti virtute, pro magnitudine animi, et quod ipsorum proprium ac peculiare est, christianos populos ab iniuriis et vi crudeli sollicite vindicare, oppressosque asserere in libertatem, ipsis quoque Ungariam iam ruentem in interitum defensam et conservatam velint, et quia in memoria habeant, maiores nostros clarissimos viros iam inde ab initio fidei christiane in hoc regno propriis viribus acriter Hungarie fines longo tempore non solum tutatos esse, verum etiam protulisse longe lateque per hostis ditionem, cum summa ipsorum gloria et utilitate totius reipublice christiane, ac ubi sensim labescere res cepit, aucta nimirum per

ceteras orbis partes hostis potentia, victaque vi virtus est, tum demum simul cum Hungaria reliquas provincias et regna circumvicina furorem hostis magno eorum malo experiri oportuisse, et nihilominus Hungaros nullis unquam cladibus, nullis iacturis aut periculis absterreri potuisse ab imitandis vestigiis maiorum, semperque pro rerum magnitudine supplices denunciasse imminentia pericula principibus christianis; ob has igitur aliasque huiusmodi rationes orabunt legati obtestabunturque dominos principes et status sacri Romani imperii, ut considerato extremo periculo, quod supra caput cunctis eque astat, sine mora et ipsi maioribus, quo possunt, viribus Hungarie subveniant, sanctissimumque propositum defendendi iugiter Hungariam usque ad hostis exterminationem, in manus resumere ac firmo unanimique decreto confirmare et re exequi velint, neque ulla de causa hoc, quod precipuum ipsorum institutum esse debet, posthabendum curent, certi, fore perbrevi, ut amissa penitus Hungaria, tum demum intelligant, quanti fuerit illam vi et furori hostis oppositam aditum ad reliqua regna et provincias precludere, experienturque tanto difficilius in posterum reliqua defendi posse, quanto bellicosiore natione destituti, illos ipsos adversarios paulos post cogentur sentire, quos nunc in communi causa acerrimos propugnatores secum sunt habituri, quemadmodum in ceteris christianis populis et gentibus paulo ante a Thurca subactis, magno omnium malo aetas nostra sensit.

Illud postremum oratores subiungent, cum status atque ordines Hungarie ad interitum usque satis officio ipsorum, satis maiorum glorie facturi sint, nisi deserantur a principibus christianis, quibus hec imprimis defensio omnibus de causis cure esse debet, tum si preces ipsorum iuges et periculorum instantium magnitudinem christianeque reipublice statum pro nihilo haberi fuerint conspicati, seseque unos etiamnum hostium libidini et furori obiectos deseri, cum nullum eis pateat perfugium ad exteras nationes, quo se cum liberis et uxoribus recipiant, id quod apud Hungaros ceteris profugis ex patrio solo eiectis in hunc usque diem sane quam liberalissime patuit, necessitate extrema adactos, facturos id, quod omnes homines extremis rebus solent et cum in omnibus sit animantibus natura comparatum, ut vitam quacunque ratione ad extremum usque spiritum conentur retinere et quisque egerrime ex hac luce decedat, non solum conditiones iniquas, sed ipsum adeo iugum hostis sevissimi subitoros potius, quam ceteris inspectantibus, volentes prope ac scientes, ad inter-

itum ruere voluntarium. Quod quidem factum nulla gens, nulli populi aut principes iure unquam potuerunt improbare, quando satis iam preteritarum ab Hungaris rerum gestarum et presentis eorum fortune fama terrarum orbem facile ubique pervagavit.

Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban. — Kiadta *Fraknói:* Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 573—579. l.

273.

Verancsics Antal jó emberét kéri, eszközölje ki, hogy a király rendelje el elhalt nagybátyja, Statileo püspök Velenczében elhelyezett, de Frangepán egri püspök által lefoglalt pénzének kiadását. Maga számára pedig szabad menetlevelet kér.

Magnifice domine salve. Avunculus meus, utpote legitimus episcopus Transilvaniensis tam donatione Joannis regis, quam serenissimi regis Ferdinandi confirmatus, habens etiam a Joanne ius testandi bona sua, deposuerat superioribus annis in Czeka Veneta aliquot pauca millia florenorum ad sustentationem matris et nepotum. Dominus Francapanus, monachus, episcopus Agriensis, non certe christiano spiritu ductus, post mortem avunculi mei mox authoritate regia Maiestatis Romanorum eam pecuniam arescavit, ita, ut etiam nunc ille pecunie nomine sue Maiestatis petuntur, nec tamen obtineri possunt propter ius, quod pupilli Statilii avunculi mei habent. Et verendum est, ne impense litigantium ita crescant, ut sors ipsa in sequestro depereat. Itaque supplicavi Maiestati regie, ut Venetis dignaretur scribere, se gratiose pecuniam illam, quibus date sunt, concessisse, quod certe et pie et sancte faciat. Sua Maiestas dixit, se rem hanc visuram. Quare t. d. rogo: velit sue Maiestati in memoriam adducere et gratiam, si fieri possit, obtinere. Mihi vero salvum conductum impetret.

Servitor
Wrancius.

Egy félív papiros két oldalán, kelet és czímezés nélkül, borítékja elveszett; egészen Wrancsics irása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Okt.—Dec. 63.*

Közli: Bunyitay Vincze.

274.

Kamenecz, 1543.

Majtényi Uriel Nádasdy Tamásnál panaszkodik Révayra, a ki vágsellyei rétjét három éve elfoglalta és haszonbért nem fizet.

Jesum Cristum pro salute. Spectabilis et magnifice domine meus graciose. Et si merita mea nulla sciam, quibus fretus clemenciam vestram audencius adeam, tamen dum passim wlgari inteligam, unicam graciam vestram haberi, que miseris et inique et iniuste in hoc calamitoso tempore oppressis manum pietatis, summum Deum pre oculis et iusticiam illius abendo patule porigat et clementer excipiat, venio itaque et ipse supplicatum, ut attricioni Joseph propicie conpati dignantes, causam meam forsan et preterito anno in Baymocz agnitam, ubi opere precium a germano meo domino Bartholomeo Maythein serwlo suo veterano intelexeritis, adiutore et pro pietate cristiana dignemini. Nam est mihi negocium cum homine Deum et homines aspernante et vertumno in malis rotabiliorem, qui veritate destitutus, salva venia effutiam, ad waffricias et calumnias inposturasque propensissimo, qui fidentem fallere perfrictam frontem gerens non erubescit, et si norit, laus Deo propriis laqueis se irretitum, at more suo scite et agnite veritati se opponit. Fenus meum Sellense inique possidens et usuram a tribus annis reddere et exolvere detrectans, homo mundanus, inchians per fas et nefas bonis seculi, aspernatur gaudia paradisi, utcumque hactenus frustra inploravi auxilium humanum, signanter a pie defuncсto domino meo Thursone, qui affectibus propriis deserviens, minus pensitabat, quod amicus Socrates, amicus Plato, at amica veritas magis, forsan mihi debens divinum media spectabili magnificencia vestra prestandum, que si que beneficia ex gratuita gratia sua in me contulerit, Deus omnipotens, dubio semoto, merces exuberans erit, cui non tam sacrificia, iusticia omissa, placent, quam studium innocencie et vere pietatis in se et proximum exhibita. Ipse vero certo cercius et cum tempore, prout et debeo, gratissimum me per omnia prestare propiciatori meo curabo. Reway mille artifex sectatur studia inproborum, satagens derogaminibus iustorum arrogare suis criminibus defensionem, et se se meliorem arbitrans, si bonis invaserit, newm (?) et diffamiam falsam, dolo veram, svadere conatur, quamvis non ignarus, quod in mundo pax constare non potest et sanitas, nisi impii sui similes dispereant, vel cruce et adversi-

tatibus erudiantur et ob id more suo iam olim practicans concordiam nutrit discordiam pestis equi iusti et boni, nolens vindicari innocenciam ex officio presidencium, mawlt invertere omnia, quam in ordinem cogi. Vindicta esto Dei, qui presciencia et providencia sua gubernat omnia, noscens expediencia nobis, hic urat, hic secet, ut in futuro parcat. At ne quid nimis, vela contraham, nam quivis coloribus suis pingitur. Valere tandem spectabilem m. vestram faustam et felicem in utroque homine ex sentencia animi sui diutine exposco, cui se unice dedo et recomendo, patrem celestem pro eadem et suis sedulius in veritate exorans. Hanc autem ligaturam sigillo meo usuali obsignatam fungorum vel boletarum cerni, que profecto sunt anthidota cordis non perfunctoria, perinde, ut affectuose intuitur, benigne acceptare precor dignemini, nam pauper Cristi, nil possidens, nil mittere valet, preter reiteratam et perpetuam dedicionem et recomendacionem sui. Date ex arce Kamenecz, loco meo natali, anno Virginei partus M. DXXXXIII.

Eiusdem spectabilis magnificencie vestre

devotus capellanorum
Vriel Maytheni,
p. et ma. V., sua langvida manu propria.

Kívül: † Spectabili et magnifico domino domino Thome Nadasdino supremo capitaneo exercituancium levis armature Hwszaronum, sacre regie Maiestatis meritissimo, domino suo gracioso fide exhibeantur etc.

Eredetije papiroson, kívül papirosba nyomott gyűrűs gemmás züpecséttel; Országos Levéltár: Ecclesiastica camer. irregestrata 79. csomó.

Közli: Iványi Béla.

275.

1543.

Pithian János pilisi apát folyamodik a királyhoz, hogy az apátsághoz tartozó két birtokot, melyeket Nyáry Ferencz erőszakosan elfoglalt; és a győri püspök által a király parancsának ellenére szedni szokott vámot, neki visszaadatni rendelje.

Serenissime rex ... Abbatiam Pilisiensem serenissima vestra Maiestas annis superioribus non ex meis meritis, sed ex sua in me clementia mihi contulit, cuius bonorum omnium possessionem in hanc diem habere nequaquam potui... Franciscus Nyary duas meas possessiones ad hanc abbatiam pertinentes... vi possidet;

dominus episcopus vero Jauriensis theloneum pariter abbatie ipsius mee, quod Jaurini est, exigit contra Maiestatis vestre serenissime mandatum ... Quare supplico eidem humiliter ... dignetur prefatis dominis ... mandare, ut et theloneum et dictas duas possessiones meas mihi ... remittant...

Eiusdem ser. Maiestatis vestre

fidelis

Joannes Pithian,

abbas Pilisiensis.

Hátán más, egykorú kéztől: fiat, ut petitur.

Egy félív papiros egyik oldalán, a kelet, valamint a két község neve a tollban maradt. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. 54.*

Közli: Bunyitay Vincze.

276.

1543.

Loboczky, a Lasky-árvák gyámja kéri Ferdinánd királyt, hogy adományozza Lasky Albertnek a scsavniki apátság kegyuri jogát, mert különben a Lasky-árvák 18.000 forintot veszítenek. Az új apát különben se miséspap és nem is lesz az.

Sacratissima regia Maiestas ... Quantum autem ad abbatiam Sczeunyk attinet: Maiestas v. commisit mihi literis suis valde severis, ut aut redderem abbatiam aut cum abbate, illo pro ea concordarem. Olim dominus Lasky et heredes sui habent super illa abbatia decemocto millia aureorum inscripta per olim regem Joannem, quia rex Joannes fuit hereditarius patronus et collator illius abbatie, que nunc est deserta, neque ecclesia, neque monasterium aliquod, per Leyczouienses enim est funditus eversum. Maiestas autem v. confirmavit inscriptionem et summam ipsi olim domino Lasky per regem Joannem factam. Difficile itaque est concordare cum isto novo abbate, cui Maiestas v. dedit, qui laicus est et non presbyter, neque unquam erit; nam simpliciter vult, ut cedatur illi abbatia nihil dando. Iniuriosum autem esset, et valde dampnosum, ut orphani ipsi decemocto millia aureorum sic simpliciter pendere deberent. Ideo supplico Maiestati v. humillime: ne Maiestas V. cogat orphanos et me, qui tutor eorum sum, ad cessionem abbatie illius; sed quia spirituales iudices hoc non admittunt in jure Hungarico, et orphanos exuere abbatia conantur: humiliter rogo Maiestatem v. ut Maiestas v. dignetur

dare ius patronatus illius abbatie Alberto Lasky, filio olim domini Lasky, ego autem Maiestati v. pro iure patronatus tali dimittam noningentos florenos, quos adhuc Maiestas v. tenetur olim domino Lasky et restituam Maiestati v. literas Maiestatis v. super hos noningentos florenos (!) quia aliter orphani contra iura Hungarica nullo modo obtinebunt abbatiam et summam decemocto millium florenorum perdent, cum alioquin pater eorum ob debita satis pauperes eos hic reliquit, neque arx Kesmark sine abbatia illa se tueri et sustentari poterit, que nullum colonum olim habuit, sed ex aliis dominiis sustentabatur...

Hátán: Supplicatio in negotiis orphanorum domini Lasky per Loboczky oblata.

Egy ív papiros negyedfél oldalán, kelet és aláírás nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. S. D. 101.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

277.

1543.

Ursini Márton perjel vallomása, hogy a menedekkövi Szent-János-kolostort a lőcseiek feldúlták, kolchi birtokát pedig Szinnyei Merse László, a szepesi vár várnagya ezen vár számára a kolostor többi birtokaival együtt elfoglalta.

Fassio religiosi fratris Martini Vrsinÿ, prioris claustri sancti Joannis de Lapide Refugii; quod claustrum per Lewchovienses est destructum in anno 1543. et eodem anno villam Kolch ac hallodium (!) cum porcione possessionaria ibidem existentem egregius Ladislaus Merse de Zwine, tunc castellanus arcis Scepus, ad eandem arcem occupavit cum reliquis bonis eiusdem claustri, videlicet porcione possessionaria in[1] et hallodio ibidem habito etc.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1542. alias pro Nr. 2. 55b.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

[1] Nomen erasum eiusque locus vacuus, sed altera coaeva manus superscripsit: circa Lethon.

278.

1543.

Perényi Mihály a királyhoz folyamodik az iránt, hogy az elődeitől a ferencz-, helyesebben az ágostonrendűek számára épített de tőlük elhagyatott mohnyai klastrom birtokát neki és örököseinek adományozza.

Sacratissima regia Maiestas... Supplicatur Maiestati v. in persona fidelis eiusdem, Michaelis de Peren in eo humillime, ut Maiestas v. possessionem Mohnia vocatam in comitatu Saros existentem habitam, quam olim maiores ac precessores nostri religiosis patribus ordinis sancti Francisci confessoris pro animarum suarum salute et perpetuis missis celebrandis perpetue donationis titulo contulerant; sed his turbulentis temporibus idem fratres ob metum periculorum, claustro, in quo *ibidem* habitabant funditus everso, ab octo annis citra vel ultra desertum relinquentes, absque possessore fore passi sunt, cuius dominium ac ius successorium ab antiqua et observata[1] regie Maiestatis v. Ungarie in ipso (!) exponentem et fratres suos uterinos fuit devolutum, quod tamen quidam egregius Martinus Berthoti allegat ad se pertinere... a diverso autem egregius dominus Vernerus, consiliarius Maiestatis v. nomine eiusdem Maiestatis v. quasi ius aliquod regium in eo esse putaret, ipse quoque occupari fecit... dignetur Maiestas v... totales portiones easdem possessionarias... memorato supplicanti, cunctisque heredibus suis in perpetuum conferre gratiose. Gratiosam expectans rerationem.

Eiusdem v. sac. Maiestatis

humillimus fidelis
Michael Pereni.

Egy félív papiros egyik oldalán, kelet nélkül, borítékja elveszett. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. S. D. 68.* — Egy másik év nélküli, de 1543 iratai közé sorolt levél szerint: «Mohna, quam Michael Perenj sibi reddi supplicat, fuit claustri ordinis sancti Augustini in possessione Hrapko... quod [claustrum] plane desolatum est». *U. o. S. D. 80.*

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Hic aliquid excidit.

279.

1543.

Az egri püspökség tizedeinek 1543-ról való jegyzéke, vármegyékkint való kimutatásával annak, hogy kik minő jószágrészekről szedték fel azokat.

Decime episcopatus Agriensis anni 1543.

Decime comitatus Saros administrate sunt ad provisionem arcis Saros, dempta ea parte, quam occupatam tenent Cassovienses, et exceptis bonis Georgii Seredj, de quibus nihil est solutum.

In comitatu Zemlyn nihil est ad rationem regie Maiestatis administratum preter decimas unius oppidi Lizka. Alias omnes decimas eius comitatus, que bonam summam faciunt, perceperunt domini Georgius Bathorj, fratres de Homonna, Gaspar Seredj, consors domini Petri Perenj etc. Item partem aliquam Cassovienses et Ladislaus Edenffy de Naghmihal.

In comitatu Abawywar bonam partem acceperunt Cassovienses; item dominus Gaspar Seredj de bonis suis; similiter Franciscus Perenj et consors domini Petri Perenj.

In comitatu Borsod percepit certas decimas dominus Sigismundus Balassa, que pluris quam mille flor. arendari consueverunt. Ibidem dominus Bebek et consors domini Petri Perenj, item Franciscus Horwath de Zarwaskew, Agrienses etc.

Comitatum Beregh, cuius decime ad provisionem arcis Saros singulariter erant deputate, percepit totum dominus Andreas Bathorj.

Item dominus Bathorj percepit decimas comitatus Wgocha, que pro parte tantum Agriam administrari solent.

Comitatum Zabolch totum aut percepit aut dispensavit idem dominus Bathorj, demptis bonis domini Seredj, quorum decimas ipsemet percepit.

Comitatum Zarand percepit dominus Thesaurarius Frater Georgius, cuius arenda facit florenos mille et ducentos in auro.

Comitatum Hewess Agrienses, quantum fieri potuit, perceperunt.

Egy félív papiros egyik oldalán, aláírás nélkül, de Werner György levelének melléklete s a levéllel együtt ugyanegy kéznek irása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. Okt.—Dec. 18.*

Közli: Bunyitay Vincze.

280.

Gyulafehérvár, 1543.

Péter, igeni plébános elismeri, hogy jövedelmének, azaz összes igeni tizedeinek negyedrészét Károlyi Sebestyén gyulafehérvári kanonoknak 24 forintért lekötötte.

Petrus plebanus de Igen fatetur, se quartam partem sui proventus, hoc est integrae decimae, in eadem Igen provenientis venerabili domino magistro Sebastiano Karolyi, canonico ecclesiae (Albensis) Transylv. pro florenis 24 assignasse, ex quibus in auro pro praesenti solutione annua domino vicario florenos novem, cum additione denariorum... quo ab eodem censu liber evadat, dare velit, quod et fecit, reliquam vero partem congruo tempore, in eius relinquit solvendum arbitrio. Datae Albae Juliae in domo habitationis venerabilis magistri Sebastiani Karolyi... Anno Domini 1543.

Szeredai: Notitia vet. et novi Capituli eccl. Alb. Transilv. 164.

281.

Brassó, 1543.

«Anno 1543. Ist Herr Johannes Fuchs zum 3tenmahl zum Richter erwählet worden. Auff dieses hat die Königin und der Schatzmeister zu Weissenburg mit den Papisten eine Versammlung gehalten, und Herrn Magistrum Joannem Honterum sampt dem Reformation Büchlein und der Stadt Obrigkeit dahin beruffen, und sind von den Geistlichen dahin verreiset Herr Nicolaus Pfarr zu Rossenau, Herr Jeremias Pfarr zu Cron, item der Herr Richter sampt etlichen Herren, den Herrn Magister aber haben sie nicht mitziehen lassen, weil aber bemeldte Herren durch Gottes Hülff wohl bestanden wieder die Papistischen Gesellen, sind sie glücklich heimgekommen, und also das Evangelium je mehr im Landt ausgebreitet. Gott sey Ehr, Lob, und Dank. Amen.»

Ostermayer krónikája. — *Kemény:* Deutsche Fundgruben. 28. l.

«1543. — Comitia Regni indicta et celebrata sunt Albae Juliae a regina Isabella et fratre Georgio, maxime religionis causa: in quibus comparere iussus est M. Johannes Honterus

cum D. Jeremia pastore Coronensi, rationem mutatae religionis redditurus. Quae res cum praesentissimo periculo non careret, retento domi D. Hontero, iudex ipse D. Fuchsius cum pastore Jeremia et Nicolao Stephani, pastore Rosonensi, capituli Barcensis decano, et Valentino, Pastore Heltveniano eo profecti sunt, divinitusque protecti et conservati, frementibus et frendentibus frustra adversariis.»

Trausch: Chronicon Fuchsio-Lupino-Oltardinum. I. 54. l.[1]

282.

1543.

«Eodem Anno [1543] Gasparus Heltanus Wittebergam adivit, suadente plurimum M. Johanne Hontero, epistolas M. Martino Luthero et Philippo Melanchthonio allaturus.»

Album Oltardianum. — *Trauschenfels:* Deutsche Fundgruben. 13. l.

283.

Prága, 1544 január 3.

Ferdinánd király megengedi, hogy Bakyth Pál özvegye és Bakyth Péter a győri püspökség szombathelyi várát másnak elzálogosíthassák, de legfeljebb annyiért, a mennyiért náluk zálogban volt.

Nos Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie, dux Burgundie, marchio Moravie etc. recognoscimus, per presentes, quod nos habentes racionem serviciorum fidelis nostri magnifici Petri Bakÿth, aule nostre familiaris, Majestati nostre per eum constanter exhibitorum, tum eciam eius moti supplicacione, id annuendum duximus et concedendum, quod ipse et infrascripta domina vidua, arcem Sabariam cum omnibus eiusdem pertinenciis, quam quondam fratri suo Paulo Bakÿth ac domine Theodore vidue eiusdem, necnon eidem Petro Bakÿth, heredibusque eorum, pro certa summa pecuniaria, per alias literas nostras inscripseramus, in eadem ipsa summa, qua ipsis est a nobis inscripta, aut prout eis visum fuerit, necessitatem-

[1] V. ö. *Szilágyi:* Erdélyi Országgy. Emlékek. I.

que habuerint, in minori, non tamen maiori, cuicunque fidelium nostrorum maluerint et poterint, ei tamen, qui nobis, et heredibus, ac successoribus nostris, regibus Hungarie, de fide et integritate cognitus et probatus fuerit, atque placuerit, inscribere et impignorare et obligare possint et valeant, assecurantes ipsum emptorem, quod arcem prefatam Sabaria, eiusque pertinentias, nobis heredibusque et successoribus nostris regibus Hungarie, aut ei cui nos illam redimendam commiserimus, reddere ante et remittere non teneatur, quam de ipsa summa pecuniaria, pro qua modo antedicto, ei arx ipsa inscribetur, et obligabitur, ei plene et integre fuerit satisfactum, et quod nos eundem, heredesque ipsius, infra tempus redempcionis et restitucionis predicte summe impignoraticie, contra quosvis impetitores manutenebimus et defendemus. Immo annuimus ac assecuramus harum nostrarum vigore et testimonio literarum.

Datum Prage, tertia Januarii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Ferdinandus mp. (L. S.)

Nicolaus Olahus mp.

Eredetije Fasc. B. Nr. 32. et NB. Rep. 47. a *kismartoni* főlevéltárban.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

284.

Prága, 1544 január 12.

Ferdinánd király válasza a beszterczebányai országgyűlés felterjesztésének a lutheranizmusra és Serédy Istvánra vonatkozó két pontjára.[1]

Responsio Maiestatis regiae ad supplicationem dominorum praelatorum, baronum ac nobilium, aliorumque Ordinum et Statuum regni sui Hungariae, in proximo praeterito conventu beatae Elizabeth Novi Zolii congregatorum, Pragae facta, 12. Januarii, anno Domini 1544.

— — — — — — — — — — — — — — —

Quum fides et religio christiana una sit, nullumque schisma in ea fieri debeat, merito caveri debet, ut falsi verbi Dei concionatores e grege Domini, qui pastorem blandum et verba animum demulcentia sonantem facile sequitur, procul arceri et

[1] Confer superius nrum. 269.

repelli debeant; Maiestas regia dignum et salutare esse putat, fidelium subditorum suorum supplicationi consentire, hancque ob rem committet fidelibus capitaneis suis, ut ad requisitionem domini locumtenentis suae Maiestatis (quae tamen ex iusta beneque intellecta causa ac fundamento recto fieri debebit) in omnes tales falsos praedicatores, sacramentorum et constitutionum ecclesiae orthodoxae contemptores atque schismata in ecclesia Dei facientes, animadvertant.

— — — — — — — — — — — — — — —

Libertas nobilitatis regni Hungariae id requirit, ut cuiusque fidelis regii nobilis domus nobilitaris ab omni violentia salva integraque sit; multo magis ex veteri instituto divorum regum publicaque libertate regni ipsius Hungariae, loca capitularia et conventus, ex quibus executiones deliberationum et sententiarum publicarum more solito fieri debent, et in quibus publica nobilitatis instrumenta et litterae servantur, tuta et ab omni irruptione libera esse debent. Non parum itaque Maiestati suae regiae displicet, quod Stephanus Serédy monasterium et conventum ecclesiae de Lelez intempesta nocte superiori tempore adortus fuerit, fidelemque suum praepositum eius loci ceperit, victualia multa consumpserit, ecclesiam ipsam profanaverit, et omnia ex libito suo istic egerit et inverterit. Quae sua Maiestas nolens silentio praeterire, mandat domino locumtenenti suo, ut sine mora ipsum Stephanum Serédy in praesentiam suam citari et accersiri faciat, et rebus praemissis, quae ille patravit, bene intellectis, de eo id statuat et decernat, secundum articulos Novizolienses et iura regni, quod aequitas ipsa postulabit.

Fraknói: Országgyűlési Emlékek. II. 582.

285.

Prága, 1544 január 13.

Kecsethy Márton veszprémi püspök értesíti Gönczi Bertalan örsi prépostot, az ő udvarmesterét, hogy Speierbe kell mennie és így nem térhet haza. Kéri, hogy azon 500 aranyat, a melyet egy török rab váltságáért kell fizetni, Batthyány útján hozzá küldje. Biztatja a csehországi segítséggel és értesíti a külföldi hirekről.

Egregie domine et frater charissime, salutem! Ne mireris velim, quod ne hinc quidem nobis reverti liceat. Voluntas enim regia et comitiorum imperialium propinqui dies nos, quominus

id faciamus, prohibent. Siquidem Maiestas cesarea 27 Decembris ex Bruxellis se Spiram versus movit, in festo Epiphaniarum Colonie fuit, hodie vero aut ad summum cras Spiram procul dubio veniet, prout litteris sua manu scriptis Maiestati regie significavit. Unde nobis hinc cum sua Maiestate Spiram rectam proficiscendum est. Expensas Maiestas regia nobis hic numerari faciet, que, quoniam perexigue erunt, quomodo pro ratione dignitatis nostre et patrie hanc legationem digne obire possimus, nisi aliquid pecunie his accedat, prorsus non videmus. Quapropter, mi domine magister curie, te, quantum possumus, ex animo precamur, ut, si quingenti illi aurei cum equis et exteris rebus pro redemptione Thurce allati sunt, per servitorem magnifici domini Batthÿanÿ, quem ipse cum hisce litteris ad te missurus est, ad eum mittere velis, cui adiungas aliquem ex nostris, ne tanta pecunia cuilibet temere credatur. Litteras autem expeditorias super acceptis abs te quingentis aureis a domino Batthÿanÿ accipias. Preterea equum, qui illi magis placuerit, iusto pretio ei vendas, illudque unacum aureis ad nos mittas, si tantopere non egetis. Quod si vero gravis vobis impendit necessitas, poteritis in usus necessarios pretium equi a domino Batthÿanÿ acceptum impendere. Alioquin non committas velim, quin et illud ad nos mittas, nam maxima rerum omnium caristia, que Spire esse dicitur, iam olim nos (quamvis sex aut septem duntaxat comitibus illuc veniamus, reliquas remittamus) examinatos reddidit.

Ceterum nos in feriis divi Stephani protomartyris huc appulimus, postero die a regia Maiestate auditi sumus, neque tamen responsum Maiestas sua nobis dare voluit, donec status et ordines regni Bohemie, qui ad festa dimissi erant, iterum coirent. Congregatis itaque illis die Jovis proximo, nunciata retulimus intraque hoc triduum, ut speramus, utque etiam Maiestas regia nobis significavit, optimam accipiamus. Quamvis enim voluntas ordinum et statuum huius regni nobis ignota sit, tamen, prout quidam summus vir inter nobiles Bohemie, amicus noster, nobis indicavit, presidium satis firmum ad tuenda Hungarie loca finitima statim a Bohemis mittetur ac porro bellum continuis tribus annis cum hoste expensis eorum in Hungaria agetur. Hec ita speramus, certi adhuc nihil habemus.

Rex Gallorum, cum suis diffideret copiis, fugit, neque cum cesarea Maiestate collatis signis confligere ausus est. Maiestas cesarea copias suas per urbes dimisit ac loca finitima presidio satis firmo munivit, propertereaque Spiram venit, quo et illic rebus

suis rite dispositis, Gallum ineunte estate, nisi ille tandem aliquando resipuerit, maiore cum apparatu invadat, id, quod certo facturam se Maiestas cesarea minatur.

Postremo te, mi domine magister curie, hortor atque obsecro, te eum nobis prestes, quem hactenus prestitisti, ne quid damni aut incommodi in absentia nostra accipiamus. Diligens Vesprimii cura nobis incumbit, cui, antequam discedamus, ita providebimus, ut melius poterimus litterasque regie Maiestatis pro hac re ad d. Vngnad ad te, priusquam hinc solvemus, mittimus. Tu interim tuo non desis officio et cum domino reverendissimo, ut melius poteris, triumphato. Valere te optamus felicissime. Prage 13 Decembris[1] anno Domini 1544.

Vesprimiensis.

Que ad te scripsimus, ea omnia cum egregio domino Andrea Choron communicare poteris. Scripsissemus profecto libenter et ad suam dominationem, sed adeo curis reipublice distinemur, ut ad privata nostra vel aliorum negotia ne pedem quidem hactenus efferre nobis licuerit.

Kívül: Reverendo ac egregio Bartholomeo Gewncz, preposito Ewrsiensi etc. fratri nostro charissimo.

Eredetije veszprémi káptalan magán lvt. Capsa 109. miss. nr. 86.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

286.

Wittenberg, 1544 január 18.

Hartler János köszöni a selmeczbányai tanácsnak eddig is tanusított támogatását és kéri azt továbbra is. Reméli, hogy «Melanthon» Fülöpnek mellette szóló ajánlatát szintén figyelembe veszik.

Joannes Hartler gratias agit senatui Schemniciensi pro subsidio hucusque praestito, idque porro quoque praestari petit. Sperat commendationem Philippi Melanchton de se factam aeque respecturos esse.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

[1] Sic pro Januarii.

287.

Zágráb, 1544 január 25.

Tótország rendei elhatározzák, hogy mint Magyarországban, náluk is a plébánosok jövedelmük tizedét fizessék hadi adóba.

Articuli universitatis dominorum ac nobilium et regnicolarum regni Sclavonie in congregacione eorum generali pro festo conversionis beati Pauli apostoli Zagrabie celebrata editi. Anno 1544.

— — — — — — — — — — — — — — —

Neque id pretermissum est, quin et in hoc regno eodem modo, uti et in Hungaria plebani, magistri capellarum, prebendarii, rectores altarium subsidia prestent. Deliberatum itaque est et conclusum, ut huiusmodi persone ecclesiastice decimam partem proventuum, quos ex beneficiis eorum quocunque modo per decursum unius anni habituri sunt, pro subsidio contribuant et connumeracionem istam magistri prothonotarii regni et Ambrosius literatus dicatores regie Maiestatis fideliter peragant, penes quos singulus archidiaconus vel eius vicearchidiaconus in suo archidiaconatu procedere debeat, ut, ubi deposicione iuramenti alicuius persone ecclesiastice opus erit, illius opera exequatur. Et si iidem archidiaconi vel vicearchidiaconi in premissis procedere nollent, aut negligentes forent, extunc beneficiis eorum per regiam Maiestatem de facto priventur. Nihilominus eciam illo absente, dicatores ipsi connumeracionem ipsam adhibitis omnibus remediis opportunis peragant.

— — — — — — — — — — — — — — — —

Eredetije papiron. Országos Levéltár: Történelmi emlékek, belügy. 1544 jan. 24.

Közli: Iványi Béla.

288.

1544 január 26.

Egyházi birtokok adózása Esztergommegyében.

Anno Domini 1544. Regestum factum super connumeracionem presentis subsidii unius floreni comitatus Strigoniensis, que incipit sabbato proximo post conversionis beati Pauli.

Item Bwczu, domini reverendissimi.

Item Baarth, domini reverendissimi.

Item Gyarmath, dominorum capituli Strigoniensis.

Item Lybad, dominorum capituli Strigoniensis.
Item Kermend, domini reverendissimi.
Item Felso Byn, domini prepositi sancti Stephani regis.
Item Elwedh, domini reverendissimi.
Item Farnad, domini reverendissimi.
Item Keecz, domini reverendissimi.
Item Nemeth Zewdyn, domini reverendissimi.
Item Wasarhel, domini reverendissimi.
Item Magyar-Zewdyn, domini reverendissimi.
Item Moocz, domini ręverendissimi.
Item Mosla, domini reverendissimi.
Item Kwral, domini reverendissimi. (Portarum numeros omisimus.)

Országos levéltár: Dicalis conscriptio. XIII. kötet.

Közli: Iványi Béla.

289.

1544.

Egyházi birtokok és plébánosok adózása a hadviselésre Somogymegyében.

Fayz et Kak.

Ibidem abbatis de Somogywar, p. III.

Vysontha.

Ibidem alias episcopi Quinqueecclesiensis, nunc Kazon Begi, p. I.

Babolcha.

Ibidem et in Isofalwa, abbatis de eadem Babolcha, p. VII.
Ibidem plebani de eadem, p. II.

Gergethek.

Aias episcopi Wesprimiensis, p. VII.

Tharnocha.

Alias episcopi Quinqueecclesiensis, p. XX.

Bolyo hereznye.

Plebanus de eadem, p. III.

Barathe.

Abbatis de Babolcha, p. XIIII.

Marchaly.

Ibidem plebani de eadem, p. VI.

Regestrum super parochiales plebanos ad decimam proventuum suorum.

Henez.

Plebanus de eadem, d. XXXII.

Korpad.

Plebanus de eadem, fl. ½.

Bwchw.

Plebanus de eadem, fl. I.

Gyergyes.

Plebanus de eadem, den. L.

Merke.

Plebanus de eadem, den. XXXV.

Marchaly.

Petrus presbiter altarista, fl. I.

Byze.

Plebanus de eadem, fl. I.

Kethel.

Plebanus de eadem, den. L.

Beren.

Plebanus de eadem, XXV.

Bar.

Plebanus de eadem, den. XX.

Naghmaroth.

Plebanus de eadem, fl. I.

Zabas.

Plebanus de eadem, den. L.

Komarom.

Plebanus de eadem, fl. I.

Karos.

Plebanus de eadem, den. L.

Galambok.

Plebanus de eadem, den. L.

Inke.

Plebanus de eadem, den. L.

Kysszenthpal.

Plebanus de eadem, den. X.

Zakan.

Plebanus de eadem, den. LX.

Belawar.

Plebanus de eadem, fl. I.

Myndzenth.

Plebanus de eadem, fl. I.

Barathy.

Plebanus de eadem, den. L.

Hyharos.

Plebanus de eadem, XXV.

Nagh-Beren.

Plebanus de eadem, den. XXXII.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio. XXXVII. kötet.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

290.

1544 Junius.

Egyházi birtokok és plébánosok adózása Győrmegyében.

Regestum connumeracionis comitatus Jauriensis subsidii primi, anni 1544.

Kwlczwd.

Abbacie sancti Martini por. IIII, pauperes por. II, deserte por. II, iudex I.

Radwan.

Nobilium. Luce presbiteri plebani eiusdem loci decima proventuum fl. II.

Balon.

Custodie Jauriensis, por. VIIII, solvit. Pauperes por. VIII, deserte por. III, iudex I.

Pathas.

Monialium Budensium, nunc autem domini Joannis Zalay por. XVI.

Pauperes por. IIII, deserta por. I, iudex I.

Wamos.

Capituli ecclesie Jauriensis por. VIIII, pauperes p. III, deserte p. II, iudex I.

Wenek.

Abbacie sancti Martini por. IIII, deserte p. III, pauper p. I, iudex et officialis I.

Feyertho.

Capituli ecclesie Jauriensis por. IIII, solvit, pauperes por. II, noviter erecta p. I, deserta p. I, iudex I.

Markotha.

Capituli ecclesie Jauriensis p. III, solvit. Inquilini pauperes p. V, deserta p. I, iudex pauper I.

Kapy.

Monialium de Moryczhyda p. VII, solvit. Judex I.

Kony.

Capituli ecclesie Jauriensis p. VII, solvit, pauperes p. IIII, deserta p. I, iudex I.

Pathona.

Capituli ecclesie Jauriensis p. V. Pauperes inquilini p. VII, deserte p. V, iudex I.

Bewrcz.

Episcopatus Jauriensis, p. III. Pauperes p. II, inquilini item pauperes II, iudex pauper I.

Abda.

Capituli ecclesie Jauriensis p. II, deserte p. VI, molitor I.

Pynnyed.

Episcopatus Jauriensis por. XIII. Pauperes p. IIII, noviter erecta I, iudex I.

Reffalw.

Episcopatus Jauriensis por. XI, pauperes p. IIII, noviter erecta p. II, iudex I.

Az összegezésben: Decima proventuum plebanorum facit fl. II.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio. XIX. kötet.

Közli: Iványi Béla.

291.

1544.

Egyházi birtokok és plébánosok adózása Mosonymegyében.

Regestrum connumeracionis comitatus Mosoniensis dice anni 1544.

Lyeben.

Abbacie eiusdem loci deserte, por. II.

Zenth-Iwan.

— — — — — — — — — — — — — — —

Joannis presbiteri, plebani eiusdem loci, decima proventuum fl. I, solvit.

Baratffalwa.

Abbacie sancte Crucis, port. XII, solvit.

Gaalas.

— — — — — — — — — — — — — — —

Christophorus presbiter plebanus eiusdem loci, decimam proventuum fl. II, solvit.

Patffalwa.

Abbacie sanctae Crucis, por. XXVIII, solvit etc.

Binden.

Abbaciae sanctae Crucis, por. XX, solvit etc.

Weden.

Capituli Jauriensis, por. XVIII, solvit etc.

Hegyeshalom.

— — — — — — — — — — — — — — —

Benedicti presbiteri, plebani eiusdem loci, decima proventuum, fl. II, solvit.

Rayka.

— — — — — — — — — — — — — — —

Joannis presbiteri plebani eiusdem loci decima proventuum, den. LXXX.

Halazy.

— — — — — — — — — — — — — — —

Joannis presbiteri, plebani eiusdem loci decima proventuum, fl. I.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio. XXII. kötet.

Közli: Iványi Béla.

292.

1544.

A pozsonymegyei plébánosok adója.

In Wyffalw plebanus fl. I.
In Biztricz plebanus fl. I.
In Zoher (!) plebanus fl. I den. 50.
In Rethe plebanus fl. II.
In Zent-Gyergh plebanus et rector altarista.
In Bazyn plebanus, isti non (com)paruerunt.
In Pudmanicz(!) plebanus den. 80.
In Zwha plebanus den. L.
In Chyffer plebanus fl. I.
In Sempcz plebanus fl. I. den. 20.
Plebanus Checlecz den. 50.
Plebanus in Zeredh fl. I.
Plebanus in Waga L.
Plebanus in Deaky est in comitatu Nittriensi.
Plebanus in Zely I.
Archidiaconus in Kywrth I.
Plebanus in Thakson L.

Plebanus in Wyzkeleth I.
Plebanus in Zenth abram I.
Plebanus in Maythen est pauper, nihil possidet.
Plebanus in Sur XL.
Plebanus in Nagy Mached dicatus den. 32.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio. XXX. és XXXI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

293.

1544.

Egyházi birtokok és plébánosok adózása Trencsénmegyében.

Possessiones arcis Trinchiniensis.

Soblahow, plebanus I. (scil. porta.)
Byrowecz, plebanus I.
Civitas Trinchiniensis, plebanus I.
Thepla, plebanus I.
Dobra, plebanus I.

Possessiones areis Nittriensis.

Pyspeky circa Band, plebanus I. *Drythoma* inferior, plebanus I.

Reverendissimi domini Strigoniensis.

Rybian p. XXVI, iudex I, plebanus I, molendinum I, deserte IIII.

Possessiones castri Bolondoss.

Oppidum *Bolondoss*. Plebanus I, altarista I qui et plebaniam tenet.

Possessiones castri Kazza.

Kazza, plebanus I.

Bona nobilium.

Apathffalwa.

Monasterii sancti Benedicti, p. VIII, inquilini II, pauperes II, piscatores in portu, iudex I, deserte III.

Zablati. Ibidem in alodio plebani inquilinus I.

Motiessycz inferior, plebanus I.

Inferior Oztrethycz, plebanus I.

Plebani ad consciencie ipsorum puritatem fassi sunt dicati inffrascripti:

Plebanus Trynchiniensis, fl. I. Plebanus de Zablaho, fl. I. Plebanus de Byrowecz, fl. I. Plebanus de Drythoma, fl. I. Plebanus Dubnicziensis, fl. I. Plebanus de Kazza, fl. I. Plebanus de Dobra, fl. I.

Vicearchidiaconus et plebanus de Theppla, fl. I.

Inffrascripti erant tunc absentes, sed sunt ad sortem saltem sic dicati:

Plebanus de Bolondoss, fl. II. Ibidem rector altaris, qui et plebaniam Haluchicz tenet, fl. I. Plebanus de Mathossycz, fl. I. Plebanus de Pyspeẘky circa Band, fl. I. Plebanus et vicearchidiaconus de Ryben, fl. I½. Plebanus de Oztretycz. Occupavit Podmaniczky.

Summa fl. XIII den. LX.

Hii quoque confidunt in promissis domini vicarii Strigoniensis, qui promisit eos liberare.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio. XLIV. kötet.

Közli: Iványi Béla.

294.

1544.

Egyházi birtokok adózása Szepesmegyében.

Regestrum iuxta quod facta fuit administracio duorum florenorum ad gencium conservacionem simul cum lucro camere ex eisdem duobus florenis, iuxta Zoliensem oblacionem.

Comitatus Scepusiensis.

Bona abbacie Schawnyk

Mengwz
Primowcze
Schawnik
Hranownicza
Kwbach
Krawan
Wykart
Lwchywna
} Solverunt simul fl. XL VIII.

Unde dica in arce Scepusiensi est per castellanum accepta:

Ex pertinenciis Lapidis refugii.

Ex pertinenciis prepositure Scepusiensis.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio. XXXV. kötet.

Közli: Iványi Béla.

295.

Bártfa, 1544 február 2.

Stöckel Lénárt Réwai Ferenczhez. — A levél első részében köszönetet mond Réwainak, hogy Luther leveleit (az Oltáriszentségről) vele közölni sziveskedett. E tárgyról örömest folytatna barátságos értekezést Dévayval, ha közelében volna, de a mint hallja, Brassóig távozott. — A második részben arra igyekszik rá birni Réwait, hogy fiait Wittenbergbe küldje, «ubi ego ipse animo et voluntate dies noctesque habito, utinam aliquando et corpore». Azt ne vélje, hogy ezzel a királyi tekintély ellen cselekednék. A lengyel király is többször megtiltotta, hogy a nemesek fiaikat Wittenbergbe küldjék s még sem tudta kivinni, hogy sokan a legelőbbkelők közül is ne ott neveltessék gyermekeiket.

S. P. D. Magnifice domine, mihique plurimum observande. Posteaquam hinc abierunt communes nostri filii, binas a v. m. litteras accepi de eodem argumento scriptas, in posterioribus tamen accessit copia epistolarum d. Martini Lutheri, quam quod v. m. mihi non gravatim communicare dignata est, magnam habeo graciam. Facile enim credo d. Lutherum eandem sententiam de sacra coena Matthiae nostro in proximo eius reditu scriptam sua manu dedisse, quam ante aliquot annos contra eius sacramenti oppugnatores fortissime defendit. Matthias videtur mediam quandam sententiam tueri, quanquam humanis coniecturis magis, quam scripturis nititur, ut illi fecerunt, qui antea hanc causam tractarunt. Qua de re libenter cum eo amice conferrem, si propior esset, nunc enim audio eum Coronam usque concessisse. Venio iam ad deliberationem v. m. de liberis, in qua profecto multi nobis scrupuli negocium faciunt, mihique imprimis, homini vehementer sollicito, molesti. Paedagogo veteri tum valetudinem suam, tum multas alias difficultates excusanti persuaderi non potest, ut isthuc se conferat, quamvis ad breue tempus. Neque etiam hic apud nos manere cogitat, sed quotidie aliquam vocationem publice docendi expectat ex locis circa Tibiscum. Hospes item suum munus recusat, sicut m. v. ex ipsius litteris intelliget, nec ullam profecto adhuc rationem mecum satis inire possum, ubi de omnibus rebus tam commode in hac urbe liberis v. m. prospectum esse queat, de quibus et commodis eorum magis, quam de me ipso et meis rebus cogitare soleo. Sunt igitur duae magnae difficultates, et nodi eiusmodi, ut non consilio solum, verum tamen fortuna non mediocri opus sit, ut solui possint, alter de hospitio, quod commodius, aut aeque commodum non inueniri fateor, alter de paedagogo. Nam de fratre meo, qui nimis timide nostra

pericula metuit, et Witebergensium dehortationibus plurimum mouetur, iam prope modum desperare coepi. Praeterea de peste et aliis periculis nihil affirmare possumus, nos succedenti tempore securos fore. Quid igitur dat consilii, inquiet v. m.? De sapientia et facultate consulendi, quod mihi arrogem, nihil est, de fide vero tanta mihi sum facile conscius, quanta in homine maxima esse potest. De qua si scirem v. m. ulla ex parte dubitare, mihique plus ocii ad scribendum esset, efficerem profecto, ut m. v. crederet, se neque ad dignitatem, neque ad sapientiam, neque ad mores suorum filiorum maiorum quidquam utilius esse facturum, quam si eos in academiam mittat, quae christiana sit. Eamque ob rem obsecro atque obtestor v. m., ne arbitretur hoc contra regis authoritatem fore. Quot edicta rex Poloniae his aliquot annis suae nobilitati proposuit, neque tamen effecit, quin multi ex summis ordinibus suos liberos Wittebergae haberent. Ibi pro uno praeceptore et paedagogo multos, eosque excellentes in omni genere doctrinae habebunt, multarum nationum mores cognoscent, multorum principum familiaritatem contrahent; denique nihil est omnium rerum, si loca sunt conferenda, cur apud nos potius, quam illic esse debeant, ubi ego ipse animo et voluntate dies noctesque habito, utinam aliquando et corpore. Nam me iamdiu nostrarum rerum taedet pigetque. Denique si nulla alia causa esset, pericula ipsa hortari debent, v. m., ut huic meo consilio non repugnet. Si tamen minores apud nos esse mauult, quibus nostra schola accomodatior esse videtur, spero me apud d. Ecckium de hospitio aliquid effecturum. Et alit domi suae praedagogum filiolo suo adoptiuo et domini Verneri, quibus vestri commodissime adiungi possent. Haec fere habui, quae de mea sententia ad v. m. scriberem, quae si v. m. probari intellexero, non mediocrem huius consilii fructum me cepisse arbitrabor, sin minus, ego tamen fidei meae conscientia me consolabor. Cupio v. m. una cum omnibus suis bene valere meque eidem commendatum esse. Bartphae 2. Februarii anno 1544.

v. m. obseruantissimus

Leonhardus Stöckel.

Frankl V.: Réwai Ferencz fiainak iskoláztatása. 59. l.

296.

1544 február 11.

Merse László szepesvári udvarbíró kijelenti, hogy a szepesi káptalan ragyolczi birtokán emelt malmát le fogja rontani, mert az a vár malmának kárt okoz.

Anno 1544. feria secunda ante beati Valentini martyris nobilis Georgius Fekete legitimus procurator castri Scepusiensis, nomine egregii Ladislai Merze de Szvinye, provisoris et praefecti dicti arcis Scepusiensis, — — — — — protestatus est molendinum per venerabile capitulum Scepusiense in metis Ragyolcz noviter erectum uelle diruere, eo, quod dictum molendinum esset in praeiudicium et damnum molendini castri Scepusiensis sub castro aedificati et locati.

Országos Levéltár: Neo Reg. Acta f. 1586. Nr. 16.

Közli: Iványi Béla.

297.

Prága, 1544 február 12.

Ferdinánd értésére adja Várdaynak és a helytartótanácsnak, hogy az örökös tartományok is szivesen ajánlkoztak Magyarországnak védelmére. Felszólítja őket, hogy Dévay és Drágfy megfékezésében Báthory Andrást segítsék s kijelenti, hogy az egyház s állam ügyét védendő nemsokára Speyerbe menend.

Ferdinandus divina favente clementia Rom. Hungarie Bohemie etc. rex semper augustus etc.

Rvme in X-to pater, reverendi magnifici, et egregii syncere dilecti. Nudius tercius binas vestras accepimus literas, ultima Januarii preteriti ad nos datas. Ad quas breviter vobis respondemus, nostrum in defensione istius regni nostri Hungarie et fidelium subditorum nostrorum studium, curam ac paternam diligentiam nunquam defuisse neque in posterum defuturam.

De Mathia Deway heretico, que nobis subscripsistis, intelleximus. Ostendit etiam nobis Zagrabiensis copiam literarum Gasparis Drágffy synodalis etc. Iam antea binis literis nostris commisimus ipsi Drágffy, ut huiusmodi hereticos homines in bonis suis non pateretur, quod eum omnino facturum credimus. Dedimus etiam literas, et commissionem nostram ad prefatum Andream Báthory capitaneum nostrum, ut huiusmodi hereticis coercendis

omnem adhibeat operam. Vos igitur sitis ei auxilio, ut id rite recte, et ex vero fundamento fieri possit. Si quid preterea facto opus fuerit, faciemus et nos ea, que debebimus, nec patiemur ut heresis hec latius serpat. — — —

Maiestas cesarea, dominus et frater noster amantissimus, iam ante decimum diem Spiram advenit, eo nos quoque rebus nostris hic confectis, Deo bene iuvante, propediem proficiscemur. Ubi apud ipsam cesaream Mattem, principes imperii, uti antea vobis significavimus, nullam neque curam neque diligenciam neque operam earum rerum intermittemus, quae ad salutem, quietem et permansionem vestram, aliorumque fidelium subditorum nostrorum, et christiane reipublice pertinebunt. Datum Prage duodecima Februarii anno Dni millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Ferdinandus m. p. *Nicolaus Olahus* m. p.

Kívülről: Rsmo in X-to patri domino Paulo de Warda archieppo Strigonien. primati Hungarie, legato nato, summo cancellario et locumtenenti nostro etc. — — —

A primási világi levéltárból közölve. Magyar Sion. IV. 1866. 604—606.

298.

Prága, 1544 február 12.

Ferdinánd király meghagyja Thurzó Elek özvegyének, Székely Magdolnának, hogy a nyitrai várat és püspökségi javakat Thurzó Ferencz nyitrai püspöknek haladéktalanul kiszolgáltassa.

Ferdinandus stb. Generosae et magnificae dominae Magdalenae Zekel de Ormosd, spectabilis et magnifici quondam comitis Alexii Thwrzonis s. et gr. Non sine gravi animo accepimus, te contra mandatum et voluntatem nostram, episcopatum Nitriensem fideli nostro reverendo Francisco Thwrzoni non restituisse. Quamobrem supplicatione fidelium nostrorum Joannis, Francisci et Bernardi Thwrzonum accepta, volumus... ut ad 21-um diem a die exhibitionis praesentium tibi fiendae computandum arcem et episcopatum praefatum Nitriensem, relictis in ea victualibus et aliis rebus tam ad conservationem, quam ad defensionem necessariis, praefato Francisco Thwrzoni sine difficultate ulla remittere

atque restituere... debeas et tenearis stb. Datum Pragae die 12. m. Februarii a. D. 1544....

Az eredeti után közölte *Wenzel:* Thurzó Zsigmond, János, Szaniszló és Ferencz, négy egykorú püspök stb. Budapest, 1878. 41. lap.

299.

1544 február 14.

A kolosmonostori konvent bizonyítja, hogy a kolozsvári domokosrendi apáczák Kolosmegyében fekvő tusoni és thombi (dombi) birtokaikat Fráter György váradi püspöknek ötszáz forintért eladták.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra... ad universorum notitiam... quod religiose domine sanctimoniales ordinis beati Dominici confessoris, prius in claustro beati Egidii abbatis et confessoris extra muros civitatis Koloswariensis constructo degentes, nunc vero intra muros eiusdem civitatis Koloswariensis in claustro sacelle (!) sancte et individue Trinitatis commorantes, videlicet religiose domine Anna, priorissa, filia olim circumspecti Nicolai Zewch, Barbara, filia quondam circumspecti Joannis Zewath, item Vrsula filia olim Bartholomei Chonka concivium prefate civitatis Koloswariensis in personis totius communitatis virginum sanctimonialium coram nobis personaliter constitute... retulerunt in hunc modum: quomodo ipse... totales portiones ipsarum possessionarias in possessionibus Thwsson et Thomb vocatis, in comitatu de Kolos existentibus habitas... reverendissimo domino Fratri Georgio, episcopo Waradiensi, thesaurario et locumtenenti... pro florenis quingentis per easdem receptis... dederunt, vendiderunt... Datum feria quinta in festo beati Valentini martyris, anno Domini 1544.

Budai országos levéltár: D. L. 36.406. Kolosmonostori Protocoll. 22. l.
Közli: Bunyitay Vincze.

300.

Kolosmonostor, 1544 február 16.

A kolozsvári klárarendű apáczák tiltakoznak az ellen, hogy szerzetes házuk nagyobb részét a kolozsvári tanács erőszakosan elfoglalta és a berekesztett (ki nem járó) apáczáknak adta.

Nos conventus monasterii beatae Mariae virginis de Colosmonostra memoriae commendamus... religiose domine, videlicet

domina Dorothea de Coloswar et Veronica de Buda ordinis sancte Clare ad latus claustri b[eate] virginis fratrum Minorum in civitate Colosvariensi fundati degen[tes] in ipsorumque, ceterarum religiosarum dominarum nominibus et personis nostram venientes in presentiam per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curaverunt in hunc modum: quomodo ipse, sicut viderent et revera perciperent, iudicem et iuratos cives necnon totum senatum dicte civitatis Coloswariensis bonam et maiorem partem domus monialium ad latus claustri Minorum Fratrum in Coloswar[1] simul cum sacello, cellulis, stuba, puteo, ortusque (!) et curia propriis sumptibus per easdem emptas et edificatas ab ipsis occupaverint et acceperint, *Monialibus reclusis in perpetuum*... et *donaverint* in dampnum et praeiudicium earundem protestantium ... magnum et religionum suarum derogamen manifestum. Facta itaque huiusmodi protestatione... eosdem iudicem et iuratos cives... a receptione, donatione et collatione, necnon *prefatas Moniales reclusas ab* occupatione... conservatione, acceptatione edificatione et sibimet ipsis usurpatione... prohibuerunt contradicendo... Datum in Colosmonostra sabbatho ante festum cathedre beati Petri apostoli, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Budai országos levéltár: Kolosmonostori Protocoll. III. — Töredék. 8. lap. — A szélein nagyon szakadozott; több helyen már hiányos.

Közli: Bunyitay Vincze.

301.

Prága, 1544 február 18.

Ferdinánd király az ó-budai apáczák számára megerősíti V. László király azon levelét, a melylyel ez az apáczák jószágait minden adózás kamarahaszna alól felmentette.

Sua Maiestas privilegia sanctimonialium Veteris Budensium, litteras videlicet privilegiales Ladislai Hungarie, Boemie etc. regis felicis memoriae, super exempcione universarum possessionum sanctimonialium ipsarum, de solucione taxarum, lucrique camere regiae facta, innovavit et confirmavit, perpetuo valituras.

Országos Levéltár: Liber Regius. II. kötet, 60. lap.

Közli: Iványi Béla.

[1] In margine altera manu additum.

302.

Pozsony, 1544 február 22.

Várdai Pál, esztergomi érsek, várának és egyházának birtokából kiesvén, kéri Ferdiuánd királyt, hogy az üresedésbe jött mölki apátságot neki adományozza.

Sacratissime rex ... Scripsi hesterna die ad Maiestatem v. s. supplicavique, ut cum arce et ecclesia mea caream, in cuius munitione omnes meos proventus insumpsi et preterea reliquiis afflicti regni huius extrema ruina impendeat, nisi Maiestatis v. et sacratissime cesaree Maiestatis, ceterorumque principum ac statuum imperii opera in estatem proximam violentia potentis hostis generali expeditione retundatur, supplicavi, inquam, ut Maiestas v. s. fidelium servitiorum meorum ratione habita dignaretur clementer providere mihi beneficio alicuius vacantis ecclesie in aliis ditionibus suis, ubi residuum vite, quod superest, in servitiis divinis transigerem; ostendi etiam intelligere me, quod abbatia quedam Mechly hoc tempore vacaret, qua liceret Maiestati v. precibus meis respondere. Rogaveram generosum et magnificum dominum Nicolaum comitem de Salmis etc. cui literas meas ad Maiestatem v. perferendas commendavi, ut Maiestatem v. in meis rebus interpellaret; exquo tamen et is magnificus d. Franciscus Battiany ad Maiestatem v. proficiscitur, rogavi et hunc meam supplicationem v. Maiestati, coram, verbis exponat. Quare humillime supplico: dignetur Maiestas v. ex innata sua clementia huic domino Battiany pias aures adhibere et supplicationi mee gratiose respondere. Confido autem ipsam fidelissimorum servitiorum meorum rationem habituram, que certe tanto studio et diligentia prestiti, prestaturumque me recipio, ut non possim non fidenter Maiestatem v. interpellare et de clementia sua optime sperare. Servet Maiestatem v. Deus optimus, maximus felicem et incolumem. Posonii 22 die Februarii 1544.

Sacratissime Maiestatis v.

fidelis et servitor capellanus

Paulus,

archiepiscopus ecclesie Strigoniensis m. p.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati, domino meo clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1544. 48.*

Közli: Bunyitay Vincze.

303.

Prága, 1544 február 24.

I. Ferdinánd király megparancsolja a m. kir. kamarának, hogy az ó-budai apáczák jószágaira adókat ne vessenek.

Ferdinandus, divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Boemiae etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austriae, dux Burgundiae etc. Fidelibus nostris venerabili et egregiis Alberto preposito Quinqueecclesiensi, consiliario nostro, prefecto et aliis consiliariis camere nostre, salutem et graciam. Oblata sunt nobis privilegia pro parte et in personis religiosurum dominarum sanctimonialium Veteris Budensis, ex quibus possessiones et bona earum a solutione lucri camere nostre ex divorum quondam regum, nostrorum predecessorum, annuentia exempta esse cognovimus. Que et nos ad earundem humillime supplicationem graciose confirmavimus. Quare volumus et fidelitati nostre mandamus, ut huiusmodi privilegia ipsarum dominarum sanctimonialium, per nos etiam confirmata, observare debeatis et teneamini, possessionesque et bona earum contra illa nequaquam gravetis aut impediatis. Aliud nullo modo facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage vigesima quarto Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* r. c.

Papiron, alul papirral fedett vörös viaszpecséttel. — Országos Levéltár: Acta. Mon. Poson. Fasc. 45. Nr. 24.

Közli: Iványi Béla.

304.

Prága, 1544 február 24.

I. Ferdinánd király megparancsolja Várday Pál kir. helytartónak, hogy azon itéletet, a melylyel a volt pozsonyi apácza-klastromot az ó-budai apáczák Pozsony városától elnyerték, hajtsa végre.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Boemiae etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum archidux Austriae, dux Burgundiae etc. Fideli nostro reverendissimo in Christo patri domino Paulo de Warda, archiepiscopo Strigoniensi, primati Hungariae, legato nato, supremo cancellario et locum-

tenenti nostro salutem et gratiam. Expositum est nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium Veteris Budensis, qualiter fideles nostri prudentes et circumspecti cives civitatis nostre Posoniensis bona et possessiones illas, que ad monasterium ipsarum monialium Posonii fundatum ab antiquo pertinuissent, hactenus eisdem ad frequentia mandata nostra nondum restituissent. Quum autem monasterium ipsum Posoniense ipsis dominabus sanctimonialibus adiudicatum, ut scitis, sit, et bona ipsa ad illud pertineant, utpote ad divini cultus continuationem donata et dedicata, volumus et fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, ut eosdem cives ad restitucionem ac remissionem predictorum bonorum ipsis dominabus fiendam, auctoritate nostra vobis in hac parte concessa iureque et iusticia mediante, cogere et compellere debeatis et teneamini, aliud nullomodo facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage, vigesima quarta Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* r. c.

Eredetije papiron, alul vörösviaszba nyomott töredékes pecséttel. — Országos Levéltár: Acta. Monial. Poson. Fasc. 60. Nr. 47.

Közli: Iványi Béla.

305.

Eperjes, 1544 márczius 17.

Eperjes városa Bártfa városának. — A lőcseiek két követet küldöttek hozzájok és előadván, mi indította őket arra, hogy az evangéliumot elfogadják, kérték őket, hogy predikátorukat kis időre engedjék át, mit ők — fölötte megörülvén — meg is tettek.

«...Es haben die ersamen Herren von der Leutscha zwen ersame Herren zu vns geschikht, vnd nach anzaigung vieler vrsachen, dadurch *sie bewegt worden das hailig Evangelium anzunemen,* an vns mit hoch vleissiger bit gelanget: inen vnsern prediger auff ain claine (!) zait zuvergönnen, des wir denn hoch erfreut worden, vnd wiewol wir vnsers predigers dieser zait nit wol entperen khonnen, doch haben wir inen solchs christliche begern nit mogen abschlahen, vnd lassen den prediger selbander hinauff zihen. Der allmechtig gott gebe sein gnad datzue, das die sach ain glükselige, gute furgang vnd gedeien hab, zu seinen gotlichen ehren, vnd zu trosst vielen betrubten vnd zurrutten

gewissen... Geben zu Eperies den. 17. Marcii 1544. Richter vnd Ratt der statt Eperies.

Kívül: An Ersamen vnd Weisen Herrnn Richter vnd Rate der stadt Bartpha etc.

Egy ív papir két oldalán, veresviasz zárópecséttel. — *Bártfa város levéltára.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

306.

Olmücz, 1544 márczius 23.

Thurzó György tanácsolja Thurzó Ferencznek, hogy mielőbb és minden áron béküljön ki özvegy Thurzó Eleknével, mert majd más kapja meg a nyitrai püspökséget.

S. P. Frater charissime. Nuperrime mihi litere sunt allate a nobili domina Magdalena Zekel, quibus mihi conqueritur, quod eam iniuriis et contumeliis lacessere non desinas, teque alia racione tuam erga ipsam ac liberos illius gratitudinem declarare debuisse, quam litibus ac forensi contencione, fortasseque illud male te habere, quod hactenus tibi sit servatum, aut quod non amiseris ea, que alius tibi non tute, ipse conservarit. Quapropter consilium reverendissimi Olomucensis ac meum esset omnino, ut tu postpositis omnibus contencionibus ac litibus, quoquomodo illius animum placare ac demulcere studeres, ne forte illud accidat (quod omne Deus avertat), quemadmodum mihi et eisdem literis ad me datis demonstrat, ne inter duos litigantes tercius adipiscatur, et adeptis gaudeat. Proinde capito in tempore consilium, priusquam res ad extremum deveniat, quid facto opus sit, ne te post poenitere possit, quantumque in reverendissimo Olomucensi ac me fuerit tibi nec consilio nec auxilio deerimus, suaque p. mihi commisit, ut quamprimum tibi ea scriberem ac significarem. Nam novisti, ni fallor illius mulieris animum ac pertinaciam, quod nihili pendat mandata atque regie Maiestatis scripta. Sequere igitur potius consilium reverendissimi Olomucensis ac meum, haud te poenitebit. Nam et animum illius erga me satis perspectum ac declaratum literis suis habeo, promittitque se in nullo mihi, neque opera neque studio deesse velle. Quare rescribito mihi, ut sciam quamprimum, quid constitues, neque esto in scribendo tam deses, ut fuisti hactenus, longissimo enim tempore nihil literarum abste accepi, summaque ducor admiratione, quod tam presto exciderim

tibi ex animo. Interim te quam foelicissime valere cupio. Ex Olomucz dominico Letare, anno M. D. XLIIII.

Georgius Turzo,
tuus germanus.

Generoso ac nobili domino Francisco Turzoni de Bethleemfalva, fratri suo charissimo.

Eredetije papiron, papirba nyomott gyűrűspecséttel, a papir felett a G. T. betükkel. Országos Levéltár: Neo-Regestrata-Acta. fasc. 1703. Nr. 31.
Közli: IVÁNYI BÉLA.

307.

Eperjes, 1544 április 12.

Werner György Réwai Ferenczhez. — Ajánlja Gyalui Torda Zsigmondot, kit unokája mellé nevelőül Serédi Gáspár is fel akar fogadni, Révay fiai mellé nevelőül.

Magnifice domine, domine mihi observandissime. Servitia mea paratissima. Accepi nudius quartus a Sigismundo literas Viteberga, quibus significavit se etiam unum teneri suspensum expectatione conditionis, quam dominus Caspar Seredi se sibi daturum ostenderat. Sed nondum ei fuerunt redditae litterae meae, quibus ei magnificentiae vestrae vocationem et voluntatem ostendi, quibus acceptis non dubito fore, quin certa incertis sit praelaturus, quamquam et hoc quod a domino Seredj oblatum fuit, pro haud incerto videtur esse, amplexurus. Nos quidem huc quottidie eundem dominum Seredj expectamus, sed si etiamnum iste haeret, nihil obstabit puto, quominus magnificentia vestra cum eo hac de re communicare posset, et forte ea inueniretur ratio, vt Sigismundus liberis magnificentiae vestrae et illius nepoti communiter operam nauare posset in Italia (nam et ipse dominus Seredy eum suum nepotem Patauy, aut ubicumque Lazarus Bonamicus docet, esse cupit) etiamsi Sigismundus peculiariter magnificentiae vestrae liberis esset addictus. Sed haec magnificentiae vestrae iudicio relinquo. Sigismundus inter viginti septem magistros artium liberalium nuper Vitebergae promotos, ut vocant, primum locum totius academiae calculis tenuit. Mirifice amatur et praedicatur ab omnibus, ac tanto quidem magis optarim, vt is optimus magnificentiae vestrae liberis praeceptor contingat, quod equidem omnino fore spero. Expectabo deinceps quotidie ab eo literas, et cum primum quid ab eo accepero, faciam continuo magnific.

vestram certiorem, quamquam euenire potest, vt ipsemet sit epistola et ad magnif. vestram prius quam ad nos perveniat. Nam ei etiam compendia, quae per Silesiam ad arcem magnif. vestrae Sclabyniam sequeretur, ostendi.

Monachus heri Cassouiam ingressus creditur. Nam eum in itinere fuisse certum est. In comitatu eius sunt domini Bebek, Franciscus Pereny, duo fratres Homonnenses, Emericus et Antonius, qui se totos ad eum applicarunt. Pellicit ille ad se, quosqumque potest, et ne hic quoque ditionis suae terminos proferat, metus est. Creditur Cassouiae aliquamdiu immoraturus, et congregationem aliquam indicturus. Et quia hic quasi retibus ad capiendos demulciendosque sibi homines vtitur, monuit me hodie per literas dominus Andreas Bathorj, vt cauem, quantum fieri potest, ne se civitates istae, aut alii fideles regii eo adduci paciantur. Nam quibus artibus ad Dereczke vsus est anno superiore, tenet. Quidquid huius gerit monachus, ipse ex arbitrio et commodo regis gerere ait. Sed quorsum tendat, ipsa res loquitur. Hoc non potui facere, quin magnific. vestrae significarem, quam scio pendendis procurandisque regiis commodis serio esse intentam. Non est fortassis palam edocendum, ne quis congregationi, si qua ab eo iudicetur, intersit. Sed si caueri posset, ne quisquam iret, id certe plurimum regis referre existimarem. Verum magis forte abstrusa sunt huius sacri mysteria, quam vt mihi nota esse possunt. Quare ista missa facio, et magnificentiam vestram oro, vt quae dicta a me sunt, sibi dicta putet.

Lobotzkj nondum ex Polonia rediit. Quas res gerat, nescio. Sed vt ne in hoc quoque magnificentiam vestram celem cogitationes meas, ego ne quam emptionem, neque regis, neque regni ex usu futuram, transigat, valde vereor. Itaque quod magnificentia vestra significauit se facturum, id faciendum esse censeo. Dominus Deus magnificentiam vestram perpetuo seruet et sospitet. Datum Eperies 12. Aprilis Anno 1549.

Magnificentiae vestrae seruitor

Georgius Vernerus.

Vtilius mea opinione dominum Seredj nunc hic apud nos, quam aut Viennae aut Posony esse. Impellendum esse putarem, vt veniret, si ultro nollet.

Frankl V.: Réwai F. fiainak iskoláztatása. 71. l.

308.

Wittenberg, 1544 április 21.

Luther Márton válaszlevele az eperjesi és szomszéd lutheránus hitközségek prédikátoraihoz Dévay Mátyásról és a szakramentárius tanításról.

Venerabilibus in Christo fratribus, ministris Verbi in ecclesiis Eperies in vicinorum locorum sinceris et fidelissimis, in Domino carissimis, gratiam et pacem.

Venerabiles in Domino viri. Litteras vestras lugubres nimis legi magno cum dolore cordis mei, tantam videns iram Dei, imo tanta demerita peccatorum nostrorum, quae cogerunt Deum ad mittendas contra nos tam horridas furias Turcarum. Ipse det, ut resipiscamus et acta poenitentia, placemus hanc iram. Aut si omnino decretum est ita fieri, faciat, ut sit haec novissima ira et unum de magnis signis, ad diem gloriae et salutis nostrae, sicut dixit: Et signa erunt amen. Ceterum, quod de Matthia Dévay scribitis, vehementer sum admiratus, cum et apud nos sit ipse adeo boni odoris, ut mihi ipsi sit difficile vobis dicere scribentibus. Sed, utut sit, certe non a nobis habet sacramentariorum doctrinam. Nos hic constanter contra eam pugnamus publice et privatim, nec ulla suspicio aut tenuis odor est apud nos de ista abominatione. State ergo et nolite dubitare, me nunquam, nisi me Deus furiosum fieri permittat, sensurum esse cum adversariis sacramenti, nec eam abominationem passurum in ecclesia mihi credita, aut si, quod avertat Deus, aliter fecero, vos cum fiducia dicite, me furiosum et damnatum esse. Diabolus est, qui cum scit, tot meis libris testibus me invictum esse in publico, cogitat serpentinis et clanculariis sibillis, ubi potest, in angulis suis me infamare et verbum veritatis sub mei nominis titulo deformare. Cogor itaque post tot confessiones meas adhuc unam edere, quam faciam propediem et novissimam. De m. Philippo mihi nulla est omnino suspicio, neque de ullo nostrum. Nam, ut dixi, in publico ne mutire quidem audet satanas. Oremus ardenter, ut dominus noster Jesus Christus finem faciat propediem istius mundi novissimi et pessimi, qui venit ad summum, ut neque se ipsum ferre ultro posse videatur. Veni Domine Jesu, amen! in quo bene valete. Datum Wittebergae feria 2. post Quasimodogeniti. MDXLIV.

Ribini: Memorabilia augustanae Confess. I. 60.

309.

Brassó, 1544 április 22.

«Anno 1544. Ist Herr Hans Fuchs zum 4tenmahl zum Richter erwählet worden.

Eodem Anno. den 16. Tag Februarii hat unser Pfarr zu Cron Jeremias Jekel die Pfarr aufgegeben, und die Tartler Pfarr angenommen, und dahin gezogen, auf was Ursach, ist unnöthig zu erzehlen. Auf dieses ist dem H. Hans Fuchs von der Gemein die Pfarr und Kirch sorge befohlen worden zu verwalten biss Gott einen frommen Seelensorger würde bescheren.

Item sind mit Willen der Obrigkeit die Bilder aus den Kirchen, auch der grosse Altar in der Pfarrkiche abgebrochen worden.

Dito den 22. Tag Aprilis ist mit gemeiner Wahl der gefärte und gottesfürchtige Mann H. Johannes Honterus zum Pfarr in Cronstadt erwählt worden.»

Ostermayer krónikája. *Kemény:* Deutsche Fundgruben. 29. l.

***

«1544. Hoc anno d. 16. Febr. Jeremias Jekel, pastor ecclesiae Coronensis, deserta statione sua, pastor ecclesiae Prasmarinae factus est. In cuius locum, summa omnium voluntate, M. Johannes Honterus pastor ecclesiae Coronensis factus s. electus est d. 22. April.

Eodem anno imagines ex templis, voluntate senatus, eiectae, et altaria demolita sunt, uno tantum summo retento.»

Trausch: Chronicon Fuchsio-Lupino-Oltardinum. 54. l.

310.

1544 április 23.

Bethlenfalvi Thurzó Ferencz a nyitrai káptalan előtt vallja, hogy Thurzó Elek végrendeletét mindenben elfogadja, a nyitrai várral és püspökséggel megelégszik s egyéb jogáról Thurzó Elek özvegye és két leánya javára lemond.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus per presentes, quod reverendus dominus Franciscus Thurzo de

Bethlenffalwa, electus episcopus dicte ecclesie Nitriensis nostram personaliter veniens in presentiam, matura intra se deliberatione prehabita, sponte et libere confessus est in hunc modum: quomodo ipse testamentariam illam dispositionem, quam spectabilis ac magnificus dominus quondam comes Alexius Thurzo de Bethlenffalva, alias judex curie et locumtenens serenissimi principis et domini domini Ferdinandi, divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis etc. domini nostri clementissimi, in ultima sua voluntate super universis castris, oppidis, villis, prediis et quibusvis iuribus possessionariis, rebusque et bonis suis mobilibus ubilibet habitis fecisse dinoscitur, in omnibus suis punctis, clausulis et articulis in perpetuum ratam, gratam et acceptam habens, eidem testamentarie dispositioni suum consensum prebuisset benivolum, pariter et assensum, arce et solo episcopatu ecclesie predicte Nitriensis per Maiestatem regiam ad singularem intercessionem dicti domini comitis Alexii Thurzo ipsi domino Francisco Thurzo collato, cunctorumque proventuum et pertinentiarum eiusdem utilitatibus contentus esset, totalibus omnibus iuribus suis in eisdem universis castris, oppidis, villis et quibusvis iuribus dicti quondam domini Alexii Thurzo possessionariis ubilibet existentibus, habitis, eo non obstante, quod etiamsi in literis superinde donationalibus vel fassionalibus confectis nomen eiusdem domini Francisci Thurzo insertum haberetur, abrenuntians, ita, ut ipse dominus Franciscus Thurzo generosas ac magnificas dominam Magdalenam Zekel de Ormosd relictam ac puellas Annam et Elizabet, filias eiusdem quondam domini comitis Alexii Thurzo, earundemque heredes universas pretextu antedictorum castrorum, oppidorum, villarum ac iurium possessionarium, earumque et bonorum mobilium et immobilium in toto vel in parte contra premissam testamentariam dispositionem ipsius quondam domini comitis Alexii Thurzo via facti vel iuris acquirere vel inquirere nullo unquam tempore valeat atque possit; imo acceptavit, suumque consensum prebuit ac predictis arce et episcopatu Nitriensi se per omnia contentum retulit, predictis omnibus iuribus suis perpetuo abrenuntiavit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in festo beati Adalberti episcopi et martyris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum. II. fol. 21b. — Közölte *Wenzel:* Thurzó Zsigmond, János, Szaniszló és Ferencz. 42—43. ll. Megvan a herczeg Eszterházyak kismartoni levéltárában is. Közli: Bunyitay Vincze.

311.

1544 április 24.

Thurzó Ferencz nyitrai püspök és Ormosdi Székely Magdolna, néhai Bethlenfalvi Thurzó Elek özvegye a nyitrai vár átadása iránt a nyitrai káptalan előtt kiegyeznek.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus per presentes, quod reverendus dominus Franciscus Thurzo de Bethlenffalwa, electus episcopus dicte ecclesie Nitriensis, nostram personaliter veniens in presentiam, iuxta continentiam quorundam articulorum inter eundem dominum Franciscum Thurzo episcopum ab una, ac generosam ac magnificam dominam Magdalenam Zekel de Ormosd, spectabilis ac magnifici domini quondam comitis Alexii Thurzo de Bethlenffalwa, alias judicis curie et locumtenentis serenissimi principis et domini domini Ferdinandi, divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemieque etc. regis domini nostri clementissimi, relictam ab altera partibus in facto restitutionis castri dicti episcopatus Nitriensis coram domino locumtenente et aliis consiliariis dicte regie Maiestatis editorum conspectuique nostro oblatorum, matura intra se deliberacione prehabita, sponte et libere confessus est in hunc modum: et primo idem dominus Franciscus Thurzo episcopus promisit eandem dominam Magdalenam Zekel debita observatione prosequi, ipsique domine et liberis eius fraterne amore sincero se proecuturum (!), providebit etiam et cavebit, ne ex arce Nitriensi et eiusdem pertinentiis eidem domine Magdalene relicte et eiusdem bonis quitquam molestiarum et violentiarum per quospiam inferantur, quin potius bona eiusdem domine, filiarumque dicti quondam domini comitis Alexii Thurzo eque ac bona episcopatus et ecclesie sue totis viribus tuebitur et defendere studebit; cavebit insuper, quod dominus Melchior Balassa aut alii violenti per ipsum in dictam arcem Nitriensem non recipientur, per quos violentie aut depredationes exercerentur, unde terre huic desolatio et periculum immineret; promisit etiam idem dominus Franciscus episcopus, ut bombardas privatas per dictam dominam Magdalenam Zekel ad petitionem dicti domini locumtenentis et consiliariorum pretacte regie Maiestatis in ipsa arce Nitriensi habitas et relictas post spatium duorum mensium, si interim idem dominus episcopus ab eadem domina Magdalena precibus suis consequi non valebit, restituere; de victualibus quoque quantum

annotata domina Magdalena de ipsa arce Nitriensi, que nondum exportata essent, per provisorem suum, quitcunque voluerit, libere et pacifice exportari facere permittit; item triticum et avenam, vina et alia, que egregius Georgius Hathhalmy, castellanus dicte arcis Nitriensis, partim ex servitio, partim aut pecunia parata in ipsa arce Nitriensi et possessione eiusdem episcopatus Radosna in officio suo comparata habet, si nunc educere ea non posset, quandocunque vellet, tam ex arce, quam dicta possessione Radosna libere et sine defectu atque impedimento educere idem dominus episcopus pollicitus fuisset; omnem insuper sementem, quam idem Georgius Hathhalmy in avena et tritico in dicto officiolatu suo fecisset et haberet, adveniente tempore messis, sibi nullo contradicente vel obstante, libere demetere et ad usus suos pro libito (!) convertere concessisset. Ad que premissa et quevis premissorum singula fideliter observanda idem dominus Franciscus Thurzo episcopus ultro se obligasset imo obligavit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum in festo beati Georgii martyris anno Domini 1544.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum. II. 21b. — Közölte *Wenzel:* Thurzó Zsigmond, János, Szaniszló és Ferencz. 41—42.

Közli: Bunyitay Vincze.

312.

1544 április 27.

Lomniczai Horváth János, volt szepesi prépost azon összegből, melyért a dunajeczi várat zálogban birta, kétezer forintot nejének, Ágnesnek ajándékoz.

Fassio egregii Joannis Horwath de Lomnicza, consiliarii regie Maiestatis, alias prelati huius ecclesie.

Nos capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, quod nos ad legitimam petitionem egregii Joannis Horwath de Lomnicza, consiliarii regie Maiestatis, qui propter certas et rationabiles causas nostri in presentiam venire nequivit, duos ex nobis, videlicet venerabiles magistros Georgium de Warallya et Balthasarem de Buda, fratres et concanonicos nostros, qui videlicet fassionem eiusdem Joannis Horwath exaudirent, transmiseramus, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis conscientiose retulerunt eo modo: quomodo ipsi in dominica *Jubilate* nunc proxime transacta ad civitatem Lewchowiensem accessissent, ibique idem Joannes Horwath, coram eisdem fratribus nostris

personaliter constitutus, sponte et libere confessus fuisset eo modo: quod ipse considerans charitatem sinceram et affectum erga se generose domine Agnete, consortis sue charissime, cuius charitatis volens eidem argumenta et indicia ostendere nunc, donec viveret, hanc in illam beneficentiam prestitisset, quod, si divina voluntate et permissione eundem Joannem Horwath ex hac vita prius, quam dictam dominam Agnetam, consortem suam, quod Deus avertat, absque prolis solatio decedere contingeret: extunc ex illa summa florenorum, in qua arx Dwnawecz apud eundem Joannem Horwath titulo pignoris haberetur, eidem domine Agnete, consorti sue pro dote sua duo millia florenorum in auro contulisset et legasset, ea lege, ut post decessum eiusdem Joannis Horvath, dum et quando is, cui magis intererit, dictam arcem Dwnawecz ad se redimere voluerit, prefata domina Agnetha nullo modo arcem eandem illi resignet et restituat, nisi prius huiusmodi duo millia florenorum in auro eidem domine Agnete restituat et persolvat. In cuius rei testimonium presentes literas nostras, sigillo nostro a tergo consignatas, ad fassionem eiusdem Joannis Horwath et ad relationem predictorum fratrum nostrorum, memorate domine Agnete duximus concedendas. Datum vigesimo septimo die mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias nr. 2. fol. 76b. — N. B. Cum Laurentius Kretschmar (Grecsméry) a rege 4-a Octobris a 1543 nominatus praepositus Scepusiensis apoplaxiae ictu tactus Scepusium venire non potuit, ad intercessionem amicorum Joannes Horvath iterum in praeposituram restitutus fuit. Unde idem Capitulum «feria tertia proxima post festum Beati Michaelis Archangeli 1544» (30-a Septemb.) eundem: «reverendus dominus Joannes Horwath de Lompnicza, prepositus Scepusiensis sacreque Rom. Hungar. Bohemie etc. regie Maiestatis consiliarius, dominus et prelatus noster» nominat. *U. o. 78. l.*

Közli: Bunyitay Vincze.

313.

Nagy-Várad, 1544 május 1.

A váradi káptalan lefesti a pápa előtt az ország siralmas állapotát, a lutheranismus terjedését s kéri a pápát, adjon engedélyt Fráter Györgynek, hogy két suffraganeus püspököt választhasson és felszenteltethessen.

Capitulum Varadinense Romano Pontifici querulose describit statum regni. Quanta pericula et vulnera regno inflixit lutheranismus et saevities Turcarum! Praesertim tamen hierarchia ecclesiastica passa est in praelatis detrimentum, in membris corruptio-

nem. Regnum, quod tanto tempore fuit murus contra tyrannidem Turciam, nunc immensarum tribulationum sedes est, fames, incendium, ruina undique, incolae vero in captivitate. Haeresis continuo propagatur et timendum, ne zizania opprimant segetem Dei. Inter haec fere solus Frater Georgius, episcopus Varadinensis, studet defensioni patriae et secundum monitum Summi Pontificis tranquillitatem animarum turbatam instaurare et catholicam fidem antiquo spendori restituere. Quapropter summo ardore supplicant, ut episcopo Georgio facultatem det ex apostolicae potestatis plenitudine duos suffraganeos episcopos eligendi et consecrandi.

Pármai állami levéltár. Carteggio Farnesiano. 1544. I.

Közli: KOLLÁNYI FERENCZ.

314.

1544 május 1.

Melanchthon hirt kapott arról, hogy a budai basa négy papot bilincsekbe verve Konstantinápolyba hurczoltatott.

— — — — — — — — — — — — — — —

In Hungaria multae ecclesiae piae constituuntur, sed bassa Budensis recens quatuor sacerdotes capi iussit et Constantinopolim mitti.

Melanchthonis Opera a «Corpus Reformatorum»-ban. V. 375. (L. «Századok» 1874. 183. l.)

315.

Eperjes, 1544 május 4.

Verner György tudósítja Révay Ferenczet Torda Zsigmondról és Honter tudományos működéséről.

Magnifice domine, domine mihi observandissime. Servitia mea paratissima quouis loco. Cives Leuchouienses a me commendatitias ad magnificentiam vestram petiuerunt, quas eis negare non potui, etsi scirem his apud magnificentiam vestram nihil opus esse. Neque enim his fulcientis (!) egent, quae aequitate nituntur, qualem ipsi nimirum suam adversus vicinos suos ciues Kesmargenses causam esse putant. Quamquam vero haec ita se habent, tamen magnificentiam vestram plurimum oro, vt aequitatem causae ipsorum suo favore reddat plausibiliorem. Id ipsi

omnibus gratissimorum hominum officiis prosequi ac promereri studebunt. Sigismundus a Gyalw nondum mihi quidquam rescripsit ad vocationem, quae magnificentiae vestrae iussu facta est, et ex eo propemodum eam in spem venio, vt mihi ipsummet potius, quam literas eius expectandas esse existimem. Sed abesse non potest, quin breui de voluntate eius fiamus certiores.

Mitto magnificentiae vestrae nostri Joannis Honteri libellum, quo cosmographiae rudimenta continentur, qui magnificentiae vestrae non modo eruditionem hominis, quam alioqui perspectam habet, sed etiam artifices manus repraesentabit. Idem enim et versuum et caelaturae tabularum author est.

Dominus thesaurarius etiamnum Cassoviae est, et de congregatione aliqua facienda consilia sumit. Mussitant etiam quidam, eum in Poloniae confinibus cum regis Poloniae consiliariis conuenturum.

Magnificentiam vestram perpetuo seruet dominus. Datum Eperies 4. May anno 1544.

Magnificentiae vestrae

seruitor

(Eredetiből.) *G. Verner.*

Frankl V.: Réwai F. fiainak iskoláztatása. 71—72. ll.

316.

Besenyő (Heidendorf), 1544 május 6.

Pomarius Ádám besenyei (heidendorfi) lelkész tudatja a beszterczei tanácscsal abbeli elhatározását, hogy meg fog nősülni és kéri a tanácsot, hogy őt az esetleges zavargások ellen megvédelmezze.

Circumspecti domini observandi, salutem. Puto iam d[ominaciones] v[estras] multo plus quam alios edoctos esse, quomodo, gracia Dei illucescente Ewangelio, multe denseque tenebre passim per totam eciam Transiluaniam discusse sunt, redijtque aliqua facies prisce et purioris ecclesie, sic disponente Domino, ut ante diem eius, qui in propinquo est, semel abrumpantur aliqua ex parte, que contra voluntatem Dei consciencias multorum perturbarunt. Ideo nunc hisce literis meis d[ominationibus] V[estris] palam facio simulque oro, ut ex officio vestro, que iusta sunt, promovere et protegere dignentur. Hac nempe parte patroni omnium, qui aliquid recti incipere voluerint, esse debetis et pro virili officium quoque vestrum interponere, quemadmodum faciunt optimi

quique viri, qui presunt ciuitatibus Transiluanie contra membra sathane, que Dei ordinacionem prohibere, perturbare, disrumpereque semper conantur. — Ecce sub tutela v[estrarum] d[ominationum] post Deum, michi in animum induxi in precepto Domini multos cordatos viros sequi, ne amplius celebs vivam. — Non, quod vxore carere haud possem, imo multo magis in sublacionem suspicionum, scandalorum, et ne cure domus mee ac molestie in contumeliam ministerii mei ad suspectas personas transferantur. Insuper ex quo nemo, qui veritatem fateri velit, illam impressam a Deo nature vim abnegare potest, qua Deus perpetuum quoddam desiderium vtrique sexui indidit erga sese ad mutuam beneuolenciam, ordinauitque assensum et mutuam appetenciam ad generacionem, ita vt, nisi speciali Dei dono preuentus homo fuerit et verbum illud castitatis donatiuum (quod Christo teste pauci capiunt) nactus fuerit, impossibile est, vt bono modo viuat, imo magis per falsam ostentacionem, que hypochrisis est, semetipsum, vt videmus, in laqueum diaboli coniiciat, et interim per imbecillitatem vel sibiipsi vel sexui muliebri contumelias inferat, dum corpus illius simulque animam contaminat. — Vidit iam mundus, quid hic actum sit, et quanta peccata quanteque pene peccatorum et scortacionum iusto Dei iudicio inde usque ab inicio secuta sunt, et merito certe, quoniam homines prudentiores Deo esse voluerunt, ac id, quod Deus ordinauit, sathanica persuasione permutare, meliusque facere conati sunt. Neque respexerunt magnum prophetam et apostolum Paulum precipuum interpretem tocius Ewangelii, qui aperte prohibicionem matrimonij doctrinam demoniorum vocat. Ideo ego propter scandala vitanda et [ut] piam castamque sociam tocius vite mee et curarum domesticarum auxiliarem manum habeam, statui vxorem ducere. Ex quo autem novitas rei istius turbas aliquas monere presagit, quamuis nichil timeam in re sancta vel hominum insanam rabiem, nichilominus id nolui absque scitu et voluntate d[ominationum] v[estrarum] attentare. Et rogo velint equi bonique consulere, et primos istos motus, si qui futuri propter rei nouitatem fuerint, pro prudencia vestra moderare. Quod et vobis leuius factu futurum est, quam quod subinde tanta scandala sacellanorum vestrorum multa displicencia nec minoribus laboribus corrigere debeatis. Hoc autem sub magna Dei interminacione facere debetis, si non in magnas plagas et publicas erumnas propter publica scandala cadere veremini. Circumspecti domini hortor vos per Dei minam, vt vobis plebique commisse aduigiletis, et efficite, quantum in vobis est, vt

huiusmodi scandala in vniversum, si fieri possit, auferantur. Videtis quam male audit ministerium nostrum propter scortaciones ministrorum esclesie. Sacius esset ad normam prisce ecclesie ad tenuem succum sedere probos quoque sacerdotes cum propriis vxoribus suis, ac iuxta doctrinam beati Pauli domibus suis honeste prouidere et ecclesie in sano verbo inseruire, quam in tantis redditibus super perpetuas ollas Egypciacas ventres infarcire, contumeliosas scortaciones exercere, plebi offendiculo esse in probrum et scandalum vniverse ecclesie. Quam vera, sed deploranda sint hec, que dico, testes aduoco v[estras] d[ominationes]. Quomodo enim plebs audiet eum, qui tantis feditatibus conspurcatus est? Quomodo lucebit tanquam lucerna, si lux ipsa in tantas tenebras conuersa est? Multa sunt exempla in vtramque partem, que d[ominationibus] v[estris] optime cognita sunt. Promouete ergo, quod bonum est, adiuuate iustum, quoniam ministri Dei estis in hoc ipsum seruientes et non permittite amplius Dei ordinacionem sic abiici permutarique. Ego quidem spero, d[ominationes] v[estras] omnia, que iusta sunt et pia, acturas et recipietis a Deo mercedem vestram et ceteri quoque domini Transiluanienses summis laudibus vos efferent, quod in talibus studiis illis non solum imitatores, sed eciam effecti estis similes. In hec verba nequaquam fuissem tam audax, nisi certo persuasum haberem, d[ominationes] v[estras] esse viros pietate plenos, meique studiosissimos, quos felicissime valere opto. Datum ex Hedendorff hac hora sexti diei Maij anno 1544.

V. D. Subditus *Adam Pomarius,*

pastor hedendorffensis ecclesie.

Eredetije a beszterczei városi levéltárban. — Közölte *Wittstock:* Beiträge zur Reformations-Geschichte des Nösnergaues. 55—57.

317.

Wittenberg, 1544 május 11.

Luther Márton Honterus Jánost megnyugtatja arról, hogy levelét vette, valamint a Theodosius-féle aranypénzt is, melyet számára a brassai biró küldött. Dicséri az Istent, hogy a brassaiaknál az egyház vallásállapota javul. Dicséri aztán Honterust, hogy jól cselekszik és jól érez és éberségre intvén őt menti magát, hogy nagy elfoglaltsága és hajlott kora miatt többet nem írhat. Melanchthon Fülöp távol van Thüringiában.

Martinus Luther «domino Johanni Hontero Coronensis in Hungaria Evangelistae» scribit, se litteras suas et nummum aureum Theodosii a iudice

Coronensi missum accepisse. Porro continuat: «Ceterum de statu ecclesiae et religionis apud vos paulatim reficiente laudo Deum, Patrem hominum, a quo omne bonum procedit et precor, ut augeat vos et benedicat omni benedictione spirituali. Amen». Laudat Honterum his verbis «Recte igitur facis, recte sentis» monetque eum ad vigilantiam. Excusat se propter plurima negotia et aetatem provectam plura scribere non posse et significat «dominum Philippum» abesse in Thuringia.

Közölve *Trauschenfels:* Deutsche Fundgruben zur Gesch. Siebenbürgens Kronstadt. 1860. 14. l. — *Fabó:* A magyar- és erdélyországi mindakét vallású evangelikusok okmánytára. I. 16.

318.

Beszterczebánya, 1544 május 23.

Glocknitzer Farkas elvállalja, hogy a beszterczebányai Szent-Borbála-kápolna 500 aranyforint tőkéje után a kamatokat fizetni fogja.

Abschriefft des Contracts so zwischen herr Wolffgang Glockniczer und Fridrichen Schilling der guetter seliges Benedictem Glockniczers, halben, beschehn aus dem Statbuch der Stadt Newsol czogen.

Anno 1544. Freitag nach der Himmelfart Christi.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item demnach her Fridrich vormals uff seiner helffte ieczt angeczeigter guetter der Capellen S. Barbare hie im Newensoll vorschriben florenos funffhundert hungerisch in golt, laut der Verschreibung die in unsern Statbuechern derhalben volczogen und auffgericht, so ist von beyden teylen bewillet, das dise summa gelts soll auff den guettern, darauff sie versichert yst, bleyben, doch so obligiert sich her Wolffgang für sich und seine Erben, alle vorhaltene und versessene, auch zukunfftige zinsen, die von solche gelt oder guettern gefallen und gebueren werden, selbst zu zalen und zuentrichten und hern Fridrichen sampt seinen erben gancz und gar darvon zuentledigen und schuldlosz zuhalten.

— — — — — — — — — — — — — — —

Papiron, Beszterczebánya pecsétjével. Országos Levéltár: Neo Reg. Acta. f. 1566. nr. 44.

Közli: Iványi Béla.

319.

1544 május 31.

Melanchthon hírt kapott arról, hogy a protestantizmus terjed Magyarországon.

— — — — — — — — — — — — — — —

«Mediocriter propagari Evangelium passim in Hungaria, cum in iis locis, quae tenent Turci, tum in reliquis, quae nondum occuparunt, ac scribunt pii se gratulari sibi hanc consolationem, quod in ruina regni politici tamen discant veram invocationem Dei.»

Melanchthonis Opera a «Corpus Reformatorum»-ban. V. 405. *(Századok.* 1874. 182. lap.)

320.

1544 június 15.

Melanchthon hírt kapott arról, hogy a törökök kedveznek a protestantizmusnak Magyarországon.

— — — — — — — — — — — — — — —

Prefecti Turcici concedunt in Ungaria populo, ut vocent pastores ecclesiarum suo iudicio, et multi vocantur, qui pure docent Evangelium. Ac praefecti securitatem ipsis promittunt.

Melanchthonis Opera id. kiad. V. 771. *(Századok.* 1874. 182. l.)

321.

Pozsony, 1544 június 17.

Várdai Pál esztergomi érsek, mivel értesült arról, hogy a somlyóvásárhelyi apáczák az ellenség közelsége miatt Bécsbe akarnak költözni, megparancsolja a hatóságoknak, különösen a somlyai udvarbírónak és várnagynak, hogy őket szabadon átengedjék.

Paulus de Warda archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus cancellarias et locumtenens serenissimi principis et domini domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. universis et singulis dominis prelatis, baronibus, comitatibus, vicecomitibus,

capitaneis, castellanis, officialibus ac ceteris cuiusvis status et condicionis hominibus presentes inspecturis, signanter autem egregiis provisori et castellanis arcis Somlyo, salutem cum honore. Cum religiose et venerabiles matres moniales virgines de monasterio sancti Lamperti de oppido Wasarhel in his temporum disturbiis ob diversa pericula, que ipsis ex vicinitate hostium contingere possunt de oppido et monasterio ipsarum supradicto in civitatem Viennensem sese conferre proposuerint, ut ibi in loco tutiori morari et Deo inservire commodius possint, nosque proposito ipsarum huiusmodi, uti pio et iusto, nostrum benevolum prebuerimus consensum, iccirco dominaciones vestras et vestrum quemlibet harum serie hortamur regia et auctoritate requirimus diligenter, ut quandocunque prefate virgines moniales de loco et monasterio ipsarum predicto omnes vel alique tantum ex eis voluerint Viennam proficisci, seseque itineri commiserint, ipsas cum earum rebus et bonis mobilibus quibusvis, suppellectile et pecoribus omnium generum ad usum ipsarum necessariis libere et absque ullo impedimento vel molestia ire, abire et per vestra loca, passus et territoria pertransire permittatis ac per vestros quorum interest permitti faciatis. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii die decimo septimo mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Paulus,
archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Papiron, alul papirral fedett vörös viaszba nyomott pecséttel. Országos Levéltár: Acta Monial. Poson. fasc. 26. Nr. 2.

Közli: Iványi Béla.

322.

Bártfa, 1544 június 22.

Stöckl Lénárt értesítiRéwai Mihályt, hogy Dobai András Bártfán, az ő és a tanács felhivására, a hallgatók nagy helyeslése mellett magyarul kezdett prédikálni.

S. Binas a te literas accepi, ad quas non ex negligentia mea tardius respondeo, sed quia et ocium mihi defuit, quod minus minusque mihi conceditur, et certorum hominum potestas, quibus literas ad te dare potuissem. Te cum suis omnibus recte valere vehementer gaudeo, idque tibi nobisque perpetuum ut sit, Deum precor. *Andreas Dobai,* qui in meam et senatus nostri gratiam

Hungarice, cum magna auditorum approbatione concionari coepit, hodie me tuo nomine in consilium adhibuit de tuis rebus, quemadmodum ab eo per literas petiuisti. Ego vero, mi Michael, difficilem consulendi rationem habeo, cum mentem d. patris tui de tota ratione tua et fratrum ignorem. Si eam aliquando cognouero, meumque consilium aliquid habere authoritatis animadvertero, libenter tuis commodis, quibus semper maxime studui, consulam. Sin minus, ex d. patris sententia tibi de re tua decernendum erit, in cuius potestate es. D. Georgius de Tapoltschan nequaquam integra fide nobiscum agit, qui tamdiu differt nos in reluendo debito, cum magna nostra molestia. Reliquit quidem apud me pignus, sed ex eo nihil fructus capimus, neque ego ex me recepissem, nisi intra brevissimum tempus se missurum esse pecuniam pollicitus esset. Si quid aut per te ipsum, aut per d. patrem efficere apud hominum potes, rogo ut facias, eaque in re tuam erga me voluntatem ostendas.

Quod sine titulis ad se scribo, non arbitror te aegre ferre. Scis enim latinam consuetudinem, meque non ex contemptu, sed ex amore facere. Bene vale, tuosque fratres meis verbis saluta diligenter, imprimis d. patrem, cui mea officia commendatis. Bartpha 22. Junii 1544.

T. Leonhardus Stöckel.

Frankl V.: Réwai F. fiainak iskoláztatása. 67. l.

323.

Prága, 1544 június 30.

Ferdinánd Várdai Pál esztergomi érseket tudósítja, hogy az eretnekség kiirtását elrendelte s ez ügyben kapitányainak adott is már utasítást; e levélben továbbá még a thuróczi prépostság, a betöltendő püspökségek, a guthaiak részéről elengedni kért harminczad és a zágrábi egyház tizedeiről is tétetik említés.

Rssime in Chto pater: fidelis nobis sincere dilecte: quas ad nos undecima dedistis litteras, decima octava praesentis huius mensis in civittate Wayden accepimus. Hee multis declarare videbantur indignacionis Dei optimi Max. causas, ob quas regnum istud nostrum Hungarie malis maximis vexaretur, salus publica extremo laboraret periculo, hostium crudelitas et tyrannis omnia iam fere regni loca penetrasset. Non sumus nescii, hec ita esse, et maxime plebis misere impiam servitutem atrocemque oppressionem: regnoque potentiam ruinam et vastitatem saepe numero

curauisse prebuisseqne causam, ut uindicis malorum ira Dei iusto suo iudicio in populum seviret, donec in meliorem frugem, sancteque sue religionis veram observantiam conuersus, procul ab omni pestifera heresi vitam ageret, Deo gratam, eiusque honori ac glorie convenientem. Nos itaque nihil certe ab initio regiminis nostri magis unquam curauimus, quam, ut eum in regnis nostris, quibus Dei ipsius clementia prepositi sumus, ordinem inter omnes statueremus, qui iustitia veroque Dei cultu et religione eque ubique seruata, Redemptoris nostri indignacionem a nobis plebeque subdita auerteret, misericordiam provocaret, quod, quantum Dei ipsius gratia nobis suffragabitur et deinceps animo syncero curaturi sumus. Quominus tamen ea, que syncero proposito statuerimus, facereque uoluerimus, progressum felicem habere potuerint, diuerse factiones et bellorum tumultus quodammodo restiterunt: in his itaque, in quibus inpresentia ad nos scripsistis quid deliberauerimus, ex exemplo litterarum nostrarum in Franciscum Reway datarum intelligetis.

Dedimus eciam mandatum nostrum ad capitaneos nostros, ut curam omnimodam adhibeant, ad haeresim repurgandam, ab orthodoxa ecclesia dissidentem, et in eos, qui a vera ecclesie institucione vitam agunt diuersam alienamque, per omnia media animadvertant. De praepositura uero Thwrocensi contenti sumus, ut cum eodem Francisco Reway, ad quem hac de re scripsimus, tractetis et eam preposito eliberetis, ut vestra opera et studio possit monasterium et ecclesia illa preposito moderno et cultui diuino restitui ac ab obligacione presenti eliberari. De episcopatibus, de quibus scribitis, personis idoneis distribuendis, suo tempore curam omnino habebimus. Non sumus eciam alieni animi a dimissione Petri Perenij, modo honestas et tolerabiles conditiones ei propositas acceptet, cum quo nunc sumus in tractatu. Relaxacio tricesimarum civium vestrorum de Gutha, nunc fieri non potest, scitis enim nos, non alios habere proventus, quam tricesimas illas exiguas. Fidelis noster reverendissimus Nicolaus Oláhus, episcopus Zagrabiensis uestram de quartis Thasnadiensibus nobis proposuit petitionem. Quartas illas scitis non esse plebanorum aut decanorum Saxonum, qui proventus nostros retinent, sed archidiaconorum et capitularium ecclesiae Albensis Transilvane. Ex quibus ipsi ecclesiae seruire, et onera, que eis ex veterum institutione in rebus divinis peragendis incumbunt, sufferre debent. Non uisum itaque est, ut eorum quartae atque proventus ob aliorum acta iuste ab eis aufferri possint. Si decani et parochi

Saxones, qui vobis ecclesiaeque vestrae debent, sub dicione nostra aliquos haberent reditus; posset damnum uestrum auerti et comodo nostro facile prospici. Datum Pragae ultima Junii anno millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Magyar Sion. 1866. évfolyam. 599. és 600. lap.

324.

1544 június.

Egyházi birtokok adózása Borsodmegyében.

Regestrum super secundam dicam comittatus Borsodiensis factam iuxta articulos Novizolienses mense Juni anno 1544.

Primus processus. Iudex nobilium Antonius Jardanhazy.

Warkon.

Capituli Agriensis fl. XL. Ad racionem regie Maiestatis fl. 8, solvit.

Czwkwa.

Capituli Agriensis fl. II, ad racionem regie Maiestatis den. 40, solvit.

Inquilini fl. I, ad racionem regie Maiestatis den. 20, solvunt.

Secundus processus Martinus Espan iudex nobilium.

Arokthew.

Capituli Agriensis, recti II, fl. VIII, ad racionem regie Maiestatis fl. I den. 60, solvit.

Ibidem inquilini fl. II, ad racionem regie Maiestatis den. 40, solvunt.

Kereztur.

Eremitarum Ladii, recti I, fl. VI, ad racionem regie maiestatis fl. I, den. 20, s.

Ibidem inquilini fl. II, ad racionem regie Maiestatis den. 40, s.

Ibidem molendinatur fl. I, ad racionem regie Maiestatis den. 20, s.

Kysfalwd.

Capituli Agriensis fl. IIII$^{1}/_{2}$, ad racionem regie Maiestatis den. 90.

Palkonya.

Capituli Agriensis recti II, fl. VIII, ad racionem regie Maiestatis fl. I, den. 60, s.

Detha.

Eremitarum Ladii fl. VIII, ad racionem regie Maiestatis fl. I den. 60, s.

Korhy.

Eremitarum Ladii fl. II½, ad racionem regie Maiestatis den. 50, s.

Ibidem inquilini recti I, fl. I, ad racionem regie Maiestatis den. 20, s.

Ibidem molendinator fl. I, ad racionem regie Maiestatis den. 20, s.

Tercius processus. Georgius Hegymeky iudex nobilium.

Felsew Solcza.

Capituli Waradiensis, ocupata p. d. Caspar Seredy, fl. VIIII, d. Caspar Seredy le (vavit).

Azzalo.

Capituli Varadiensis, ocupata p. d. Caspar Seredy, fl. XXV, d. Caspar Seredy le (vavit).

Zyrak.

Episcopii Agriensis, d. Bebek, fl. XVIII.

Ibidem molendinator, den. L, d. Bebek le vavit.

Galgocz.

Capituli Agriensis fl. VIII, ad racionem regie Maiestatis, fl. I den. 60, solvit.

Korythan.

Eremitarum Wyzazy fl. VIIII, ad racionem regie maiestatis fl. I den. 80, s.

Quartus processus. Simon Kebles de Watha.

Syrcz.

Kartussiensium.

Tyhemyr.

Capituli Agriensis.

Almagar.

Capituli Agriensis.

Barath wcza.

Kartussiensium.

Kystalya.

Capituli Agriensis.

Noway.

Capituli Agriensis.

Zomolya.

Capituli Agriensis.

Bogacz.

Capituli Agriensis.

Babona.

Capituli Agriensis.

Monthay.

Capituli Agriensis.

Zyhallom.
Episcopi Agriensis et capituli Agriensis.
Ostoros.
Capituli Agriensis.
Felsew Tarkan.
Episcopi Agriensis.
Also Tarkan.
Episcopi Agriensis.
Zewleske.
Episcopi Agriensis.
Harssan.
Episcopi Agriensis.
Kyrth.
Episcopi Agriensis.
Papy.
Episcopi Agriensis.
Pyspeky.
Epyscopii Agriensis.

Warkoch vethe fel Egerben ez falwkbol, mek sem hatha zamlalny.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. 9. kötet, 1—36. oldal.

Közli: Iványi Béla.

325.

Prága, 1544 július 2.

Ferdinánd király ismételten meghagyja Révay Ferencz helytartónak, hogy a beszterczebányai országgyűlés követeinek kérése szerint az eretnekségek követőit és terjesztőit büntesse meg.

Ferdinandus... Magnifice fidelis nobis dilecte. Quemadmodum magna nobis cure et providentie esse debeat fides, observatio religionis et cultus Dei optimi maximi, sancteque matris ecclesie nostre a divis patribus, veluti per manus, nobis omnibus tradita instituta: ita nihil magis in votis nobis est, quam ut ea omnia ubivis sub imperio, divina ordinatione nobis credito, sinceriter, pie et recto ordine per omnes subditos nostros observentur, ut placata Dei, qua a multis iam annis respublica ob scelera communia vexatur, indignatione et pericula idem iam imminentia procul vitari et respublica christiana in pacem, quietem et tranquillitatem, Deo nobis propitio, pristinam reponi possit. Id autem nobis et sponte et dignitate et officio nostro regio facere volentibus, fideliumque nostrorum omnium ordinum istius regni nostri Hungarie ex conventu Novizoliensi, cui etiam tu, ut scis, interfuisti, misse supplicationes non minimum addiderunt incitamentum. Supplicatum enim, ut scis, fuerat nobis humillime, ut hereses illas, que ubipue in regno nostro non pullulare modo, sed etiam

iam invaluisse dicerentur, exstirpandas esse iuberemus et eos, qui a vero Dei cultu, ecclesiaque orthodoxa diversis falsis in pessimum aliorum Christifidelium exemplum imbuti essent doctrinis, nisi resipiscerent et ad veram religionem ac a tot seculis approbate ecclesie institucionem reverterentur, omnibus remediis arcendos, puniendosque curaremus. Quibus ex rationibus meminimus tibi nos antea commisisse, ut si qui ab orthodoxa religione alienas tales (!) redenteret (!), ut in eos ex officio tuo animadvertere,[1] heresesque quascunque in regno isto nostro tolli faceres, quod te in hanc diem minus fecisse non possumus non vehementer mirari. Quamobrem volumus et fidelitati tue firmissime, sub indignationis nostre pena rursus committimus: quatenus si quos tales in isto regno nostro Hungarie esse cognoveris, qui hereses, falsamque doctrinam a veri Dei ecclesieque Romane doctrina, veterique institutione alienam aut sectari aut docere auderent: eos sine cuiuspiam persone[2]... delectu atque favore punire[3] et omnibus opportunis modis castigare debeas et tenearis. Nam si secus feceris, preterquam[4] quod Deum optimum maximum graviter offendes, nobisquoque obsequium ingratissimum, nullo tibi silentio obaudiendum, in hoc prestabis. Secus igitur nequaquam sis facturus. Datum Prage 2 Julii anno Domini 1544.

Révay-család levéltára; egykorú hibás másolat, hátirata szerint az eredeti Révay Ferencz helytartónak szólt. — Másolta: *Ábel Jenő.* — Közölte *Timon:* Epitome chronologiae. *Ribini:* Memorabilia Augustanae confessionis in r. Hung. I. 62.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

326.

Sajó-Szent-Péter, 1544 július 6.

A sajószentpéteri részleges gyűlés végzéseiből.

Articuli in conventu ad sextum diem mensis Julii in oppido Sajó-Szent-Péter per dominos et nobiles illic congregatos tractati et conclusi.

— — — — — — — — — — — — — — —

Cum — nos et totus terrae istius tractus, in extremo iam

[1] Apud Timon et Ribini: ut si qui tales reperirentur, in eos ex officio suo animadverti faceres.

[2] Apud Timon et Ribini additur: quaecumque haec et quocunque in magistratu et dignitate sit posita.

[3] Apud Timon et Ribini: absque omni favore perquirere.

[4] Erronee: propter

periculo laborans, conservari et tueri adversus Turcarum excursiones nonnisi praesenti auxilio poterit: Maiestati regiae per immortalem Deum humillime supplicamus, dignetur dominum capitaneum ad partes istas tuendas in proxime praeterito conventu Novizoliensi designatum absque mora venire iubere, qui defensioni terrae huius incumbat, commodoque in loco resideat, et tandem nobiscum una, si res postulabit, pro publica nostra defensione insurgere et obviam hosti venire possit.

Idem praeterea dominus capitaneus, vigore articulorum Novizoliensium, bona nobilium et ecclesiarum Dei, a potentioribus violenter occupata, his, quorum bona sunt, restituenda curet; infinitae enim sunt lacrimae et querelae pauperum, se bonis omnibus indebite spoliatos et exclusos esse conquerentium.

Item, quia Agria partibus istis superioribus sit quasi propugnaculum et antemurale, ea enim capta (quod Deus avertat) nil salvum et incolume in partibus istis maneret, ut ergo ne intercidat facultas illam de suis legitimis proventibus conservandi, est concordibus animis conclusum, ut, nulla obstante assignatione aut inscriptione, omnes illius proventus decimales, quocunque nomine censeantur, ab omnibus, quicunque hactenus utcunque eas decimas perceperunt, restituantur, neque manus suas immittant: sed per homines regiae Maiestatis, domini nostri clementissimi, puta egregios Mathiam Brodaryth et Joannem Zewlessy, aulae regiae Maiestatis familiares, illae omnes percipiantur et ad usum conservationemque dictae arcis Agriensis acceptae, semper a castellanis super omnibus, quae illis daturi sunt, quietantiae dentur.

Quod vero decimae illae, cuiuscunque generis existant, ad rem tam necessariam ab omnibus restituantur: magnifici domini Franciscus Bebek, Emericus et Sigismundus Balassa praesentibus verbis se remissuros esse coram coetu cunctorum nobilium promiserunt, offerentes se contra alios omnes insurgere et vi accipere, quicunque absque solitae arendae solutione aliquam ex decimis illis pro se percipere contenderent; ad hoc ipsum praestandum responsum est ab hominibus etiam regiae Maiestatis, domini Fratris Georgii episcopi Waradiensis ac thesaurarii[1] et domini Casparis Dragffy; item magnifici domini Casparis Scheredy ac Michaelis Bidy et dominorum de Homonna nec non Francisci Dobó, Casparis Horváth de Wingart et aliis, qui huic conventui interfuerunt.

[1] Errore calami thesaurariorum.

Debent autem dicti collectores decimarum in arcem Agriensem se conferre, illicque omnes immunitiones et apparatus, quibus arx ipsa est instructa et quibus adhuc egeat, coram inspicere et videre, tandem si quibus opus erit, illi melius providendum, hoc ex pretio seu arenda decimarum dicti domini collectores ordinent... Reverendus etiam dominus Albertus praepositus,[1] nuncius per Maiestatem regiam ad conventum istum missus, in medium nostri vocatus, dum haec praescripta... eidem dicta essent, respondit: se bene sperare, quamvis nullam superinde habeat commissionem, Maiestatem regiam haec atque illa, quae ad commodum regni fient, auctoritatique et dignitati Maiestatis suae non adversantur, eandem Maiestatem regiam ratam habituram, cui etiam non minima cura foret conservandi arcem Agriensem.

— — — — — — — — — — — — — — —

Quod decimae domini Strigoniensis, locumtenentis regiae Maiestatis, hactenus per alios interceptae, dominia sua ab omnibus remittantur; quod si temeritate ducti facere aliqui recusarent, decernere dignetur Maiestas sua, quomodo contra tales animadvertatur.

Kovachich: Supplementum ad Vestigia Comitiorum. III. 185—190. ll. — *Fraknói:* Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 602—605.

327.

Körmöczbánya, 1544 július 21.

A tanács gyors és titkos tanácskozásra hivja fel Selmeczbánya várost, mert — mint Révay Ferencz velük tudatta — vallásuk nagy veszedelemben forog.

Ersame... Freundte... Wellen wier E(uer) H(erschaft) nit vorhalten, das Her Franciscus Reway̆ unserer Ratsfreundt und Stadtschreyber Herr Wolffgang Guglinger in grossen vertrauen, wie wiers dann E. H. also zuschreiben, wie sambs uns allen dess Glaubens halben auffs hafftiges bey der Ro. Khn. Majestet sey eingeben anzaigt, ime auch graussame kunigliche brieff derhalben zaigt und lessen lassen und waren zu besorgen, man wurde die obristen ken Hoff fordern, aber sollicher macht man bey dem Hern Bischoff von Gran, zu dem er gestern seinen Gesandten abgefertiget alles abwenden und solliches nit vil verrrern und andern annhang. Vnd nachdem E. H. sehen, wie sich

[1] Peregi Albert pécsi prépost.

der Teuffel kegen unns auff allen seiten rüstet, unnd schon anhebt zuprillen, denn wus man ja sunst zw uns kain ursach hat, so muesses liebe Christus und sein heiligs wort, ja das wier na (?) recht gehandlet, ain ursach sein. Wellen wier eylendes unsern Paulum Rosa, wus es E. H. mainung in namen aller Stet, an dem Herrn Bischoff von Gron abfertigen und bey zeitten das feuer leschen lassen, denn wirt sein...[1] das wier unnd auch unser Nachparschafft des Glaubens halben unangefochten bleiben nit undengreiffen, so bleiben die Pergkwergk enntlich ligen, denn wer wil guts, leib und seel miteinander in gefarde setzen. Wus es nun E. H. mainung auch ist, so lassen unns E. H. auff diessen Punct noch heute oder morgen gar frue ein antwort wissen. Auch ware von notten, das man dess Hern Bischoff von Gron Secretario, an dem vil gelegen, ein klaine vereerung that, welliches alles das heÿlig Evangelium wol wirdig. Solliches alles sollen wier E. H. und nur etz-etzlichen muendlich uns nit schrifftlich anzaigt haben, derhalben. E. H. wellen umb Gottes willen in der Gehaimb halten und in dem unser und des guetten Herrn Eer verwaren.[2] Cremnitz den 21 Julii in 1544.

Richter und Rat des Stat Cremnitz.

Kívül: Den... Richter und Rat der Stat Schemnitz. Allate den 22 Julii.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

328.

Prága, 1544 július 28.

A selmecziek panaszából úgy értesült a király, hogy «Rupertus Haller de Hallerstein, Georgius Croatus secretarius, consiliarii et commissarii ac Petrus Vngerfayth vicecamerius Schemniciensis» a selmeczi ispotályhoz tartozó két házat és egy darab földet lefoglaltak. Utasitja a király a fentirtakat, hogy tegyenek neki alapos jelentést ez ügyben.

Rex committit Ruperto Haller de Hallerstein, Georgio Croaco (!) secretario, consiliariis et commissariis ac Petro Ungerfayth vicecamerario Schemniciensi, ut sibi genuinam relationem praestent, utrum revera 2 domos et particulam terre ad hospitale Schemniciense pertinentes occupaverint? prout Schemnicienses querulantur.

Másolat Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

[1] Una vox illegibilis.

[2] Reliqua de defensione civitatum contra excursiones Turcarum agunt.

329.

1544 július.

Egyházi birtokok adózása Vasmegyében.

Restancie primi lucri camere regie Maiestatis anni 1544 in comitatu Castriferrei in bonis nobilium in processu Clementis Dama iudicis nobilium.

In *Demelk* abbatis de eadem, p. III1/2.

Chehy myndzentht capituli Castriferrei, p. IIII1/2.

In *Kysthylay* capituli Castriferrei, p. I.

In processu Georgii Thwlok iudicis nobilium.

Pechel abbatis de Kapornak, p. I.

Lyparth et *Mylik* capituli Castriferrei, p. VIIII.

Kencz capituli Castriferrei, p. VI1/2.

In processu Michaelis Nagh iudicis nobilium.

Waswar capituli, p. II.

In processu Urbani Naray iudicis nobilium.

Gyak abbatis de eadem, p. II.

Országos Levéltár: Dic. consc. a lymbusból kiválogatva. 4. csomó.

Közli: Iványi Béla.

330.

1544 július 30.

A nyitrai káptalan jelenti, hogy a Bornemisza Pál budai prépost javára a néhai Bekény Benedek özvegye, Anna ellen hozott itéletet végrehajtotta és a prépostnak a zsarnóczai, vozniczai és rudnai (Barsm.) telkeket átadta.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus... quod nos literas reverendissimi in Christo patris et domini Pauli de Warda archiepiscopi ecclesie Strigoniensis, legati nati, primatis Hungarie ac in absentia serenissimi principis et domini domini Ferdinandi... [locumtenentis] adiudicatoriales Posonii decimo quinto die mensis Julii proxime preteriti clause emanatas modum et formam sue iudiciarie deliberationis super facto cuiusdam possessionarie reambulationis, estimationis rerumque et quartalitii ac portionis excissionis et sequestrationis, necnon rerum mobilium productionis ac vice iterata executionis in se denotatas pro parte reverendi domini Pauli Bornemyzza de Quinqueecclesiis, prepositi ecclesie Budensis et consiliarii regie Maiestatis actoris

contra nobilium dominam Annam, relictam egregii condam Benedicti de Beken in causam attractam emanatas, nobis preceptorie loquentes honore et reverentia, quibus decuit, recepimus, iuxta quarum continentiam una cum nobili Gregorio litterato de Tholna homine ipsius domini locumtenentis regie Maiestatis de curia regia per eundem ad id specialiter transmisso hominem nostrum, videlicet discretum Gallum presbyterum de Deaky, rectorem altaris sancti Nicolai episcpopi et confessoris in predicta ecclesia nostra fundati, ad contenta earundem literarum dicti domini locumtenentis regie Maiestatis adiudicatorialium fideliter exequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus transmittendum. Iidem tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt hoc modo: quomodo ipsi feria secunda proxima ante festum depositionis sancti Ladislai regis novissime preteritum primum ad facies oppidi Sarnocza ac deinde possessionum Woznycze et Rwdna vocatarum in comitatu Barsiensi existentium habitarum, egregii Nicolai Doczy convicti, vicinis et commetaneis universis signanter vero circumspectis Fabiano Sarecz notario et Nicolao lanione cive civitatis montane Wybanya vocate, ac Georgio Koder iudice in Lehothka, Ambrosio Gwnda iurato in Wezka et Matheo Kraychy in Apathy, abbatie Sancti Benedicti de Juxtagron, item Jacobo Medenak iurato et Melchiore Thobak Emerici Kalnay et Martino Kovach iurato Joannis Kalnay egregiorum iobagionibus in Gelethnek possessionibus vocatis commorantibus, aliis etiam quam pluribus inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, et primo idem homo ipsius domini locumtenentis regie Maiestatis universas res mobiles ipsius domine Anne convicte, puta pecunias paratas, resque aureas et argenteas, vestes et alia quelibet cuiusque maneriei extitissent et quocunque nomine vocitate, per eundam Nicolaum Doczy occultatas super se produci permittens, quum se a facie ipsorum occultasset ac cum eisdem colloquium habere distulisset, premonuisset, tamen quescivisset et repetivisset, idemque Nicolaus Doczy respondisset, quemadmodum ipsi per literas ipsius domini locumtenentis adiudicatoriales edocti iuxta series et continentiam earundem procederent, sicque habita prius eiusdem oppidi Sarnocza ac possessionum Woznycze et Rwdna predictarum legitima reambulatione et condigna limitatione et estimatione, exclusis etiam portionibus aliorum quorumlibet, portiones iuraque et quartalitia prefate domine Anne convicte, de separatione, sequestrationeque et excisione in antefato oppido Sarnocza a domo curiaque nobilitari ipsius Nicolai Doczy

inchoando per series platearum eiusdem oppidi in sortem quartalitii ipsius domine Anne convicte reperissent et numerassent sessiones colonorum populosas, in quibus ad presens coloni, puta Michael Folthan, Andreas Symonocz, Melchior Kowanecz, Ladislaus Czmorman, Michael Polk, Gregorius Azthaljartho, Georgius Hamws, Mathcar (!) Pokar, Nicolaus Nyxa, Georgius Jokobwk, Bartholomeus Renda, Petrus Synkowe et Georgius Gazeth, item in possessione Woznycze similiter coloni Joannes Skarykowch, alter Joannes Sezthak et Benedictus Blwger ac inquilinus Michael Grathokwyly, necnon altera possessione Rudna coloni Andreas Balassy, Matheus Ferthal et Georgius Kolar, inquilini quoque Urbanus Wydo et Benedictus Wydro dicti personalem facerent residentiam, reperissent et numerassent, easdemque sessiones iobagionales iuxta series et continentiam aliarum literarum ipsius domini locumtenentis nomine dicti domini nostri regis occupasset, occupatasque manibus ipsius domini Pauli Bornemyzza actoris, partis scilicet adverse, dedisset et applicasset ac iterata vice iure sibi incumbente possidendas restatuisset et reliquisset. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras sigilli nostri capitularis impressione munitas ad relationem dictorum domini locumtenentis et nostri hominum eidem domino Paulo Bornemyzza duximus concedendas, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum tertio die diei executionis prenotate anno Domini 1544.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum IX. fol. 31.

Közli: Bunyitay Vincze.

331.

Torda, 1544 augusztus 1.

A Tordán tartott országgyűlés egyházi vonatkozású határozatai.

Articuli pro festo beati Petri apostoli ad vincula anno Domini 1544. per universitatem dominorum et nobilium regni Transsilvanie et Hungarie ditionis Maiestatis sue Thorde in eorum generali congregatione unanimi voluntate concepti et constituti.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item. Proventus episcopales et aliorum castrorum sue Maiestatis de voluntate administrentur per dominum thesaurarium ad necessitates sue Maiestatis, si placet sue Maiestati, vel ad manus proprias; et hoc ex ea causa, ne (prout hactenus) per officiales

dissipentur, quibus certa salaria instituantur, et ab omnibus officialibus ratio exigatur, et qui proventus sue Maiestatis dilapidaverint, puniantur.

Item. Supplicant domini regnicolae Maiestati reginali, quod bona episcopatus nemini conferat, inscribat, nec pignorare dignetur; alienata autem revocet in statum pristinum.

Item. Maiestas reginalis bona capituli Orodiensis de manibus Michaëlis Horwath excipi et ecclesie restitui faciat. Beneficia autem ecclesiastica Maiestas sua benemeritis conferat, qui ecclesie Dei servire sciant et pro Maiestate sua et filio suo Deum exorare, iuxta constitutionem in comitiis in oppido Wasarhely celebratis, quo tempore episcopatum Maiestati sue dedimus.

Veszely Károly: Erdélyi egyháztörténelmi adatok. Kolozsvárt, 1860. I. 162. — *Szilágyi Sándor:* Erdélyi Országgyűlési Emlékek. I. 189.

332.

1544 augusztus 10.

Melanchton buzdítja Stökel Lénárdot, hogy a mansfeldi lelkipásztorságot fogadja el.

Egregie virtute, prudentia et eruditione praedito, d. Leonardo Sctoeckel in Bartpha, amico suo charissimo, s. d. Meministi in ecclesia oppidi Mansfelden iam senem eximia pietate praeditum Martinum pene omnes ministerii evangelici labores sustinere, quibus cum diutius per aetatem par esse non possit, quaeritur vir integer et spectatae fidei, qui post ipsum ecclesiae gubernationem suscipiat. Ac valde laudanda est senatus pietas, qui posteritati prospicere studet, et vero iudicio hominem idoneum ecclesiae prefici curat, qui sit custos verae doctrinae. Missi sunt autem legati ad reverendum d. Lutherum et ad me senattores praecipui, quorum pietas eximia est, Jacobus Lutherus et Sebastianus Mutterus, ac nobis exposuerunt, te expeti omnium piorum consentientibus suffragiis, qui te norunt. Hoc uti tibi nostris literis significaretur petierunt, ac ut hortatores tibi essemus accipiendae gubernationis ecclesiasticae in oppido Mansfeld magnopere orarunt. Etsi autem nunc patriae praeclare et utiliter servis, tamen ecclesia Dei ubique est patria, et fortassis in iis locis, ubi nunc es, Turcica arma vastitatem facient. Hortor igitur te, ut Mansfeldensi ecclesiae serviturum te esse promittas, quod si facies,

optarent[1] te proxime vere, hoc est, circiter Pascha in haec loca venire. Nosti mores et civilem vitae consuetudinem in his regionibus, et credo Christi messem magnam esse. Certe multi docti et pii viri sunt in eo ipso oppido Mansfeld, in quod accerseris. Et tibi homini erudito vivere in loco vicino academiis, quae nunc quidem Dei beneficio omni genere doctrinarum florent, iucundius erit, quam in iis regionibus, quae etiamsi opibus aut aliis commodis antecellunt, tamen ab academiis procul absunt. Haec tibi bono et simplici animo scripsi, teque oro, ut re deliberata nobis respondeas.

Bene vale. 10. Augusti 1544. *Philippus Melanthon.*

Corpus Reformatorum, edidit Carolus Gottlieb Bretschneider Halis Saxonum 1838. Volumen V. pag. 459—60.

333.

Pozsony, augusztus 12.

Várday Pál érsek és királyi helytartó előtt Sopronczai Antal vasvári kanonok panaszt tett, hogy nagyságos Alsó-Lendvai Bánffy László 1543 nov. 25. táján dobronaki jobbágyait a dobronaki plébánia-lakra küldötte s a panaszkodónak, a ki akkor dobronaki plébános volt, minden ingóságait elraboltatta, sőt még a templom és sekrestye ajtait is feltörette és ott őrzött pénzét elvitette. A helytartó a vádlottat tisztító esküre itéli.

Antonius de Soppronсza canonicus de Castro Ferreo asserens quod magnificus Ladislaus Bánffy de Alsó-Lendva circa 25-am diem Novembris a. 1543 subditos suos de Dobronak ad domum parochialem Dobronakiensem miserit omniaque mobilia accusantis, eotunc ibidem plebani, diripi fecerit imo etiam ianuas templi et sacristiae infringi pecuniamque suam ibi custoditam aufferri fecerit, Paulus de Várda archiepiscopus et locumtenens Maiestatis iuramento Ladislai Bánfy negotium dirimi vult.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. F. nr. 15.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

334.

Szklabinya, 1544 augusztus 17.

Révay Ferencz nádori helytartó kéri a selmeczbányai tanácsot, hogy nagyon fontos vallási ügyben küldje hozzá Kresling János plébánost.

Prudentes et circumspecti domini et amici observandi. Converserunt nobis cure quedam perardue in negotio religionis, ad

[1] Apogr. optimarent.

quas sedandas plurimum indigemus aliquo viro pio et erudito... Cum autem venerabilem dominum Joannem Creslingum, parochum vestrum plane talem esse intelligamus, rogamus dnes vestras quam officissisissime, velint eum ad nos mittere. Certi autem debent esse, nos illum ultra unum vel alterum diem hic non detenturos, de curru vero et sufficienti comitiva illi providebimus et eum salvum et incolumem Dei auxilio dnibus vestris restitueremus. Ex arce nostra *Sclabynija* 17 Augusti anno 1544. Franciscus de Rewa comes et locumtenens Palatinalis. *Kívül:* Prudentibus Judici et Juratis civitatis Semniciensis. Allate die 19. August.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV. — Töredékesen közli Breznyik: A selmeczbányai ág. ev. egyház és lyceum története. I. 81.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

335.

Bécs, 1544 augusztus 18.

Ferdinánd király szigorúan utasítja Pozsony város hatóságát, hogy Pythyán János pilisi apátnak minél előbb fizesse meg tartozását.

Ferdinandus — fidelibus nostris prudentibus et circumspectis magistro civium, iudici et iuratis civibus civitatis Posoniensis salutem et gratiam. Conquestus est nobis per supplicationem fidelis noster venerabilis Joannes Pythyan abbas Pilisiensis, quomodo vos neglectis iam saepissimis mandatis nostris, ad vos propterea datis, proventus suos et ecclesiae suae, qui de medio vestri eidem provenire deberent, nullo modo reddere velletis, sed diversis causationibus utentes, omnino exolutionem eorum negligeratis in maximum damnum et iniuriam ipsius exponentis manifestam. Cum autem nos proventus ecclesiarum omnium suis praelatis ab omnibus integre, iuxta veterem et a divis regibus servatam legem, exolvi facere et officio debeamus, nolumus, ut et ipse suis iustis proventibus privetur. Quapropter fidelitati vestrae committimus harum serie firmissime, ut visis praesentibus universos et singulos proventus e medio vestri ipsi Pythyano, tanquam legitimo abbati Pilisiensi provenire debentes, absque ullo subterfugio reddere et reddifacere debeatis et teneamini; nam alioquin obauditionem mandati nostri a vobis exquiremus. Secus igitur non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Viennae, decima octava

Augusti anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto. Ferdinandy m. p. (L. S.) Nicolaus Olah m. p.

Papirra írva; pecséttel. — Eredetije a pozsonyi városi levéltárban. Lad. XLVI. Fasc. A. nr. 4. — Nyomtatva kiadta dr. Békefi Remig: A zirczi, pilisi, pásztói és szentgotthárdi cziszt. apátságok tört. II. 291.

336.

Kolozsvár, 1544 augusztus 21.

Heltai Gáspár, kolozsvári pap, Eperjes város birájá és tanácsosai előtt mentegetődzik, hogy pappá meghivott atyjafia, Baromlaki Albert el nem mehet.

Post servitutum mearum diligentem commendationem in Domino pacem etc. Oportet, vt is nec veritatem, nec Deum ipsum, veritatis authorem, magnifaciat, qui non hilarissimo animo amplectitur zelum vestrum in promouenda gloria fili Dei et eius impollute pietatis doctrina viri prestantissimi. Sic cum ipse quoque tam promptum vestrum hunc animum certis argumentis cognouissem, altius coepi vestras curas perpendere, et favorabiliori animo accendi erga vestras praestantes (!) dominationes, et vestram illam clarissimam vrbem. Postquam igitur ex feruida charitate concionator vester donatus esset honestis Letsouianis ciuibus, atque sumtibus non mediocribus accersitus et vocatus esset honorabilis Albertus Vurmlacensis, qui suis promissis mihi, tanquam frater fratri, obstrictus ab antiquis diebus fuit, tamen huic vestrae vocationi volui ex parte mei concedere atque vos in hac parte vestro desiderio minime fraudari. Egi igitur apud illum meis monitionibus, donec ille hijs et vestris postulationibus pareret. Nunc igitur a contrario multa et magna sunt, quae me monent, ut sibi testimonium vere purgationis feram, vel etiam ferre cogar. Verum dicendo, tantum vidi hominis pergendi ad vos curam, ut vix quenquam alium similem, vel etiam obstrictum multis beneficiis, vel grandioribus aliis quibusdam vinculis etc. sed hactenus semper seriis causis et obicibus praepeditus est. Quas ipse vel ad vestras praestantes dominationes, vel ad honestissimum vestrum pastorem iam saepius scripsit et perscripturus est. Nec esset nostri vel honoris, imo esset temeritatis, si hactenus bonum virum itineri commisissemus in tantis periculis, et variis tyrannorum tumultibus. Ego et alÿ mecum fideles ministri vix in benemuratis civitatibus ab hiis furiis sumus salui et securi, taceo, ut ille pace et securitate ad vos hactenus pervenire potuisset. Ad extremum vltimus malleus

incidit, qui bono viro omnem spem praecisit ad vos veniendi. Nam tantus est rumor apud nos de Turcarum immanissimo furore, vt aliquis se magis optet mortuum quam vivum. Nam mediocris prudentiae vir potest ab externis colligere, quae miseria nos moneat. Dicitur Turcam exercitus sui praeludia misisse in Hungariam, qui curribus luntras et cimbas ex Pesth perduxerunt ad Tibiscum, atque eis meditari obsidionem arcis Tokay et aliarum munitionum. Si Deus et hanc iram in nos missurus est, tunc fiet, quemadmodum in evangelio scriptum est: Chaos magnum firmatum est inter nos, adeo, ut qui hinc ad vos etc. Deus tamen seruaturus est in hiis malis suum illum minorem caetum, in quo, ut et nos simus, det Pater omnis misericordiae et consolationis. Postea scripsit et dominus Michael vir bonus ex Barthpha, se serio esse ab Bartholomeo fratre nostro ad hoc munus vocatum. Quae res etiam nonnihil pium virum absterruit. Nam non est sortis illius, ut possit permultas expensas facere et eas inanes. Dominationes igitur vestrae praestantissimae bonum virum excusatum habeant et commendatum. Puto tamen et miseriam patriae nostrae hoc facillius (!) a vobis impetraturam, cum videant in tantis pressuris et angustÿs opus esse consolatione. Conatur quidem Sathan paruam lucem diuinitus accensam extingvere, sed nobis spes est in promissionibus Dei. Nam omnino iam humanum desinit auxilium. Dominationes vestrae praestantissimae ignoscant et bene et felicissime valeant.

Datum Colosvarÿ 21 Augustÿ anno 154.4.

V. pstan d. d.
Caspar Helthinus,
pastor ecclesiae Clausenburgensis.

Külső czím: Praestantissimis et verae (!) amplissimis viris, dominis iudici et caeteris senatoribus civitatis Eperies, dominis suis obseruandis.

A levél külső pecsétje köralakú, paizsában legalól mintha halmon korona feküdnék, a felette levő ábrázolást megismerni nem lehet; hátrább jő elé épebb nyomat; fölötte C(aspar) és H(elthinus). — *Jakab* Elek: Oklevéltár Kolozsvár történetéhez. II. 6—7.

337.

1544 szeptember 21.

Szabó Mátyás saját, neje és ettől született fiai nevében kijelenti, hogy mivel a kolozsvári Compol más néven Rakanad kápolnájához tartozó halastó misealapítványul adatott volt a kápolnának, most pedig ott semmi istentisztelet nem tartatik, e halastó ősi jogon nejét és ettől született gyermekeit illeti.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus . , . quod circumspectus magister Mathias Zabo, civis civitatis Coloswariensis in sua ac honeste domine Katherine, filie circumspecti Adriani Zabo, consortis scilicet suae necnon filiorum suorum personis... per modum protestationis nobis significare curavit in hunc modum: quomodo ipsi intellexissent et revera percepissent quandam piscinam versus possessionem Zamosfalwa adiacentem, inter fratres et consangvineos dicte dominae Katherinae divisam fore, que videlicet piscina condonata et dedicata erat ad capellam beatissimae virginis Mariae extra muros civitatis praefate Coloswariensis constructam, Rakamad appellatam, alio nomine Compol kapolnaya, ut in eadem capella singulis diebus ad id constitutis et aptis toto evo divina celebrentur officia, misse et alie ceremonie ad laudem et honorem Dei Genitricis, virginis Mariae, nunc autem in eadem capella huiusmodi divina officia, nescitur quam ob causam, omnino omissa et in nihilum redacta silent; unde annotatus magister Mathias Zabo protestans dictam dominam Katherinam consortem suam, consequenterque proles suas ab eadem domina Katherina progenitas, iure avitico de dicta piscina concernere asserit... Datum die dominico in festo beati Mathei Apostoli 1544.

Budai országos levéltár: D. L. 36,406. Kolosmonostori Protocoll. 33. l.

Közli: Bunyitay Vincze.

338.

Bécs, 1544 szeptember 27.

I. Ferdinánd király elismeri, hogy az ipolysági monostor őrségének fizetését Várday Pál érsek és kir. helytartó a magáéból előlegezte. Ez összesen 3200 forintra ment. Megbizza ennélfogva a harminczad kezelőjét, hogy 640 forintos, évnegyedes részletekben ez adósságot a harminczad jövedelméből törleszsze. E 3200 forintból 1200-at az érsek Károly Ádám kir. titkárnak volt köteles átadni.

Deputacio reverendissimi domini archiepiscopi Strigoniensis super tribus millibus et ducentis florenis persolvendis.

Ferdinandus etc. Recognoscimus per presentes literas nostras, quod nos facto recto computo cum fideli nostro reverendissimo in Christo patre, domino Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi et locumtenente nostro in regno Hungarie, de et super gentibus, equitibus videlicet ac peditibus in presidium et conservacionem claustri Saag, per eundem dominum archiepiscopum, a quinto die mensis Februarii anni millesimi quingentesimi quadragesimi tercii, usque ad primum diem mensis Octobris proxime futuri conservatis et super solucione gencium huiusmodi, per eundem toto hoc tempore de voluntate nostra facta, remansimus eidem domino archiepiscopo debitores in florenis tribus millibus ac ducentis Hungaricali in moneta. Quos eidem intra spacium unius anni et trium mensium, a primo die Octobris proxime futuri computando ex proventibus tricesimarum nostrarum regni Hungarie integre reddendos et persolvendos decrevimus ac deputavimus, prout decernimus ac deputamus presencium per vigorem. Quocirca vobis egregiis Paulo Bornemyza, moderno ac futuris prefectis quibuscunque tricesimarum nostrarum regni Hungarie harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus a prima die predicti mensis Octobris per singula anni quartalia, prefato domino archiepiscopo florenos sexingentos quadraginta Hungaricali in moneta, de proventibus tricesimarum nostrarum dare et administrare, donec videlicet per spacium supradictum unius anni et trium mensium tota summa debiti supradicti trium millium et ducentorum florenorum eidem integre fuerit exoluta, debeatis et teneamini. Ea tamen lege, ut ex huiusmodi summa idem dominus archiepiscopus fideli nostro egregio Adam Carolo consiliario et secretario nostro latino, iuxta deputacionem nostram superiori anno eidem factam florenos mille ducentos Hungaricali in moneta

numerare et persolvere teneatur. Datum Vienne, die vigesima septima mensis Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Ferdinand.

Országos Levéltár: Benignae Resol. regiae. I. kötet. 62. l.

Közli: Iványi Béla.

339.

1544 október 15.

A zágrábi káptalan és néhai Bánfy János özvegye, Székely Margit a káptalant illető szalamegyei tizedek ügyében kiegyeznek és az özvegy fiával Istvánnal együtt 200 forintot fizet.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendamus per presentes, quod quia nos cum generosa et magnifica domina Margaretha Zekel de Ormosd, relicta spectabilis condam et magnifici domini Johannis Banffy alias regni Hungarie palatini, ac cum magnifico domino Stephano similiter Banffy, filio eiusdem, racione et pretextu decimarum nostrarum, nobis et mense nostre capitulari de cultello Zaladiensi proveniencium, provenireque debentium, quas pro parte una prefata domina cum dicto domino filio suo a nobis sub certa pensione, nobis singulis annis in festo Purificacionis Virginis gloriose deponenda, tenuerat, certas lites auctoritate apostolica coram iudice delegato habuerimus, iamque ad certos actus iudiciarios propter non solucionem dictarum decimarum processerimus, quia tamen memorata domina cum dicto domino filio suo, volens pocius nos et ecclesiam nostram iuvare et in iuribus protegere quam offendere, nobiscum concordiam inire anhelavit, nos quoque volentes sue mag. do. servire pocius quam cum eadem litigare in hanc finalem, medio egregii Stephani Dragach de Plethernycze, servitore et nuncio ad nos speciali dictorum dominorum, devenimus concordiam. Quod prefata domina Margaretha cum dicto domino filio suo pro omnibus preteritis decimis nostris, quas hucusque pro se exegerunt, ducentos florenos monete currentis in proxime venturo festo Omnium Sanctorum nobis ad mensam nostram capitularem deponere et effective persolvere sunt obligati et promiserunt, quos... ducentos florenos nos plenarie pro tota summa decimarum nostrarum per eosdem, ut prefertur, hucusque perceptarum acceptabimus.

De futuris autem decimis, et que in proxime venturo festo Purificacionis beate Virginis pro anno presenti nobis persolvi ab eisdem deberent, nos cum memoratis domina et domino filio suo imposterum concordabimus et ipsorum do. domi et amicabiliter requiremus, sic tamen, quod de cetero in decimas ex bonis aliorum dominorum nobis provenientes non se intromittant, prout hec omnia idem nuncius eorundem nobiscum plenarie conclusit, testimonio presencium mediante. Datum feria quarta in profesto beati Galli confessoris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Eredetije papiron, kívül töredékes viaszba nyomott pecséttel. Országos Levéltár: Eccl. Cameral. fasc. 13. Nr. 18.

Közli: Iványi Béla.

340.

Bécs, 1544 november 5.

I. Ferdinánd király felszólítja Erdődy Pétert, hogy a somlyóvásárhelyi ácza-monostor kegyuraságát ne használja fel a jobbágyok nyomorgatására.

Ferdinandus, divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fideli nostro magnifico Petro Erdewdy de Monyorokerek iuniori salutem et graciam. Ex supplicatione relligiosarum (!) dominarum sanctimonialium de Wasarhel intelligimus, te officium patronatus tui, quod in eas et ecclesie earum bona habes, longe aliter, quam alii predecessores tui, earum patroni, exerceres, miseros colonos ecclesie earum insolitis taxis, vinorum educillacionibus, serviciis inconsvetis ac aliis gravaminibus molestares in damnum earum et ecclesie manifestum, que res et a tuo officio vehementer abhorret et nobis indigna esse videtur, presertim cum ex officio more pre(de)cessorum tuorum et patris tui, bonorum ipsius ecclesie patronorum, te eas ac ecclesie earum bona defendere magis, quam opprimere oporteat. Quapropter fidelitati tue harum serie firmiter committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus, premissisque sic, ut prefertur, se habentibus, te a molestacione et oppressione miserorum colonorum predictarum monialium, ecclesieque earundem omnino abstineas, tuosque coerceas, ne illos tuo nomine opprimant. Nulli namque permittemus, ut ecclesiarum bona nostre proteccioni specialiter commissa vi opprimat aut molestet. Secus igitur ne feceris, presentibus

perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne quinta Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
r(egius) c(ancellarius).

Eredetije papiron, alul rányomott pecsét helyével. Országos Levéltár: Acta Monial. Poson. fasc. 25. Nr. 30.

Közli: Iványi Béla.

341.

Bécs, 1544 november 14.

Révai Ferencz nádori helytartó előtt Várday Pál tiltakozik az ellen, hogy Bebek Ferencz a neki biróilag visszaitélt és visszaadatni rendelt Rozsnyó várost, Püspöki és Velkenye falvakat még most sem bocsátotta ki kezéből, pedig most már Ferdinánd is kegyelmet adott neki.

Nos Franciscus de Rewa, comes comitatus de Thurocz, necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens, memorie commendamus per presentes, quod reverendissimus dominus Paulus de Warda archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus et secretarius cancellarius ac locumtenens regie Maiestatis nostram personaliter veniendo in presenciam coram nobis protestatus extitit in hunc modum, quod licet ipse dominus archiepiscopus iuxta constitucionem publicam prioris conventus Novizoliensis totale oppidum suum Roznobanya cum pertinenciis ac possessiones Pyspeky et Welkenye vocatas, omnino in comitatu Gemeriensi existentes et habitas, que magnificus Franciscus Bebeek de Pelsewcz se vigore cuiusdam inscripcionis regie tenere pretendebat coram prefata Maiestate regia, per quam ex ipsa publica constitucione eiusmodi inscripciones iure revidende et discuciende erant, iure obtinuerit, literasque sentencionales et adiudicatorias superinde a Maiestate sua exceperit, quarum vigore prefatus Franciscus Bebeek prenominatum oppidum Roznobanya cum pertinenciis ac possessiones Pyspeky et Welkenye iuxta premissam constitucionem publicam infra quintum decimum diem diei late sentencie prefato domino archiepiscopo locumtenenti sub pena note perpetue infidelitatis remittere et restituere debuerit, tamen idem Franciscus Bebeek premissa publica constitucione, sed et prefate Maiestatis regie sentencia spretis et contemptis, prescripta bona eiusdem domini archiepiscopi locumtenentis, hactenus remittere non curasset, penam

premisse constitucionis publice, nempe note perpetue infidelitatis incurrere non formidando et cum prefata Maiestas regia ipsi Francisco Bebeek omnes suos excessus per eum hactenus patratos et commissos certis respectibus condonaverit et eidem graciam fecerit, ne igitur ipsa gracia regia iuribus dicti domini archiepiscopi obesse possit, idem dominus archiepiscopus facta huiusmodi protestacione, Maiestatem suam tam a premissa gracie sue regie donacione, quam eciam aliis omnibus transaccionibus cum prefato Francisco Bebeek factis vel fiendis, que videlicet premisse publice constitucioni regnicolarum, sed et iuribus ipsius domini archiepiscopi et consequenter late et extradate sentencie prenotate quovismodo contrariari derogarique viderentur, dictum etiam Franciscum Bebeek a detencione dictorum bonorum suorum prohibuisset contradicendo et contradixisset inhibendo, immo prohibuit et contradixit publice et manifeste coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum Wienne feria sexta proxima post festum beati Martini episcopi et confessoris, anno Domini millesimo qningentesimo quadragesimo quarto.

Franciscus de Rewa,
manu propria scripsit.

Eredetije papiron, alul vörösviaszba nyomott töredékes pecséttel. Országos Levéltár: Eccl. Cameral. fasc. 4. Nr. 27.

Közli: Iványi Béla.

342.

Bécs, 1544 november 25.

Várday Pál érsek hozzáfogván a turóczi prépostság helyreállításához, Znióvárat átvette, de Szlécs és Szelnicze falvak jövedelmeit meg tizedeit életfogytig tartó használatra Majtényi Uriel prépostnak átengedi.

Paulus de Warda archiepiscopus Strigoniensis... locumtenens... domini... regis... memorie commendamus, quod cum ex graciosa exhortacione Maiestatis regie... claustrum et ecclesiam prepositure de Turocz superiorum annorum tempestatibus vastatam et desolatam susceperimus, tum edificiis reformandam, tum divinis officiis restaurandam, et idcirco Maiestas regia iuxta continencias literarum suarum arcem Zniow in comitatu Turocz sitam, una cum cunctis oppidis, possessionibus et bonis ad dictam prepossituram spectantibus in manus nostras dederit et concessit

demptis possessionibus Slyacze in Liptowiensi et Syelnicze in Soliensi comitatibus habitis, quas una cum omnibus suis proventibus venerabili domino Urieli preposito predicte ecclesie de Turocz ad sustentacionem senectutis, sua vita eius durante, Maiestas sua dedit et concessit, volentes autem et nos huic regie concessioni nostram quoque munificenciam et liberalitatem adiungere iuvareque sustentacionem vite ipsius domini prepositi totales decimas nostras frugum bladorum ac aliarum rerum decimari solitarum nobis et mense nostrae archiepiscopali ex predictis possessionibus Slecze et Selnicze quotannis provenire debentes, eidem domino preposito nostra et eius vita durante donandas duximus et concedendas . . . stb. Datum Viennae in festo beatae Catherinae virginis et martiris, anno Domini millesimo quingentesimo 44.

Paulus,
archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Eredetije papiron, XVII. századi másolatban. Országos Levéltár : Eccl. Cameralia. fasc. 39. Nr. 1.

Közli : Iványi Béla.

343.

1544 november 25. körül.

A szászok közgyűlésének vallásügyi határozata.

Anno Domini 1544.

In congregatione generali dominorum Saxonum, circa festum beate Catherine virginis celebrata, universitas Saxonum eo modo concordavit ratione religionis, ut civitates, que iam fere omnes verbum Dei receperunt, eisdem et similibus ceremoniis in ecclesiis earundem utantur. Eos autem, qui nondum verbum Dei receperunt, fraterne adhortentur, ut pro gratia Dei unacum aliis unanimiter supplicent, quo et ipsi simili modo verbum Dei acceptare et credere valeant.

Amplius eadem de causa eotunc expediti sunt oratores certi ad reginalem Maiestatem sueque Maiestati supplicandum, uti eosdem Saxones in tali causa religionis generose manutenere et defendere dignaretur. Et ut domino vicario Albensi suo committat, ne in ecclesie et verbi Dei ministros indebitis citationibus seviat et grassetur.

Amplius eadem de causa per eosdem oratores dominorum

Saxonum misse sunt littere ad dominum vicarium Albensem premissa omnia continentes.

A nagyszebeni szász nemzeti-levéltárban őrzött kéziratról (melynek német czime: Artikel Buch so von der Universitet der Deutschen sind beschlossen, latin czime pedig: Articuli provincialium statutorum ab anno quadragesimo quarto usque ad 64.) közölve dr. G. D. *Teutsch:* Unkundenbuch der evangelischen Landeskirche A. B. in Siebenbürgen. I. (Hermannstadt, 1862.) 3. lap.

344.

Bécs, 1544 deczember 1.

A turóczi prépostságot a király Révay Ferencz kezéből kiváltatja.

Nos Ferdinandus etc. Memoriae commendamus etc. quod, cum superioribus his annis, grassante in regno nostro Hungariae hostium internorum violentia, certa loca ditionis nostrae Hungariae et inter alia praepositura ecclesiae Thurocziensis, claustrum scilicet ipsum, nec non arx Znÿo in comitatu Thurocziensi sita, cum suis pertinentiis in adversariorum nostrorum potestatem pervenissent, unde, dum fidelibus nostris tam eiusdem comitatus Thurocziensis, quam etiam civitatum montanarum incolis et aliis plurimis subditis nostris plurima damna, violentiae et detrimenta inferrentur, tandem magnifici quondam Joannis Catzianer, capitanei nostri generalis, opera claustrum ipsum adversariis ereptum ac liberatum, fideli nostro magnifico Francisco Nyary de Bedegh datum atque inscriptum fuit, et fidelis noster magnificus Franciscus de Rewa comes dicti comitatus Thurocziensis, locumtenens palatinalis, suis ac praedicti Francisci Nyarÿ viribus pro pacatiori statu praepositurae nec non eiusdem comitatus, bona ad ipsum spectantia simul cum dicta arce Znÿo, quae videlicet idem Franciscus Nyarÿ possedisset, praedicto Francisco de Rewa pro tribus millibus et quingentis florenis Hungariis dedisset et concessisset. Et licet huiusmodi concordiam et transactionem inter ipsos factam ratam habuerimus, dictamque praeposituram cum arce Znÿo et bonis ad eam pertinentibus pro praedicta summa pecuniae apud manus eiusdem Francisci de Rewa ad tempus reliquerimus; tamen volentes praeposituram ipsam in pristinum statum reducere et in laudem Dei cultum ecclesiasticum iam per aliquot annos intermissum, conventumque eiusdem loci pro legitimis executionibus faciendis, ac aliis fidelium nostrorum illarum partium iuribus more antiquo tractandis et agendis instituere, negotium liberationis

et restaurationis dictae praepositurae fideli nostro rmo in X° patri, domino Paulo de Warda, archiepiscopo Strigoniensi, primati Hungariae, legato nato, summo cancellario et locumtenenti nostro iniunximus, cui alioqui ex pastoralis officii sui ratione ecclesias Dei, tanquam Metropolitano curare incumbit. Qui quidem dominus archiepiscopus habitis tractatibus cum praedicto Francisco de Rewa de et super exsolutione praedictae summae trium millium quingentorum florenorum, taliter transegisse et conclusisse asseruit, ut iam nunc de facto ipsi Francisco de Rewa floreni mille Hungaricales exolvantur, quorum dimidiam partem idem dominus archieppus de suo dabit, reliquam vero dimidiam partem nos in promotione huius tam pii instituti numerabimus. Quantum vero ad reliquae summae duorum millium et quingentorum florenorum exolutionem attinet: ex quo idem dominus archiepiscopus huiusmodi summam ab egregio Michaele Mwthnoky provisore suo nomine mutui levare debebit, ob hoc idem dominus archieppus obtulit coram nobis se praedicto Michaeli Mwthnoky decimas suas ex comitatu Lÿpthoviensi quotannis provenire debentes ad valorem florenorum trecentorum se extendentium singulis annis in defalcationem dictae summae duorum millium eo quingentorum florenorum daturum tamdiu, donec praescripta summa duorum millium quingentorum florenorum ipsi Michaeli Mwthnoky de eisdem decimis comitatus Lypthoviensis integre impleatur. Propterea volentes nos quoque ipsum dominum archieppum superinde assecurare, annuimus eidem et concessimus de consensu et voluntate fidelis nostri venerabilis Urielis Majtheny praepositi eiusdem ecclesiae, ut arcem Znÿo et claustrum praepositurae de Thurocz, simul cum cunctis oppidis, possessionibus, villis, portionibus et quibuslibet iuribus possessionariis ad praepositura ipsam pertinentibus ubilibet habitis, idem dominus archieppus per se, vel medio dicti Michaelis Mwthnoky possidere, proventusque et reditus omnes percipere possit et valeat, ut idem dominus Strigoniensis ex huiusmodi proventibus praepositurae tam conservationi arcis Znÿo, quem reparationi claustri et iis, quae ad servitia divina fratresque aut presbyteros in ipso claustro alendos pertinent, mutuo consilio et intelligentia cum eodem praeposito curandis et perficiendis intendere et prospicere possit. Quia vero nunc destructis claustro et ecclesia praepositurae idem praepositus residere apud ecclesiam commode hoc tempore non possit; idcirco interea, donec claustrum et ecclesia reparetur restaureturque et arx Znÿo e manibus Michaelis Mwthnoky liberetur, possessiones

praeposituraе Zleche in Lypthoviensi, et Zyelniche in Zoliensi comitatibus existentes, ab administratione ipsius domini archieppi exemptas, ipsi Urieli praeposito simul cum cunctis utilitatibus et proventibus suis in sustentationem personae et familiae suae pure et simpliciter relinquere volumus. Reformato autem claustro et rehabita praescripta summa duorum millium quingentorum florenorum, idem archieppus et Michael Mwthnoky provisor suus claustrum ipsum nec non arcem Znÿo cum pertinentiis omnibus ad manus ipsius Urielis praepositi vel successoris sui simpliciter remittere et resignare debebit. Interea autem idem praepositus auxilio archieppi conventum ecclesiae suae praescriptae tum pro divinis peragendis, tum vero pro executionibus faciendis, fratribus ordinis sui in dies reformare, eosque in observantia pristina instituere debebit. Ipsi tamen praeposito ad haec omnia sumptus necessarius per archieppum et suum provisorem administrari debebit. Casu vero, quo ipsum dominum archieppum divina voluntate ante completionem huiusmodi summae rebus humanis excedere contingeret, extunc nos eidem Michaeli Mwthnoky de defectu omni, qui posita cum eo ratione ex ipsa summa duorum millium quingentorum florenorum restare videbitur, integre satisfaciemus, nec ab eo sine debita satisfactione arcem ipsam et bona ad eam spectantia auferemus. Ad que inconcusse observanda et praestanda nos gratiose obtulimus obligavimusque et promissimus, prout annuimus et concedimus obligamusque et promittimus per praesentes, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Viennae prima die mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Steph. Kaprinai Collectan. Msc. B. Tom. XXVIII. 123—125. ll.

Közli: Rapaics Rajmond.

345.

Bécs, 1544 deczember 2.

I. Ferdinánd király felszólítja Nyáry Ferencz honti főispánt, hogy a nagyszombati apáczák bolerázi erdejét adja vissza.

Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum Hungarie Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fideli nostro magnifico Francisco Nyary de Bedegh, comiti comitatus Honthensis, salutem et graciam. Expo-

suerunt Maiestati nostre fideles nostri prudentes et circumspecti iudex iuratique cives civitatis nostre Tyrnaviensis, nominibus videlicet et in personis religiosarum dominarum monialium in eadem civitate nostra degencium, tanquam patroni et ex pietate tutores instar maiorum et predecessorum suorum iudicum et iuratorum civium eiusdem civitatis nostre Tyrnaviensis, quomodo tu sylvas earum ad possessionem earundem Boleraz vocatam ab antiquo pertinentes, in quarum dominio et possessione eedem moniales perstitissent in hec usque tempora, violenter occupasses, occupatasque teneres, quarum usum eisdem monialibus prohibuisses, nec sineres eas usu sylvarum suarum frui in preiudicium et damnum earundem manifestum. Supplicatum itaque est Maiestati nostre, ut eisdem superinde de opportuno iuris remedio providere dignaremur. Cum autem nos pro nostro officio regio teneamur subditorum nostrorum iura et libertates protegere, accepta huiusmodi supplicatione prefatorum civium nostrorum, harum serie tibi mandamus firmissime, quatenus acceptis presentibus et premissis sic, ut declaratum est, stantibus et se habentibus, prefatas sylvas per te occupatas dictis monialibus et per consequens protectioni dictorum civium prefate civitatis nostre Tyrnaviensis remittere debeas, nam alioqui committimus per presentes fideli nostro reverendissimo in Christo patri domino Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi et primati Hungarie, legato nato, summo cancellario et locumtenenti nostro etc., ut ad requisicionem prefatorum civium nostrorum immediate factam in uno certo et brevi termino inter te et ipsos exponentes iudicium et iusticiam administrare debeat et teneatur. Secus igitur nullomodo facere audeas, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne, secunda mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* r. c.†

Eredetije papiron, alul papirral fedett vörösviaszba nyomott pecséttel. Országos Levéltár: Tyrnaviensium Monialium fasc. 5. Nr. 13.

Közli: Iványi Béla.

346.

Prága, 1544 deczember 3.

Oláh Miklós kanczellár Majlát Gábor bécsi tanulóval tudatja, hogy atyja Konstantinápolyban él és biztatja, hogy annak kiszabadulásáig is tanulmányaiban és a jó erkölcsökben előhaladjon.

Magnifice tanquam fili nobis dilecte! Salutem et omnem felicitatem. Scripsit ex Constantinopoli ad nos et ad te pater tuus dominus Maylat, cuius literas cum presentibus ad te mittimus. Ut speramus et res ipsa ostendit, ex Dei beneficio genitorem tuum cum tempore eliberari credimus. Tu igitur curabis et ita literis incumbe, simulque bonis et piis moribus, ut cum redierit, te et literis et suavissimis moribus probe excultum inveniat, in teque tanquam tui cupidissimus conquiescat. Vale. Prage 3 Decembris 1544.

Nicolaus Olahus,
E. Agriensis, cancellarius regie maiestatis etc. manu propria.

Kívül: Magnifico Gabrieli Maylat Vienne, literis dedito etc. tanquam filio nobis dilecto.

Papiron, rongált zárópecséttel. Országos Levéltár: Történelmi emlékek. B.

Közli: Iványi Béla.

347.

Bécs, 1544 deczember 9.

I. Ferdinánd király a győri püspök számára nagynehezen visszanyert tizedek helyett Bakyth Pétert évi 200 forinttal kárpótolja.

Nos Ferdinandus etc. Recognoscimus per presentes literas nostras, quod, quamvis nos annis hiis superioribus, necessitate dicti regni nostri Hungarie exigente, arcem Sabariensem ad episcopatum ecclesie Jauriensem pertinentem, in comitatu Castriferrei adiacentem, cum omnibus decimis ad eandem arcem exigi solitis, aliisque redditibus et emolumentis fideli olim nostro magnifico Paulo Bakyth de Lak, huzaronum aule nostre familiarium capitaneo et fratribus suis in certa pecuniarum summa inscripserimus, postea tamen nominato per nos in ipsa ecclesia Jauriensi episcopo legittimo, reverendo scilicet Francisco ab Wylak consiliario nostro, idem quum iure mediante, in repetendis decimarum ecclesie sue

prefate proventibus contra fidelem nostrum egregium Petrum Bakyth, dicti Pauli fratrem patruelem, ius suum coram iudicibus dicti regni nostri prosequeretur, ab eisdem iudicibus ordinariis racione decimarum, de bonis fidelis nostri magnifici Francisci de Bathyan ad arcem suam Niemethwywar pertinentibus in eodem comitatu Castriferrei existentem quotannis provenientium, sentenciam obtinuisset, vigore cuius decimas easdem certis et racionabilibus ex causis dicto episcopo Jauriensi reddendas esse, inscriptione nostra prefata non obstante, decrevissent. Considerantes nihilominus nos preclara illa serviciorum et fidelitatis merita, que partim dictus quondam Paulus Bakyth ad extremum usque spiritum strenue se gerendo apud nos cumulaverat, partim vero fratrum suorum in fide nostra defunctorum et ipsius denique Petri etiam Bakyth, qui et nunc assidue, fidelia servicia nobis exhibet, decrevimus, prout presentibus decernimus, ut singulis annis, post harum presencium emanacionem futuris, durante nostro beneplacito, in recompensam adiudicatarum decimarum bonorum prefati Francisci Bathyany, ex proventibus regni nostri Hungarie, sive tricesimarum, sive dicarum, subsidiorum et contribucionum, unde scilicet commodius fieri poterit, ducenti floreni ex camera nostra Hungarica, data semper per dictum Petrum Bakyth, vel homines suos, super perceptis quiettancia, dentur, numerenturque, literas tamen nostras, antea prefato quondam Paulo Bakyth, super florenis trecentis et quinquaginta racione pretactarum decimarum bonorum Francisci Bathyany datas, cassantes et invalidantes. Proinde vobis fidelibus nostris, prefecto ceterisque consiliariis camere nostro Hungarice, necnon tricesimatoribus et earundem prefectis, presentibus et futuris harum serie committimus et mandamus firmiter, ut a modo deinceps, in recompensam dictarum decimarum prefatos ducentos florenos ipsi Petro Bakyth, durante (ut prescriptum est) beneplacito nostro, singulis annis, accepta super solucione quiettancia, dare et solvere debeatis, et per hos, quorum post vos intererit, solvendos esse committatis. Secus nulla racione facturi. Presentibus perlectis et in prothocolon camere nostre transcribi faciendo, exhibenti restitutis. Datum Vienne, nona Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Ferdinandus mp. *Albertus,*

prepositus Quinqueecclesiensis.

Országos Levéltár: Benignae resol. regiae. I. kötet. 70. lap.

Közli: Iványi Béla.

348.

Bécs, 1544 deczember 10.

I. Ferdinánd király a pozsonyi apáczákat újra felmenti a saját szükségükre szállított élelmiszerekért fizetendő harminczad alól.

Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fidelibus nostris universis et singulis tam nostris, quam etiam serenissime domine Marie regine, sororis nostre charissime, tricesimatoribus ubivis intra fines regni nostri Hungarie commorantibus, modernis et futuris, presentes visuris salutem et graciam. Exposuerunt Maiestati nostre per supplicationem gravi querela religiose virgines sanctimoniales in claustro civitatis nostre Posoniensis commorantes, quomodo vos contra veterem ipsarum sanctimonialium virginum libertatem de victualibus, que ad usum et sustentacionem personarum suarum, sive ex bonis earundem propriis, sive aliunde in eleemosinam date, ad eas in claustrum inveherentur, tricesimas exigeretis, magna earum iniuria. Supplicarunt itaque nobis humiliter, ut eisdem superinde gratiose providere dignaremur. Cum autem nos ex officio nostro regio velimus iura ecclesiarum Dei, quarum in regno nostro Hungarie supremi sumus patroni, defendere, virginesque Deo consecratas in earum libertatibus conservare, nec liceat de his rebus, que in usum earum proprium et non ad questum invehuntur ullas exigere tricesimas, supplicatione prefatarum virginum exaudita, fidelitati vestre harum serie mandamus firmissime, quatinus a modo deinceps nullus omnino vestrum de his victualibus, que ad ipsum et necessitatem dictarum sanctimonialium virginum undecunque invehuntur, tricesimam, aut aliquam aliam solutionem exigere, sed eisdem omnia commeatus genera libere et absque ullo impedimento aut exaccione aliqua invehere et importare permittatis, ac per nostros permitti faciatis, secus nullo modo facere presumatis. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne decima mensis Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* r. c.

Hártyán, alul papirral fedett, vörösviaszba nyomott pecséttel. Országos Levéltár: Acta Monial. Poson. fasc. 56. Nr. 84.

Közli: Iványi Béla.

349.

Monyorókerék, 1544 deczember 15.

Monyorókeréki Erdődy Péter végrendeletének az egyházakra vonatkozó része..

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Anno Eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, feria tercia proxima post festum beate Lucie virginis et martiris, ego Petrus Erdewdy de Monyorokerek, magister agazonum et consiliarius regie Maiestatis, licet corpore eger, mente tamen per omnia sanus, volens pro terrenis celestia et pro caducis eterna commutare, coram reverendo domino Georgio de Sabaria preposito et honorabili magistro Joanne de Bykzad cantore et canonico nostris ac egregiis dominis Andrea de Tharnocz, nazadistarum regie Maiestatis supremo capitaneo, ac Martino de Nadasd et Paulo Szarka de Lukafalua ad id specialiter vocatis, de rebus meis michi a Deo collatis tale facio testamentum: *Primo.* Animam meam lego Deo omnipotenti et beatissime Marie semper virgini matri eiusdem, ac beato Michaeli archangelo, corpus vero meum lego, ut sepelliatur in ecclesia parochiali beate Elizabet vidue in opido Kermend constructa, ad cuius provisionem lego totales porciones possessionarias egregii condam Andree Kaczor, pro trecentis florenis hungaricalibus michi impignoratas, quarum quidem porcionum possessionariarum nomina in literis impignoraticiis superinde confectis et emanatis clare denotate agnoscuntur, ac totales et equales medietates possessionum Haholth et Falkossy in comitatu Zaladiensi existentium, michi pro certa sumpma iuxta continenciam literarum impignoraticiarum superinde confectarum impignoratarum, cum cunctis utilitatibus et pertinenciis earundem, tali condicione, ut plebanus pro tempore in eadem ecclesia constitutus, aut dominus castri Kermend, iuxta limitacionem proventuum earundem possessionum, duos aut plures ad divina servicia in eadem ecclesia peragenda capellanos tenere debeat et sit astrictus ...

Ittem in precium castri Chabragh reverendissimus condam dominus Simon, episcopus Zagrabiensis et consequenter egregius Petrus Palfy frater eiusdem, debitores remanserunt circiter novem flor. Hungar., prout in literis superinde confectis clarius denotatur ...

Item totale dominium condam dominorum Zechy apud manus meas pro viginti quattuor milibus florenis Hungaricalibus

titulo pignoris habetur, quod quidem dominium, dum et quandocunque heredes et posteritates eorundem dominorum Zechy ad se redimere curabunt, extunc de eisdem viginti quattvor milibus florenis Hungaricalibus, quattvor milia florenos relaxari volo et committo, reliquos vero viginti milia florenos in perpetuam elemosinam pro mea et omnium fratrum meorum salute lego capelle, per reverendissimum condam dominum Thomam archiepiscopum et cardinalem Strigoniensem, fratrem meum charissimum felicis recordacionis, in latere ecclesie sancti Adalberti episcopi et martiris constructe, hoc autem si Strigonium de potestate Thurcorum eliberari poterit, alioqui lego prefate sacre regie maiestati, ad defensionem huius regni.

Item possessiones Been, Kygyosgyarmath, Chwda et Leand vocatas non longe a Strigonio existentes, modo premisso lego dicte capelle dicti condam domini Thome cardinalis.

Ittem idem condam dominus cardinalis et archiepiscopus Strigoniensis adhuc vivens mihi specialiter commiserat, ut castrum Okycz in dicto comitatu Zagrabiensi existens post meum decessum honorabili capitulo ecclesie Zagrabiensi dare, donare et legare deberem, cuius commissioni satisfacere volens idem castrum Okycz, eidem capitulo ecclesie Zagrabiensi lego et dari committo...

Ittem predium Chypcherek in dicto comitatu Castriferrei existens habitum per honorabile capitulum ecclesie Castriferrei titulo pignoris pro centum florenis michi obligatum eidem capitulo remisi.

Ittem totales porciones possessionarias egregiorum condam Ladislai Theryek de Zenthersebeth in Salamonwara in Zaladiensi pro centum florenis, ac condam Andree Wky de eadem Wk in Gewcz possessionibus in eodem Castriferrei comitatibus existentes habitas, pro triginta duobus florenis Hungaricalibus, titulo pignoris michi obligatas et inscriptas eidem capitulo ecclesie Castriferrei lego tali condicione, ut idem capitulum singulis diebus dominicis unam missam de Sancta Trinitate cantando dicere et celebrare debeat et teneatur.

Item domum meam Strigonii, que olim Ambrosii Nagh prefuisset, lego capellano reverendissimi domini archiepiscopi Strigoniensis, item domum meam Bude prope Danubium existentem, ubi olim equi reverendissimi condam domini Thome archiepiscopi et cardinalis, fratris utputa mei, tenebantur, lego presenti et futuris archiepiscopis eiusdem ecclesie Strigoniensis.

Item domum alteram meam similiter Bude habitam, in qua

alias condam Cancelleer et filius eiusdem Sigismundus residentiam habuissent, unacum aliis duabus domibus allodialibus, in quibus olim fabri habitassent, lego unacum illis mille et quingentis florenis Hungaricalibus, quibus magnificus condam Stephanus Werbewczy michi obligatur, monasteriis fratrum heremitarum beati Pauli heremite et beatissime Marie Virginis supra Veterem Budam existentibus habitis in perpetuam elemosinam equalem inter se dividendam.

Végrendelet-végrehajtóul felkéri többek közt reverendissimum dominum Paulum de Warda archiepiscopum ecclesie Strigoniensis et locumtenentem sacre regie Maiestatis etc.

Eredetije papiron, a vasvári káptalannak 1544 deczember 20-án kelt átiratában. Országos Levéltár: N. R. A. f. 567. Nr. 9.

350.

Sáros, 1544 deczember 15.

Verner György jelenti Ferdinánd királynak, hogy Horváth János a szepesi prépostságról végleg lemondott és ő annak gondozásával további rendelkezésig a sárosi kapitányt bizta meg. Drágfy Gáspár meghalt.

Sacratissime rex... Non possum celare Maiestatem v. redditas mihi heri esse literas a Joanne Horwath, preposito Scepusiensi, quibus me certiorem facit, se preposituram suam Maiestati v. resignasse et monet, ut ego ad eam Maiestatis v. nomine occupandan festinem, neque me ab aliis preveniri sinam. Cum vero mihi per alia Maiestatis v. negotia nunc hinc discedere non liceat: dedi hoc negotii Maiestatis v. in hac arce capitaneo Leonardo Österreicher cum his mandatis, ut occupate a se per resignationem dicti Joannis Horwath prepositure nomine Maiestatis v. officialem preficiat, qui et usque ad aliam Maiestatis v. informationem preesse sciat... Datum in arce Saros decima quinta die Decembris anno 1554.

Sacratissime Maiestatis v. humillimus servitor

Georgius Vernerus.

Post scripta... Scripsi ante ad Maiestatem v. quomodo potitus sit [Frater Georgius] arce Kyswarda... Idem iam et oppidum Thasnad post mortem domini Gasparis Draghfy occupavit... Maiestas v. dignetur oppidum Lizka, quod est prepositi et capituli ecclesie Scepusiensis, in sua potestate et sub dominio arcis

Saros retinere, ut est per me nomine Maiestatis v. occupatum. Dominus Caspar Seredj, qui id antea cum domino Andrea Bathorj tenuit et de eo nemini cedere voluit, Maiestati v. cessit, idemque nunc officialem per me illic constitutum tuetur. Quod si Maiestas V. illud non retinebit, dubium non est, quin id vel idem Caspar Seredj aut Bathorj vel, qui sunt vicini, in Pathak vel Cassovienses occupabunt, cum id per prepositum et capitulum defendi non possit. Poterit, si videbitur inveniri modus, ut aliquis inde fructus ad prepositum et capitulum redeat. *Georgius Vernerus.*

Kívül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regie Maiestati...

Másfélív papir négy oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1544. 9. 8.*

Közli: Bunyitay Vincze.

351.

Szepesegyház, 1544 deczember 16.

Lomniczai Horváth János a szepesi prépostságról lemond.

Cum dominus prelatus magnis laboribus impensisque praeposituram Scepusiensem, qua privatus erat per regem, iterum consecutus fuisset, et nullam utilitatem ex ea habuisset, nam magnifici domini Casparus Scheredy et Andreas Báthori ei omnes proventus accepissent vi, Liszkam et omnes vineas ei occupassent pro suo usu et hic in arcem Scepusiensem decimas prelati et canonicorum circa circum castrum abstulit, quid mihi, inquit praelatus, haec praepositura? cum mihi omnia vi accipiunt, nec ulla mandata regia attendunt. Resignabo regi praeposituram meam, et facta est 16 Decembris feria 3. post Lucie. Tunc dominus praelatus Johannes Horváth vocavit per litteras suas dominum Lang Leonardum, vicecapitaneum arcis Scharosch, et dominum Laurentium Harhoffsky de Garga, venerabiles dominos capitulares dominum Jacobum Frentzels, Blaasch canonicum et vicarium, parochumque Varaliensem, dominumque Matthaeum cannonicum, circumspectumque iudicem, et sex senatores Leutschovienses, coram quibus resignavit praeposituram Scepusiensem, ut illis notum sit, et omnibus, quod deinceps non vult esse praepositus, et eandem etiam per litteras suas regiae Majestati resignasset, et misit mitram episcopalem delere ex sigillo suo.

Wagner: Analecta Scepusii. II. 253.

352.

1544 deczember 16.

Lomniczai Horváth János lemondván a szepesi prépostságról, annak gondviselése Láng Lénártra, a sárosi vár kapitányára bizatott.

1544. Reverendus dominus Joannes Horwath de Lompnicza resignavit hanc prelaturam huius ecclesie Scepusiensis feria 2-a ante Thome Apostoli sacre Maiestati regie et die sequenti ad relationem venerabilis magistri Jacobi, parochi Varaliensis, vicarii et canonici huius ecclesie in persona dicte Maiestatis egregium dominum Leonardum Lang, capitaneum castri Saros, tanquam legitimum procuratorem sue Maiestatis installavimus ad eandem preposituram, presentibus ibidem venerabilibus prefato vicario, magistris Martino, Matheo, Georgio et me Balthasar notario, necnon circumspecto Alexio Diringer cive Leutschoviensi, Ladislao Chorba, iudlium, Joanne Dalmata capellano ac aliis quampluribus nobilibus et ignobilibus.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias Nr. 2. fol. 96.

Közli: Bunyitay Vincze.

353.

Bécs, 1544 deczember 16.

Ferdinánd király levele Beszterczebánya város tanácsához. — A szent Erzsébet-kórház fölötti kegyuraságot a városra ruházza.

Nos Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie etc. rex semper augustus etc. Memorie commendamus, quod cum cure sit nobis ex suscepti regiminis nostri officio commodis et utilitatibus ecclesiarum Dei summo studio et diligentia invigilare easque dignis ac idoneis rectoribus atque ministris providere, ut omnia apte, bonoque ordine ad laudem et gloriam Salvatoris nostri gerantur: nostrarum partium esse putavimus, ut piorum hominum salutares fundationes, maxime xenodochia ita provisa sint, ut eo, que ad Dei gloriam fundata existunt, perpetuo maneant et pauperibus quies, alimentum et alie necessitates iuxta fundatorum institutum administrentur. Quamobrem cum intelligimus plerumque fieri, ut ecclesia sive hospitale dive Elisabeth in civitate nostra Novosoliensi fundatum per negligentiam et incuriam rectorum eiusdem, pro tempore constitutorum, isthic suis

institutis, ministeriis et officiis in dies decrescat, neque in eo munia et officia iuxta fundatoris institutum peragantur; ut itaque is defectus tollatur, et dum rectoratus ipse hospitalis prefati vacaverit, bono super eo hospitali presbytero provideatur: annuendum duximus et concedendum, ut a modo in posterum, durante beneplacito nostro, auctoritate iuspatronatus (!) nostri, in omnibus ecclesiis regni nostri Hungarie instar predecessorum nostrorum, divorum Hungarie regum, generaliter habiti, eis hac in parte plenarie data et concessa, fideles nostri prudentes et circumspecti iudex ac iurati cives predicte civitatis nostre Novisoliensis eorumque successores quotiescunque dicta ecclesia seu hospitale dive Elisabeth sive per mortem, sive aliter qualitercunque futuris temporibus rectore vacaverit, idoneum presbyterum rectorem scilicet seu magistrum hospitalis ad idem deligere et constituere, illudque et dare et conferre possint et valeant, hunc tamen nobis et successoribus nostris regibus per literas presentent pro consensu super hac eorum electione et donatione a nobis accipienda, ita tamen, quod ipsi cives nostri diligenter invigilare debeant, quod ab huiusmodi rectoribus sive magistris hospitalis prima et precipua cura habeatur, ut pauperes maiori, quo fieri poterit, numero in eodem hospitali alantur atque nutriantur et quod provideant omnibus modis, ne bona et hereditates, quocunque nomine vocentur, proventusque et quecunque emolumenta predicti hospitalis vel per rectores vel per seipsos ab eodem hospitali aliquo modo distrahantur et alienentur; imo annuimus et concedimus ac damus harum nostrarum, quibus secretum nostrum sigillum, quo ut rex Hungarie utimur, est appensum, vigore et testimonio literarum. Datum Wienne decima sexta mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, regnorum nostrorum Romani decimo quarto, aliorum vero decimo octavo.

Eredetije Országos Levéltár: Ecclesiastica irregestrata 75. csomó. — Egykorú másolat. A *M. T. Akadémia kézirattára: Egyház és Bölcselem. 38. sz.*[1] — Kivonata Kaprinai: Collect. Msc. B. Tom. XXVIII. 201. a budapesti egyetemi könyvtárban.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

[1] Egy jegyzőkönyvi kivonat ez ügyre vonatkozólag a következőket mondja: «1544. hat der Spital rector Christoph Kinderman das Rectorat den Fuggerschen als Collatoribus resignirt gegen eine Pension von wöchentl. 1 fl. auf sein Lebtag. Das Patronat erhielt nun die Stadt mit Consens Ferdinand, übernahm die Verwaltung des Hospitals, und unterhielt einen Caplan darinnen». — Beszterczeb. városi levéltár, fasc. 355. nr. 1. Idézve: Schematismus historicus Dioecesis Neosoliensis pro anno saeculari MDCCCLXXVI. 85. l.

354.

Kisvárda, 1544 deczember.

Wárdai Mihály elismeri, hogy kiskállai Vitéz János az ő értékes ingóságait s ezek közt a batmonostori egyház ezüstszereit neki visszaadta.

Nos Michael de Warda etc. fatemur et recognoscimus per nostras literas, quod in anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, feria tercia proxima post Thome apostoli, egregius dominus Joannes Wythez de Kyskallo universas res nostras in castro Wardensi existentes et habitas, utputa privilegia ac quelibet instrumenta nostra literalia, prout nos eidem domino Joanni assignaveramus et dederamus, restituit et integre reddidit, similiter vero res argenteas *ecclesie claustri* de *Bakmonostrah* plenarie ad manus nostras dedit... de quibus omnibus quietos et expeditos presentibus nostris literis faciemus et reddimus. Ceterum autem, quandocunque idem Joannes Wythez des Kyskallo voluerit, fassionales literas, aut coram capitulo, aut conventu, vel coram magistro prothonotario a nobis de iis omnibus, sub bona fide christiana promittimus nos eidem daturos, modo idem dominus Joannes Kallay has presentes literas nostras propriis manibus, sigilloque nostro corroboratas, ad manus nostras vicissim assignare debeat et teneatur. In quorum rei memoriam presentes nostras literas sigillo manusque nostre proprie subscripcione corroboratas emanare dedimus. Datum ex Kyswarda, anno predicto et die, Michael de Warda, manu propria.

Eredetije papiron, a leleszi konvent 1548 február 14-én kelt jelentésében átirva. Országos Levéltár: N. R. A. fasc. 780. Nr. 34.

Közli: Iványi Béla.

355.

Bécs, 1544 deczember 24.

Podmaniczky Ráfáel I. Ferdinánd királynak katholikus módon esküszik hűséget.

Juramentum Raphaelis Podmanyczky depositum 24. Decembris 1544.

Ego Raphael etc. iuro per Deum vivum et sanctam eius genitricem Virginem Mariam et omnes sanctos et electos Dei, quod a modo deinceps serenissimo principi et domino domino

Ferdinando Romanorum, Hungarie Boemie etc. regi, domino meo clementissimo, eiusque heredibus et successoribus regibus Hungarie, donec vivam, fidelis et obediens ero, legibusque regni Hungarie, quemadmodum fidelem et subditum Maiestatis sue decet, in omnibus parebo, commoda omnia dignitatemque Maiestatis sue promovebo, incommoda vero propulsabo, ac tam contra hostem communem, quam alios emulos adversariosque omnes et rebelles sue Maiestatis omnibus viribus meis Maiestati sue probe, fideliter et syncere assistam, fideles subditos sue Maiestatis non modo non impediam, sed ab aliis quoque violentis defendam meo posse. Et generaliter ea omnia faciam, que ad dignitatem atque authoritatem sue Maiestatis augendam pertinere arbitrabor. Ad que omnia premissa me fide, honore et humanitate mea mediante obstrictum et defacto modis omnibus obnoxium reddo etc. Ita me Deus adiuvet et omnes sancti etc. Vienne anno et die, quibus supra.

Országos Levéltár: Liber Regius II. kötet. 75—76. l.

Közli: Iványi Béla.

356.

Bécs, 1544 deczember 30.

Pál, esztergomi érsek az egri vár és egyház átvétele alkalmából azt javasolja Ferdinánd királynak, hogy az egri püspökségre Oláh Miklóst, a zágrábi püspököt nevezze ki.

Sacratissime rex... Quo in statu relicta sint negotia Petri Pereny, Maiestas v. non ignorat. Eliberatio et remissio arcis et ecclesie Agriensis iuxta illius oblationem an futura sit his diebus, incertum est. Mihi certe non tam propter conservationem illius arcis defensionemque earum partium remissio illa arcis Agriensis magnopere probaretur; verum etiam imprimis propter religionem et cultum Dei in illa ecclesia. Quanquam enim ego v. Maiestatis authoritate et pastorali officio meo nusquam ope vel consilio desum vicario et ministris ecclesie illius; fieri tamen non potest, quin turbulentis temporibus defectus contingat in multis, presertim cum per ea loca diversa prava dogmata disseminata sint, ut, sicuti nunquam, ecclesia illa peculiari pastore egere videatur. Cum autem alioquin intelligam Maiestatem v. benigne esse erga r-m dominum Zagrabiensem vicecancellarium affectam et is quavis sit promotione ecclesiastica bene dignus: meo iudicio, pro ecclesie

illius et earum partium in recta religione conservatione divinique cultus vel retentione vel instauratione Maiestas v. prefatum d. Zagrabiensem in episcopum illius ecclesie constituet; sic enim commodius et facilius, que ad divinum cultum spectant, poterunt curari. Accedit autem, quod si Maiestas v. id fecerit, pensione ea, quam sibi in tricesima cupit per Maiestatem v. assignari d. Zagrabiensis, Maiestas v. libera erit; habebit enim ex certis decimis ad eum episcopatum pertinentibus, unde sibi eam summam excipiat, residuumque proventuum episcopatus Maiestas V. prout consultius videbitur, poterit ad arcis conservationem, illiusque et ecclesie reparationem assignare et convertere; sperandumque est ea ratione citius et facilius arcem quoque ipsam ab hominibus Pereny posse recuperari. Que quidem omnia pro meo officio ad Maiestatem v. duxi perscribenda. Expecto autem, ut Maiestas v. ex itinere significet de solutione salarii mei et consiliariorum deque deputatione pecunie ex proventibus tricesime mihi et domino secretario suo Adamo Karolo facta, quemadmodum Maiestas v. se significaturem respondit. Deus altissimus servet Maiestatem v. felicem et incolumem diu. Vienne die 30 Decembris 1544.

Sacratissime v. Maiestatis

fidelis servitor et capellanus

Paulus,

archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati, domino meo clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, czimeres zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1544. 7.*

Közli: Bunyitay Vincze.

357.

1544.

«1544. ist zu Chronen durch M. Honterum das furtreffliche Compendium Juris Civilis in usum Civitatum et Sedium Saxonicarum gedruckt worden, ein Buch, so wir sehr brauchen, et quo diu carebamus.

Eodem anno hatt Jacobus Pellifex mercator Antwort gebracht von M. Luthero an M. Honterum und seinen Zelum belohbet.[1]

Eodem anno, ita volente Omnipotentis Misericordia, omnes

[1] Lásd fent 316. sz. alatt.

Civitates Saxonicae in congregatione Cibiniensi receperunt verum Dei verbum.»

Album Oltardianum. *Trauschenfels* i. m. 14. l.

358.

1544—1549.

Mártonfalvay Imre deák egykorú emlékiratából.

«Az én kmes asszonyom[1] elmenése után csakhamar az hantai prépost jószágát mind mónástul elfoglalám, az Semliért (Zsemlért) azonképen molnástul.

Moroczhidát és Kapit[2] az apácza asszonyoktúl Pápa várához foglalám. Ezök fölött az porvai remetéktől Pátkát, Ujfalut és két helyen való molnokat igen kevesbe megárendálám és az én kmes uram házához foglalám és sokáig birtam, ki miatt elidegönödtek mindezök, adjon számot róla, ha én gonosz szolga lettem volna, jelösben az remeték jószágát magamnak tarthattam volna»...

Magyar Történelmi Emlékek. Második osztály. XXXI. kötet. 151—152. l.

359.

Memoriale in negocio abbatie mee de Tapolcza.

Ego Nicolaus Olahus fui in pacifica possessione abbatie de Tapolcza in comitatu Borsodiensi existentis per multa tempora...

Postea vero quam quietus status huius regni Hungarie turbatus esset et in omnibus eiusdem locis grassatorum et depredatorum numerus multiplicaretur atque vicinus vicinorum bona per phas et nephas occuparet atque depredaretur, coactus fui annis superioribus post mortem... Ludovici regis aliquot hwzarones Croacos (!) ad prefatum monasterium abbatie mee de Tapolcza pro presidio imponere...

Qui quidem Croaci et servitores mei, cum intra septum eiusdem monasterii agerent et universa bona eiusdem abbatie nomine meo possiderent, Franciscus Bebeck de Pelswchz post

[1] Török Bálintné, Pemfflinger Katalin.

[2] Győr vármegyében Móriczhidát és Kapit, a móriczhidai apáczák birtokát, Ferdinánd király már 1533-ban adományozta Török Bálintnak. Rómer Flóris: «Győri Tört. és Rég. füz.» IV. 409. (Az Emlékirat kiadójának jegyzete.)

mortem Ludovici regis manibus armatis idem monasterium invasit et expugnavit hominesque meos in eo existentes partim occidit partim captivavit, res et clenodia tam aurea, quam argentea et alia vestimenta sacerdotalia et ecclesiastica unacum aliis rebus tam in monasterio, quam in domibus eiusdem repertas diripuit et asportavit ac monasterium ipsum et claustrum combussit ac funditus diruit bonaque... occupavit... per certos annos possedit.

Contra hunc Franciscum Bebeck insurgens Sigismundus Balassa de Gÿarmath eundem ex possessionibus et iuribus possessionariis dicte abbatie mee similiter violenter eÿecÿt (!) et illa omnia ad manus suas occupavit...

Quare peto dominos iudices, ut cogant et compellant ipsum Sigismundum Balassa... ut ipsam abbatiam meam de Tapolcza... mihi vigore articulorum primum in Novosolio deinde Pozonÿ nuper confectorum... remittat ac de proventibus... perceptis... satisfaciat.

Ut autem dominus Valentinus Sarkewzy de Fokthew procurator in hac causa meus hanc meam iustam petitionem... consequi valeat... has ipsas litteras misi ad eundem dominum Valentinum, quas unicuique dominorum et amicorum meorum presentare valeat.

Misi preterea ad ipsum dominum Valentinum litteras quoque relatorias conventus sancti Benedicti super evocatione Sigismundi Balassj (! hoc vice sic)...

Quod[1] si dominus Sigismundus Balassa allegaret Maiestatem regiam abbatiam prefatam meam de Thapolcza unacum arce Dÿosgÿewr ei inscripsisse, proferat inscriptionem. Que meo iudicio locum nullum haberi debebit, si articuli Novi-Zolienses et Posonienses et nuper confecti atque confirmati observabuntur. Nam Maiestas regia, uti opinor, mea bona et beneficia ab aliis mihi data alteri, me invito, inscribi vix potest.

Fogalmazvány a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. ecclesiast. f. F. nr. 14.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

[1] Hinc propria manu Nicolaus Olah prosequitur.

360.

1544.

Izabella királyné megbizza a gyulafehérvári káptalant, küldje ki emberét, hogy Baghi Ambrus kanonokot és Baghi Ferenczet az általa nekik adományozott birtokba bevezessék.

Isabella regina committit capitulo Albensi Transilv., ut suum mittat hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente nobiles venerabilem magistrum Ambrosium literatum, archidiaconum de Szolnok et canonicum eiusdem ecclesiae Albensis, ac nobilem Franciscum literatum de Bagh in totalem portionem possessionariam nobilium quondam Georgii Fejér et Pauli de Gáld, in eadem possessione Gáld vocata in comitatu Albensi existente, introducant. Datum... anno Domini 1544. In qua quidem statutione et introductione homo reginalis fuit Albertus Geréb, et testimonium capituli venerabilis magister Matheus Batthey, canonicus Albensis.

Szeredai: Natitia vet. et novi Capituli eccl. Alb. Transilv. 166. l.

361.

1545.

Kivonat Nyitramegye ezen évi adólajstromából.

Bona domini episcopi Nitryensis in comitatu Nitriensi (a portaszám elhagyásával): Thormos, Kysemewke, Iregh, Mochonak, Chapor, Weztenycz superior, Rachych, Radistya, Weztenycz inferior, Dwornyk, Zwchan, Zkachan, Syre, Pogran, Bodogh, Darasy, Chekey, Chabh, Zyl, Lakachy, Lowazy, Bellyen, Appathy, Lehotha, Radosnya, Jardanocz, Threbetycz, Krakowen, Oztro, Appathy.

Bona reverendissimi Strigoniensis in comitatu Nytryensi: Felsew-Czethen, Alsoo-Czethen, Nyarhydh, Gyorogh, Gwgh, Thordas keddy, Sellye, Hozzwfalw, Keer, Kyralhfalwa, Izbeek, Soowlka, Hynoran, Newer, Ledecz, Pogran, Egherzek, Keer Apaty.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XXV. kötet.

362.

1545.

Emlékirat az egri vár visszavételének szükséges voltáról, továbbá a Bebektől elfoglalt tizedek visszaszerzéséről.

Memoriale ad do. generalem.

Quod, supplicant frater Georgius et Bathory, ut Maiestas regia ad conservacionem arcis Agriensis curam gerere dignetur, ne ab hostibus communibus intercipiatur, offeruntque ipsi proventus ac decimas omnes illius episcopatus undecunque ab ea parte integre de omnium bonis administrari curare, ad manus hominis sue Maiesatis, si quem sua Maiestas constituerit ad percepcionem huiusmodi proventuum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item universa bona do. reverendissimi archiepiscopi hactenus per ipsum dominum Bebek possessa domino reverendissimo remittat et si decimas habere voluerit solito modo precium restituat. Quod si facere noluerit, decimas intactas relinquat et decimator do. reverendisssimi locumtenentis accumulet, vel cui voluerit arendet.

Országos Levéltár: Történelmi emlékek. P. N. 1545 jan. 8. — 1546.

Közli: Iványi Béla.

363.

Prága, 1545 január 10.

I. Ferdinánd értésére adja Várday Pál esztergomi érseknek, hogy 1544 deczember 30-án kelt levelét, melyben a zágrábi püspököt az egri püspökségre ajánlá, tekintetbe veendi; egyuttal pedig tudósítja, hogy a magyarországi kir. tanácsosok fizetése s az őt illető harminczad-járulék ügyében neki nemsokára kimerítő s határozott választ adand.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex semper augustus etc. Rme in Xto pater devote, fidelis, syncere dilecte. Litteras devotionis tuae et quas eadem XXX. mensis Decembris proxime praeteriti Vienna ad nos dedit, clementi animo accepimus atque intelleximus. Quantum itaque ad collationem et concessionem episcopatus Agriensis attinet, quem devotio tua ex causis in litteris suis perscriptis episcopo Zagrabiensi conferendum censet, nos eius negotii atque in eo devotionis tuae consilii benigne memores erimus, et ubi

ipse Zagrabiensis advenerit, condignam et clementem deliberationem facere haud gravabimur, quippe quia tum episcopatui, atque adeo conservationi divini cultus in illius ecclesia, tum etiam personae Zagrabiensis propter sua de nobis benemerita benigne prospectum iri cupimus. Quo vero ad solutionem salarii devotionis tuae et consiliariorum nostrorum regni Hungariae, nec non ad deputationem pecuniae ex proventibus tricesimae eidem devotioni tuae et Adamo Carolo secretario nostro faciendam, cumprimum consiliarii nostri camerae, quorum adventum in dies expectamus, apud nos constituentur atque per graviora negotia nostra licuerit, nos ulteriorem deliberationem resolutionemque clementer faciemus atque demum devotioni tuae id, quod statutum a nobis et deliberatum fuerit, significandum curabimus, cui in praesentiarum haec pauca respondendum duximus. Datum in arce nostra regia Pragae die X. mensis Januarii, anno Domini MDXLV. regnorum nostrorum Romani XV. aliorum vero XIX.

Ferdinandus m. p.
Thomas D. Vice-Cancellarius m. p.

Ad mandatum sacrae regiae Maiestatis proprium
Jordanus m. p.
Posoniensis.

Kívülről: Rmo in Xto patri Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi etc. — — —

Eredetije a primási világi levéltárban. Közölve : Magyar Sion. IV. (1866. 290—91.)

364.

1545 január 11.

Kolos mezőváros lakói az ágostonrendű remeték tartományi fejedelmének, s a tordai, dési és gyulafehérvári perjelek levelét átiratják.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus per presentes, quod circumspecti viri Joannes Kepeles et Ambrosius Nagh, iurati cives oppidi Kolos in persona totius eiusdem oppidi Kolos nostram venientes in presentiam, exhibuerunt et presentaverunt nobis quasdam literas religiosorum fratrum ordinis sancti Augustini, videlicet Joannis de Wylak provincialis ac Petri de Posga, prioris Thordensis, Michaelis, prioris Desiensis, necnon Laurentii, prioris Albensis et

universorum fratrum inhabitatorum trium conventuum Desiensis, Thordensis et Albensis Juliae, patenter emanatas, sigillo ipsorum maiori, quo ipsi communiter utuntur, obsignatas, proprio cyrographo dicti Joannis de Wylak, provincialis consignatas, petentes nos... ut eosdem de verbo ad verbum transcribi et transummi faceremus... quarum tenor talis est: Nos frater Joannes de Wylak prior provincialis etc. Nos itaque iustis et legitimis petitionibus prefatorum... Datum die dominico inter octavas Epiphaniarum Domini anno eiusdem 1545.

Sajnos, az átiratni kért levélnek csak kezdő szavai vannak itt meg. — *Budai országos levéltár: Kolosmonostori Protocoll. III. — Töredék. 96. l.*

Közli: Bunyitay Vincze.

365.

Kis-Szeben, 1545 január 18.

Ismeretlen (Werner György sárosi kapitány?) levele Guglinger Farkashoz, Körmöczbánya jegyzőjéhez. Buzdítja a lutheránus vallás védelmére. Értesíti a szepesi és sárosi városoknak a bányavárosokkal e czélra való szövetkezéséről.

Salve mi Wolfie! Si regiam Maiestatem Vienna ante conventum, qui Tirnavie futurus est, discedere non contigisset, haud longe fortassis a te ab futurus eram his diebus, aut istic te etiam de improviso oppressurus ac sumpturus de te poenas, quas proteruia tua meretur. Nunc de eo te otiosum esse iubeo, quando ista profectione mihi videor excidisse. Quod si te ire illuc contigerit, fac te nostri memorem apud cunctos prestes et rempublicam bene geras, neque causam, pro qua magis, quam pro ullis focis pugnandum est, deseras. Persuasum habent plurimi et quidam eius rei certissima signa extare aiunt, novos et atrociores prioribus clamores adversus ecclesias nostras esse futuros, quando nuper edita sint, nescio que, mandata, que etiam eos, quos cew murum aheneum stare putares, percelluerint. Et quia in eo multorum est consensus et applausus, nihil impedire arbitrate sunt he civitates, quominus vobiscum, qui eiusdem ipsis estis religionis et fidei professione coniuncti, aliquam, ut vocant, haberent intelligentiam, qua de re sunt earundem litere, quas vos, quo par est, animo accipietis. Nam, que alia quedam formidant gravamina et incommoda, (qua) liacunque tandem sunt ea, facil(e) [fe]rri debent. Sic enim scriptum est: Tributum, cui tributum, Et ut omnia faciemus et patiamur, hoc saltem ne admittamus, ut Christus nobis rursusque (?) minis, terroribus, poenis, blanditiis eripiatur.

Plura hic inter medias diversissimarum rerum tractationes ad te non possumus. Civitatum litteras putabitis a magna, que ipsis de vobis est, fiducia profectas. Hoc tu non modo oratione apud tuos, sed etiam reipsa confirmabis. Christus sit tecum. Cibinii 18. Januarii 1545.

Tuus Vester.

Kívül: Ornatissimo viro domino Wolfgango Guglinger senatori et notario Cremniciensis.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

366.

1545 január 21.

A hét bányavárostól a nagyszombati országgyűlésre küldött követek részére adott utasítás vallásügyi pontja.

Richter uud Rat der Sieben Ungerischen Pergkstet geben den wolgelerten Namhafften und weisen Wolfgang Guglinger, Pancrati Raimann und Leonhart Drechsler, Ihren gesanten, hiehernachvolgende instruction, sich in dem Lantag, auch pey der Romisch Khuniglich Maiestät dernach haben zu richten.

— — — — — — — — — — — — — — —

Zwm siebeten. Wue man Euch der religion halben wolt anfechten, solt Ihr antvorten, das Ihr derhalben etwas zwhandlen von uns gantz und gar khainen bephel habt, wie wier Euch dann hiemit gantz und gar khainen geben wollen haben. Denn wier Euch auff der Romisch Khuniglich Maiestät bephel das jenig was tzw erhaltung desz Lands und schutz und sherm der jenigen szo darinnen wonen raichen mag, auch wie dem faindt widerstandt zwthuen neben Ihren gnaden trewlich tzwhandlen und tzwn bedenken in diesen freyhen lantag geshichkt und abgefertiget haben. Dann hat Jemantz unserer religion halben eine beschwerde, oder sein wier derhalben durch unsere missgunner eingeben worden, so sein wier alweg fertig uns genuegsam tzuverantwortten, und unser gnedigen herrn dem Erzbischoff von Gran, desz schafflein wir szein, dermassen tzubeweiszen dass sein gnad an uns und unserer religion ein guetz genuegen haben wirt. — — Datum den 21. Januarii im 1545. Jar.

Eredeti fogalmazata Körmöcz szab. kir. város levéltárában. — Közölve *Fraknói:* Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 644.

367.

1545 január 22.

Návagero Bernárd velenczei követ V. Károly császár udvaránál arról értesül, hogy a protestáns rendek Németországban mindaddig nem hajlandók foglalkozni a Magyarországba küldendő segély ügyével, a míg a császár nem teljesíti, a mit az elmult évben Speierben megigért.

— — — — — — — — — — — — — — —

Lutherani domo tutti insieme per formare li capitoli della reformatione della religione, che l'imperatore li promise l'anno passato in Spira, risoluti di non voler fare nè deliberare cosa alcuna per li aggiuti di Ongaria, si non l'ottengono, nella quale reformatione mi dissero servirsi essi della opinione et delli ricordi di Martin Bucero.

— — — — — — — — — — — — — — —

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. VIII. 69. Második jegyzet.

368.

Nagyszombat, 1545 február.

A nagyszombati országgyűlésen alkotott törvények egyházi vonatkozású czikkelyei.

Constitutiones conventus Tirnaviensis pro festo Purificationis beatissimae virginis Mariae anno Domini M.D.XLV. celebrati.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus XVII.

Quod praelati et personae ecclesiasticae decimas habentes, super equites, quos de decem jobagionibus eorum... habere debebunt, etiam de decimis eorum, quantum nunc percipiunt, equites suos teneant: de singulis centum florenis equites quinque.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus XXII.

Personae capitulares et beneficiatae equites ratione capitum suorum teneant iuxta constitutionem Novizoliensem priorem, ultra eos, qui ratione decimarum et colonorum suorum tenent.

Articulus XXIII.

Ex plebanis villanis et rectoribus altarium decem personae teneant unum equitem, ita ut inter sese facta collatione, is, qui et rebus et proventu potior fuerit, ad intertentionem equitis plus solvat.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus XXV.

Plebani liberarum et montanarum civitatum ac Beregszaz, Szőlős, Saros-Patak et aliorum potiorum locorum, vel patroni earundem, qui plebanias eiusmodi possident, teneant iuxta proventus eorum ex singulis centum florenis equites duos, sub amissione beneficiorum et rerum suarum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Articulus LIII.

Proventus et decimae episcopatus Agriensis de manibus dominorum per suam Maiestatem eliberentur, et ad conservationem arcis Agriensis conferantur.

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 660—673.

369.

Sáros, 1545 február 4.

Verner Györgynek Ferdinánd királyhoz felterjesztett jelentése arról, hogy Horváth János szepesi préposttól felszólíttatott ama prépostság átvételére; egyszersmind a tetemes vagyon hátrahagyásával elhalt jászói prépost hagyatéka iránt intézkedést sürget.

Sacratissime rex... Cum Joannes Horwath alias prepositus Scepusiensis animum ad uxorem appulisset et propterea prepositura sua cedere statuisset: admonuit me per literas, ut ad se quamprimum venirem et nomine Maiestatis v. possessionem prepositure quasi per manus a se reciperem...

Prepositure de Jazo Maiestas v. gratiose meminerit, ne per nimiam dilationem aut non satis meditatam collationem in periculum veniat. Qui mortuus est prepositus rem amplissimam reliquisse dicitur, ut videre licet in scheda his inclusa, quam ab amico quodam, qui eidem preposito affinis fuit, quique videtur res eius bene perspectas habuisse, accepi. Fortassis pecunie tantum non est. Sed omnino non parvam summam ab eo relictam esse, omnes

affirmant. Ac tanto quidem minus hac in re est cunctandum... Datum in arce Saros quarta die Februarii anno Domini 1545.

Sacratissime Maiestatis v.

humillimus servitor
Georgius Vernerus.

Egy ív papir három oldalán, zárópecsét nyomaival. A mellékelt papirszeleten:
Ain sak mit goldt bis in 10000.
Sieben seck mit münz.
Siebenzig vas wein.
Getraidt vnd ander speis űberflüssig.
Geschmeidt nit wenig.
Schoff bis in 2000.
Kűe vnd ochsen bis 150.
Vngedroschen getraidt. Schwein.
Kes allain bis in 200 gld. werdt. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1545. 8—10.*

370.

Pozsony, 1545 február 22.

Révay Ferencz nádori helytartó megparancsolja a nyitrai káptalannak, hogy a mánkóczi jobbágyokat és azok földesurait, az elefánti pálosokat idézze a törvényszék elé, mert a mult évi hatvanad hátralékának beszedését megakadályozták.

Franciscus de Rewa comes de Thurócz et locumtenens palatinalis committit capitulo Nitriensi ad querelam Thomae de Kis-Tapolcsány vicecomitis Barsiensis eiusque collegarum, qui pro administracione ac exaccione restancie sexagesime preteriti anni predicti comitatus Barsiensis de bonis nobilium ac aliarum personarum tam ecclesiasticarum, quam secularium, eorum videlicet, quorum bonis huiusmodi sexagesima nondum administrata fuisset, exivissent ac inter cetera ad possessionem religiosorum fratrum heremitarum in ecclesia sancti Joannis in Leffanth fundata degencium Mankocz vocatam in prefato comitatu Barsiensi existentem habitam profecti fuissent ibique sexagesimam exigere voluissent, ut iobagiones de Mankócz cum armis eos impetentes et in execucione impedientes et fratres eremitas de Elefánt ad iudicium citet.

Eredetije rongált papiron. Országos Levéltár: Acta Paulinorum 70. csomó, régi jelzet. Acta conv. Paul. Elephant fasc. 7. Nr. 2.

Közli: Iványi Béla.

371.

Várad, 1545 február 28.

Fráter György levele Verancsics Antalhoz, élete folyásáról.

Iucundae mihi fuerunt litterae dominationis vestrae reverendae, tum propter novarum rerum significationem, tum vero, quod nomen meum in historiis, quas texere coepit, illustrare conetur. Pro quo suo in me officio memorem me dominatio vestra reverenda cognoscet atque gratum. Quumque nec patria, nec parentes mei dominationi vestrae reverendae ignoti sint: brevi tamen narratione rem omnem litteris istis complecti volui. Ex nobili et antiqua stirpe dominorum Croatiae sum oriundus. Patria mihi est Kamisacz, insigni arce celebris. Patrem habui Gregorium Uthysenich; matrem vero Annam, ex vetere et nobili prosapia Venetorum natam. Octo igitur annos natus quum essem, relicta patria, in amplissimam curiam illustrissimi Ioannis Corvini ducis deductus sum, ab eoque in Transsilvaniam in arcem suam Hwnyad missus, ubi tredecim annos, non sine magna curarum miseria, versatus sum. Ad vigesimum vero aetatis annum in aulam honestissimam illustris ac magnificae dominae matris serenissimi principis mei domini Ioannis, regis Hungariae, me contuli. Quumque aulica vita mihi displicere coepisset, religionem eremitarum ingressus, quatuor annos in ordine eorum, qui sine litteris erant, vixi. Postquam vero in litteris, opera cuiusdam pii et eruditi eremitae profecissem, susceptis sacris ordinibus sacerdotii, non sine auctoritate aliquot monasteriis praefui. Pater, dum fortiter pro patria dimicaret, manu Turcarum occubuit. Tres autem habebam fratres, iisdem natos parentibus: Nicolaum, hominem in re militari non extremum; alterum Mathiam, opinione omnium non infeliciter in litteris versatum: qui ambo naturali morte extincti sunt; tercium Iacobum, hominem militarem, et qui non parvum specimen virtutis suae edidisset. Quum enim Nandoralba ab imperatore Turcarum anno Domini MDXXI. obsessa, oppugnaretur graviter: praecipua huic turris, quam lingua nostra Koeules vacant, pro eius statione cesserat. Ubi tum moenia pulveribus bombardarum inversa essent: asseribus tantum levissimis, unde medius ipse exstaret, ruinae locum obduxerat; tanta tamen in eo erat virtus, ea animi praesentia, ut tum nec loco cederet magnamque cladem versatili lancea hostibus ex eo loco daret, pyxidis tamen ictu interiret. Itaque Ludovico rege in clade Mohacsiensi extincto,

quum Ioannes rex in regem Hungariae suffragio omnium ordinum regni renunciatus esset, Ferdinandique exercitu regia Budensi pulsus ac ad oppidum Syna profligatus esset: vocatus sum a rege ex monasterio Laad, ut res quasdam suas pretiosas mihi ad asservandum daret, quas recipere recusavi. Deinde rex Ioannes, desertus a suis, in Poloniam profectus est. Ultro in Poloniam usque sum sequutus, terque ex Polonia iter pedibus causa regis in Hungariam confeci, regis inopiam ex liberalitate dominorum Hungarorum sustentans, eoque ex dominis Hungaris, inter quos primi nominis erant Iacobus de Thornallya, Stephanus Bathori de Somlyo, Paulus Arthandy et alii multi, perduxeram, ut fidem Ioannis regis sequuti, ex Hungaria officii gratia in Poloniam ad regem venirent et regi, iterum in Hungariam adventanti, ad terminos usque Hungariae, honorifice eum excepturi, parato exercitu, obviam ire non dubitarent. Ceteris vero rebus omnibus, quae subsequutae sunt, dominatio vestra reverenda non solum interfuit, verum etiam praefuit; ut existimem nec longa, nec brevi narratione ad hanc rem cognoscendam opus esse. Libellum vero recens editum et vidi libenter, et legi iucundissime: omniaque illa exemplaria statim amicis distribuenda curavi. Varadini sabbato ante dominicam Reminiscere, anno Domini 1545.

Frater Georgius,
episcopus Varadiensis, thesaurarius, locumtenens et iudex generalis.

Verancsics Antal munkái. (Közli: Szalay L.) I. 14—16.

372.

Pozsony, 1545 márczius 11.

Ferdinánd király előtt Ujlaky Ferencz győri püspök panaszt tett, hogy néhai «Haragos» Pethew Ferencz fia, Gáspár 1544. Jubilate vasárnap táján elküldötte rába-kovácsi-i jobbágyait néhai «venerabilis Paulus presbiter, plebanus ecclesie beatorum Cosme et Damiani matrirum in... possessione Kovachy, diocesis Jauriensis, constructe» házához, a plébánost megverette, egyik jobbágy házánál kalodába tétette, másnap hátrakötött kezekkel Sárvárra kisértette, egyideig ott börtönben tartatta és csak «venerabilis Joannes presbiter plebanus et vicearchidiaconus dicti oppidi Sarwár» és még két sárvári ember kezességére bocsátotta szabadon, de már későn, mert Pál pap a szenvedett sérelmek miatt pár nap mulva meghalt. Ezért a püspök «veluti prelatus, cuius diocesi dictus plebanus subiectus fuisset» igazságot kért. A király Pethew Gáspárt a vasvári káptalan által maga ele idézteti.

Ferdinandus rex committit capitulo Castriferrei, ut Gasparum filium Francisci Pethew dicti Haragos, qui Paulum presbyterum, plebanum de Rába-

Kovácsi verberari, in cippum poni, ligatis manibus, ad Sárvár duci iussit, sicque mortem huius presbyteri acceleravit, ad regiam praesentiam citet.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Capitularia. F. f. 2. nr. 7.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

373.

Pozsony, 1545 márczius 11.

«Honorabilis Andreas presbiter plebanus ecclesie parochialis de Halastho» a király előtt panaszt tett, hogy az elmult Reminiscere vasárnap a vasvári vásáron Gersei Pethő Péter keméndvári tisztje őt urának megbizásából annak több jobbágyával vérig verette, mindenéből kifosztatta s egyik vasvári jobbágyának házában vasra tétette. Pethőt a király elé idézik.

Ferdinandus rex Petrum Pethew de Gerse, qui Andream presbyterum, plebanum de Halastó in nundinis Vasváriensibus verberari, spoliari et in domo iobagionis sui Vasváriensis in vincula conjici iussit, ad praesentiam suam evocat.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. F. f. 2. nr. 16.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

374.

1545 márczius 18.

A vasvári káptalan Illmicz falujának visszaszerzésére törvényes lépéseket tesz.

Altera suplicacio capituli Castriferrei.

Suplicatur dominis consiliariis regiminis, ut magnificencie vestre dare dignarentur literas suas preceptorias, ad istos infrascriptos commissarios, ut ipsi probaciones et testimonia capituli Castriferrei, in facto ville Ilmewcz fiendas, in civitate Sopronienşi accipiant, audiant et fideliter iuxta fidem catholicam ipsorum dominis consiliariis regiminis sub sigillis eorum rescribant.

Nomina commissariorum sunt hec.

Egregii Ambrosius Chernel de Chernelhaza, magister prothonotarius sive iudex sedis iudiciarie regie Maiestatis in Hungaria.

Paulus de Kysfalwd, vicecomes generosi ac magnifici domini Joannis Wayzpukher in comitatu Sopronienşi.

Thomas Prwz, iudex civitatis Soproniensis 18. Marcii, per

Nicolaum Mykulyth,

notarium.

Kívül: Nomina commissariorum capituli Castriferrei, coram quibus causam ville sue Ilmeucz probare postulant.

Eredetije papiron, az Országos Levéltárnak a szereplő személyek alapján történt meghatározása szerint 1545-ből. Országos Levéltár: Lymbus I. sorozat. 1. csomó.

375.

1545 márczius 27.

Melanchthon levele Perényi Péterhez. Ajánlja Gyalui Torda Zsigmondot és kéri Perényit, hogy pártfogolja a protestantizmust.

Illustris ac magnifice domine. Multorum animos hac miserabiles ruinae regnorum movent, ut dubitant, an Deo curae sit ecclesia? Sed non solum monet Deus, discernendam esse suam ecclesiam a mundi imperiis, sed etiam inter regnorum ruinas mirandis modis servat. Sic servavit eam deleta Hierosolyma a Chaldaeis, sic postea servavit eam, cum post Cyrum interfectum dominarentur reges inimici doctrinae propheticae. Speremus igitur et inter nos mansuram esse ecclesiam perpetuo, etiamsi regna mutantur, et hac spe moveantur pii doctores de omnibus ecclesiae membris, sicut et Esaias precatur. Et quamquam magnae tenebrae paullo post sequuturae sunt, tamen Deus seminaria aliqua servabit, ne doctrina penitus exstinquatur. Obsigna, inquit, legem in discipulis meis, id est, mentes confirma, ut doctrina de hominum salute ad posteros perveniat. Hoc votum docet primum et praecipuum esse in omnium hominum pectoribus, maxime vero gubernatorum. Cum autem audiam, te etiam inter classica et armorum fragorem cum invocatione filii Dei coniungere Evangelii studium, quod fieri necesse est, scripsi ad te tanquam ignotus ac te obtestor, ut hunc Sigismundum virum honestissimum, non solum in lingua latina et graeca, sed etiam in doctrina ecclesiastica praeclare eruditum, complectaris. Simul autem precor, ut in tantis tumultibus ecclesias et studia gentis tuae omnibus officiis foveas, ut Danielem et alios adolescentes doctrinae deditos foverunt aliqui principes in excidio Hierosolymae, ut postea illorum virtute (sicut accidit) ecclesia instauraretur. Non dubito autem paullo post, repressa Turcica barbarie, Deum in Pannonia ecclesias, et studia doctrinae et virtutis instauraturum esse. Id ut fiat, iam curandum est, ne desint seminaria, et quicunque erunt eventus, bonae menti magna levatio est moestitiae, tali tempore bene voluisse ecclesiae. Et tamen affirmo, Deo iuvante, hoc studium

et hos conatus ecclesiae utiles fore, ut psalmus inquit: Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua, venientes autem venient portantes manipulos suos. Labores tui Deo placebunt, etiamsi hoc luctuoso tempore fructus nondum conspicitur. Nec Iirmias (!) vidit suorum laborum fructum, sed posteritas ab ipso servata vidit et videbit ipse, cum universa ecclesia in aeterna vita. Idem de fructu nostrorum laborum iam speramus. Oro autem ducem ecclesiae Dei, Christum, ut protegat te, regat et iuvet. Bene et feliciter vale. An. 1545. die 27. Mart. quo filius Dei reviviscens ex morte ostendit, se aeterna vita et gloria ecclesiam ornaturum esse.

Ribini: Memorabilia I. 64—66.

376.

Várad, 1545 április 14.

Bajoni Benedek özvegye, Bodó Anna és fiai a váradi káptalan előtt tiltakoznak az ellen, hogy a dédesi pálosok Zám falunak azon felét, melyet őseik lelkük nyugalmára adtak a dédesi kolostornak, másnak adják el.

Vidua Benedicti Bajoni, Anna Bodó, eiusque filii protestantur, ne eremitae s. Pauli in claustro s. Spiritus supra Dédes degentes dimidietatem possessionis Zám per praedecessores suos «pro refrigerio et salute animarum eorum» datam, aliis vendant.

Eredetije a gr. Tholdalagiak levéltárában. Közli: Szabó Károly. Történelmi Tár. 1888. 97.

377.

Worms, 1545 április 15.

Oláh Miklós zágrábi püspök levele Petrovinai Pekry Lajoshoz V. Károly császár útjáról. Kéri, hogy a zágrábi püspökségben levő embereit segítse.

Nova scribere vestre dominacioni magnifice hec possumus, quod Maiestas regia hic Vormacie est, agitque et tractat cum imperialibus de futura expedicione, speramusque brevi de futura expedicione conclusuram. Cesarea Maiestas autem septima die huius mensis Bruxellis movit se, rectaque dirigit gressum suum huc Vormaciam, sed paulatim incedit, ne ex itinere aliqua molestia afficeretur, nunc enim pristine valetudini est restitutus, hinc se deinde confert eo, quo salus ac defensio christianitatis postulaverit. Quod autem scribit dominacio vestra magnifica, quod brevi in Sclavoniam haberet animum eundi, Deus altissimus faxit eidem

prosperum iter, sanumque et incolumem ducat et reducat. Rogamusque eandem, ut hominibus nostris, qui in episcopatu nostro sunt constituti a nobis, velit eadem omni auxilio in negociis omnibus, quibuscunque invenerint, esse, quod nos vicissim omni officio amicicie studebimus recompensare. In reliquo felicissime dominacionem vestram magnificam valere optamus. Datum Vormacie, 15 die mensis Aprilis, anno Domini 1545.

Nicolaus Olahus,
E. Zagrabiensis etc.

Országos Levéltár: Történelmi emlékek. P. N.

Közli: Iványi Béla.

378.

Pozsony, 1545 április 22.

Várday Pál érsek és királyi helytartó előtt Ujlaky Ferencz győri püspök panaszt tett, hogy nagyságos ifjú Erdődy Péter Ság, Pereszteg, Hosszúfalu, Szentoldor, Gecsen, Vámos-Perezteg, Taskánd, Varsány és Keresztur vasmegyei, Doba és Bersen veszprémmegyei falvak tizedeit lefoglalta és Somlyó várába vitette. A helytartó a vasvári káptalan által ifjú Erdődy Pétert maga elé idézteti.

Rávezetve, hogy Sopronczai Antal vasvári kanonok az idézés végett Monyorókerék kapujához érkezett, de ott nem eresztették be. Tehát a kapus által értesítette az urat az idézésről.

Paulus Várday, archiepiscopus et locumtenens regiae Maiestatis, Petrum iuniorem Erdődy qui iuxta querelam Francisci Ujlaky, episcopi Jauriensis decimas villarum Ság, Pereszteg, Hosszúfalu, Szentoldor, Gecsen, Vámos-Pereszteg, Taskánd, Varsány, Keresztúr, Doba et Berzseny occupavit, citari iubet.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. instrumenta. f. 92. nr. 1.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

379.

Torda, 1545 április 24.

A Tordán tartott országgyűlés vallási vonatkozású végzései.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item. Volffgangus, Georgius et Nicolaus Barchÿaÿ accusati sunt, quod imaginem crucifixi loro ligatam humi ad fluvium usque per puerum trahere fecissent, ibique aqua immersam reportassent et igni ad excoquendum cibum imposuissent. Itaque constitutum est, ut facta diligenti inquisitione, si res sic comperta fuerit, reverendissimus dominus locumtenens, iure mediante, pro magnitudine delicti puniat illos.

Item. In negocio religionis decretum est, ut deinceps nemo aliquid innovare audeat, neque vita, moribus, aut victu extra civitates aliquem offendat; sed quisque per omnia se ad aedificationem proximi accommodet. Monachos autem et alios ecclesiasticos viros nemo aliquo impedimento afficiat, sed divina officia more solito, libere exercere possint.

— — — — — — — — — — — — — — —

Szilágyi Sándor: Erdélyi Országgyűlési emlékek. I. 217. — *Veszely Károly:* Erdélyi egyháztörténelmi adatok. Kolozsvárt, 1860. I. kötet. 161. l. (hol azonban ez a tordai országgyűlés, a mult században készült gyüjtemények nyomán, hibásan 1544-re van téve. V. ö. *Szilágyi* i. m. 198. l. 1. jegyz.).

380.

Pozsony, 1545 április 24.

Várday Pál esztergomi érsek, Magyarország primása, királyi helytartó az Adurno Jeromos halálával megüresedett egri kisprépostságot unokaöcscsének, Várday Tamásnak adományozza.

Nos Paulus de Warda archiepiscopus Strigoniensis, primas Hungariae etc. egregio Thomae de Warda, filio egregii quondam Simonis de Warda, fratris nostri carnalis, salutem in Domino sempiternam. Vitae et morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus apud nos meritus es commendari, nos inducunt, ut te favoribus et gratiis prosequamur opportunis. Cum itaque praepositura minor, alias Sanctae Mariae, simul et canonicatus cum praebenda nunc in ecclesia Agriensi per mortem venerabilis domini Hieronymi Adurni — — — de iure et de facto vacare dignoscatur: tibi, tanquam personae idoneae et benemeritae, praeposituram huiusmodi et canonicatum cum praebenda, nostra ordinaria ac regia, qua impraesentiarum fungimur, authoritate danda, donanda et conferenda duximus, prout damus, donamus et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis venerabilibus dominis praeposito, lectori, cantori, custodi, caeteris fratribus de capitulo praefatae ecclesiae Agriensis ac vicario in spiritualibus generali harum serie committimus et mandamus, quatenus praefatum Thomam de Warda, seu procuratorem eius legitimum, et neminem alium, in et ad realem, actualem et corporalem possessionem dictorum praepositurae, canonicatus et praebendae inducere installareque et confirmare debeatis, — — recepto tamen prius ab eo iuramento corporali, quod dominis episcopis istius ecclesiae Agriensis canonice intrantibus fidelis et obediens erit, — — —

Datum Posonii in festo beati Georgii martyris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Nicolai Schmitth: Episcopi Agrienses fide diplomatum concinnati. Tomulus II. Tyrnaviae, M.DCC.LXVIII. 355. l.

381.

Worms, 1545 április 30.

Ferdinánd király leirata, melyben a nagyszombati országgyűlésen alkotott törvényeket megerősíti.

Responsum sacrae regiae Maiestatis ad articulos dominorum praelatorum, baronum, nobilium, aliorumque ordinum et statuum regni Hungariae, qui in generalibus comitiis Tirnaviae pro festo Purificationis beatissimae virginis Mariae proxime praeterito, iussu suae Maiestatis celebratis congregati fuerant, editos.

— — — — — — — — — — — — — — —

(Az egri püspökségre vonatkozólag):

Ad articulum... ubi ab ordinibus et statibus actum est, ut decimae episcopatus Agriensis de manibus secularium personarum per Maiestatem regiam eripientur et ad conservationem castri Agriensis convertantur, respondet sua Maiestas: non postremam sibi hactenus quoque fuisse curam, decimas ipsas de manibus secularium personarum excipiendi et ecclesiae ipsi Agriensi restituendi, tum ad eiusdem arcis defensionem, tum ad ecclesiam istic reparandam, eiusque ministeria ad honorem Dei Optimi Maximi continuanda. In causa tamen huius rei hactenus dilatae hoc fuisse, quod arcem ipsam et ecclesiam, cui regia Maiestas sacra praelatum et episcopum iam pridem alioqui praefecisset, Petrus Pereny̆, praeter honestum et aequum vi tenuisset, nec hactenus castrum ipsum, saepius a Maiestate sua admonitus, reddendum curasset. Quare cumprimum arcem ipsam e manibus Petri Pereny̆ exceperit, quod brevi futurum credit, Maiestas sua sacra providebit, mox tum de idoneo et sufficienti eius ecclesiae episcopo, tum etiam, ut decimae ad eandem ecclesiam administrentur et applicentur, arxque ipsa praesidio sufficienti et rebus aliis necessariis ita provideatur, ne quid, auxilio Dei, timendum illi sit periculi.

— — — — — — — — — — — — — — —

Datum Vormatiae, ultima mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
Episcopus Zagrabiensis.

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 680.

382.

Pozsony, 1545 április 30.

Thurzó Ferencz nyitrai püspök Thurzó Elek özvegyével, utóbb Pernstein Jánosnéval a trencséni uradalom jövedelméért perel.

Ferdinandus rex committit capitulo Nitriensi, ut Magdalenam Zekel de Ormosd, consortem Joannis a Perstein et Helfenstein, propterea, quia totales proventus Francisci Thurzó episcopi Nitriensis sibi et ecclesie sue prenotate ex civitate Trinchiniensi ac possessionibus eiusdem domine Magdalene Dretoma, Kralowany, Zlathowcze, Orekhowe, utraque Kwbra, Dobra, Thepla, Dwbnycza, Nemsena nobilium, Zoblaho Mynykowa, Lehotha, Thwrna, Byrowcze, utraque Stawkowcze, Roswdye et Zelech vocatis, omnino in comitatu Trinchiniensis existentibus habitis iuxta antiquam consvetudinem in paratis pecuniis quottannis provenire debentibus et exigi solitis pro anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto proxime transacto de civitate et possessionibus prenotatis pro se exegisset et percepisset, ac quo voluisset, fecisset, citet in presentiam regiam.

Országos Levéltár: Neo-Reg. Acta fasc. 991. Nr. 17.

383.

Gyula-Fejérvár, 1545 május 10.

A gyulafehérvári templom tornyának felépítéséről s befedéséről Szebeni Kerekes Mihálylyal kötött szerződés.

Anno 1545. dominica Rogationum facta est conventio cum magistro Michaele carpentario Cibiniensi pro edificatione turris templi s. Michaelis Albensis ecclesie cum omnibus suis edificiis, item gradibus universis, bono modo ordinandis, et ad hec necessariis, quae ad novam turris edificationem decenter conveniunt. Item in eadem turri debeat ipse magister Michael in quatuor partibus edificare et erigere quatuor pyramides, et ipsa turris in omnibus suis edificiis per omnia similis esse debeat turri civitatis Bistricensis, aut Cibiniensis, nec in minimo defectus in ea committatur. Facta est autem conventio in florenis 200 (ducentis) nec non pro quotidiano victu ipsius et servitorum eius dandi sunt cubuli tritici triginta, tria vasa vinorum, duo larda, et floreni tres pro carnibus

emendis pro ipsius Michaelis arbitrio. Item ipsa conventio facta est per Franciscum de Arce, vicarium, et Nicolaum Werewchey archidiaconum Hunyadiensem, decanum, item presentibus ibidem magistris Joanne de Thewis archidiacono Thelegdiensi et Nicolao Mohay canonicis Albensibus ut testibus ad premissa requisitis. Item eodem die in sortem premisse conventionis dati sunt per prefatum d. decanum floreni quadraginta ipsi magistro Michaeli.

A gyulafehérvári káptalani levéltárból. — V. ö. Szeredai: Notitia veteris et novi capituli e. Albensis Transilv. 167.

384.

Pozsony, 1545 május 22.

Revai Ferencz nádori helytartó meghagyja az esztergomi káptalannak, hogy idézze meg Nyáry Ferencz hontmegyei főispánt a nagyszombati apáczák (Fruzsina apátnő és konventje) ellen elkövetett hatalmaskodások miatt, mert «quidam Cristopherus Swsther officialis castri Zomolyan» ura Nyáry Ferencz parancsára a nagyszombati apáczák Newsthych nevű pozsonymegyei birtokán lakó jobbágyuktól, Hoblyk Jánostól egy hordó bort elvitt, a mivel több mint 30 frtnyi kárt okozott és ugyanitt, az apáczák Griycz Tamás nevű jobbágyától ugyancsak egy hordó bort vitetett el, a mivel a panaszosoknak több mint 40 frtnyi kárt okozott. A káptalan a fenti parancs teljesítésére Thuri Lőrincz kanonokot küldi ki, ki Nyáryt május 25-én megidézi.

Franciscus de Rewa, locumtenens palatinalis ad querelam «Frusine abbatisse et conventus monialium Tyrnaviensium» citari iubet Franciscum Nyáry, comitem Hontensem, qui per officialem suum in castro Zomolyan locatum incolis possessionis monialium Newsthych diversa damna intulit.

Papiron; Országos Levéltár: Monial. Tyrnav. fasc. 9. Nr. 3.

Közli: Iványi Béla.

385.

Pozsony, 1545 május 23.

Révai Ferencz nádori helytartó meghagyja az esztergomi káptalannak, hogy — mivel Bakyth Péter egy bolerázi szőlő elfoglalásával a nagyszombati apáczáknak több, mint 60 frtnyi kárt okozott — idézzék meg eléje Bakith Pétert. A káptalan a fenti parancs teljesítésére Thúri Lőrincz kanonokot küldi ki, a ki május 25-én teljesíti a parancsot.

Franciscus de Rewa, locumtenens palatinalis ad querelam religiosarum dominarum «Frusine abbatisse ceterarumque monialium Tyrnavie degentium» quod circa tempus vindemii anni proxime preteriti magnificus dominus Petrus Bakyth de Lak, nescitur qua racione motus, quandam vineam providi Joannis Pauli dicti jobagionis ipsarum dominarum exponentium, in possessione earundem exponentium Boleraz vocata, in comitatu Posoniensis existente, commorantis,

in promontorio possessionis Newsthycz earundem exponentium adiacentem occupaverit, sicque querulantibus plus quam 60 florenorum damnum intulit, eundem Petrum Bákyth citari iubet ad praesentiam suam.

Papiron; Országos Levéltár: Monial. Tyrnav. fasc. 5. Nr. 14.

Közli: Iványi Béla.

386.

1545 május 26.

A pálosok perjele, Ferencz, bizonyítja, hogy Remete szent Pál szerzeteseinek Várad melletti monostorukban tartott gyűlése elhatározta, hogy a szabolcsvármegyei Zám helység felét, melyet a Dédes fölötti Szentlélek-kolostor bír, eladja Bajoni Ferencznek, Istvánnak és Jánosnak négy év alatt fizetendő 350 forintért.

Franciscus prior generalis eremitarum s. Pauli notum reddit, ordinem eremitarum s. Pauli in congregatione sua in monasterio b. Mariae v. prope Waradinum celebrata decrevisse venditionem dimidietatis possessionis Zám, hucusque ad monasterium s. Spiritus supra Dédes pertinentis. Vendidit autem Francisco, Stephano et Joanni Bajoni pro florenis 350.

Eredetije a gróf Tholdalaghyak radnótfáji levéltárában. — Közölte Szabó Károly a Történelmi Tár 1888. évf. 98. l.

387.

1545 circiter mense Maio.

Az erdődi lutheranus zsinat határozatai és aláírásai.

In eundem hunc annum incidit synodus in oppido Erdőd sub heroica Gasparis Dragfii[1] tutela et patrocinio celebrata, in qua XXIX. reformatores ministri XII. articulis dogmata fidei suae expresserunt, quorum, I. *est de Deo.* II. *de mediatore.* III. *de iustificatione.* IV. *de fide.* V. *de bonis operibus.* VI. *de sacramentis.* VII. *de veneratione sacramentorum.* VIII. *de confessione.* IX. *de libertate christiana.* X. *de capite ecclesiae et oratione decora servando in ecclesia.* XI. *Secessionis a Pontifice et ecclesia Romana rationes redduntur.* XII. *Concluduntur articuli* in hunc tenorem: *In reliquis fidei articulis consentimus cum ecclesia vera, sicut patet in confessione fidei Augustae Carolo V. exhibita.* Formalia confessionis verba ad nos non pervenerunt sed hi solum tituli. Subscripsere confessioni XXIX. reformatores.

Stephanus Kopátsi, Basilius Székeli, Johannes Kalocsai, Demetrius Tordai, Andreas Batisi, Bernhardus Börvei, Jacobus Thuri,

[1] Assertio dubia. Caspar enim Dragfy iam anno 1544. initio m. Decembris mortuus est, uti nr. 349 ostendit.

Georgius Vatsi, Stephanus Babbtsai, Nicolaus Gyulai, Johannes Batsmezei, Basilius Hosvai,[1] Johannes Etsedi, Ambrosius Tzegledi, Dominicus Batizi, Mathaeus Fel-Némethi, Michael Tsehi, Clemens Berkeszi, Nicolaus Dévai, Thomas Huszti, Petrus Egri, Martinus Desi, Johannes Szakazi, Franciscus Mohi, Michaël Debreczeni, Johannes Miskoltzi, Johannes Kassoni, Dominicus Szadai, Laurentius Batizi.

Lampe (rectius Ember) Hist. Eccl. Reformatae. 93. l.

388.

(Szepeshely), 1545 június 5.

Várallyay Szániszló pécsi püspök, szepesi prépost, a sárosmegyei kajátai birtokot Eperjes városának kórházi czélokra átengedi.

Nos capitulum ecclesiae Scepusiensis memoriae commendamus, — quod reverendissimus dominus Stanislaus, episcopus Quinqueecclesiensis ecclesiae, sacrae Romanorum, Hungariae etc. Maiestatis consiliarius etc. dominus et praelatus noster, ab una parte; parte vero ab altera prudentes ac circumspecti Stephanus Zebenyi iudex et Emericus de Wrkoth notarius, necnon Christophorus Zwla et Paulus Thaub, iurati cives civitatis Eperies, per totum consulatum eiusdem civitatis Eperies cum plena potestate et auctoritate missi et deputati, coram nobis personaliter constituti, sponte et libere sunt confessi et retulerunt in hunc modum: Quod licet certo iam tempore inter eundem dominum episcopum, praelatum nostrum, ab una, et dictos cives de Eperies parte ab altera, occasione et praetextu possessionis Kajatha vocatae, in comitatu de Sáros existentis habitae, ipsum dominum episcopum, praelatum nostrum, optimo iure concernentis, ad quam idem quoque iudex et iurati cives ius efficax iuxta donationem praefatae Maiestatis regiae se habere praetendebant, ac certarum etiam rerum argentearum et aliarum diversarum ipsius domini episcopi in dicta civitate Eperies apud quendam cognatum suum depositarum, ad certam florenorum summam se extendentium, nonnullae controversiae et differentiae ortae fuissent et suscitatae: tamen idem episcopus, praelatus noster, bonis quibusdam et honestis respectibus rationabilibusque de causis, animum suum ad id moventibus et inducentibus, volens ulterioribus litibus, causis et

[1] Fors rectius Ilosvai.

differentiis finem imponere; praesertim considerans idem dominus episcopus illa intollerabilia damna et incommoda iacturamque praefatorum civium, quam tam in personis, quam in rebus eorum per haec impacata tempora subierunt et passi sunt; ad talem cum eisdem civibus pacis et concordiae unionem devenisset, prout eaedem ambae partes in praesentia nostra devenisse sese retulerunt: quod praefatus dominus episcopus, praelatus noster, eandem possessionem Kajatha, quam piae reminiscentiae reverendus in Christo pater, dominus Demetrius de Nyás episcopus (Sanctuariensis) suffraganeusque et vicarius ecclesiae Strigoniensis, frater suus, a magnifico quondam domino Stephano de Rozgon pro certa florenorum summa emisset, ipseque Stephanus Rozgon eidem quondam Demetrio episcopo ideo dedisset et inscripsisset[1] perpetuo iure, ut scilicet in usus pios ac salutares converteretur; sed quia idem Demetrius episcopus propter imbecillitatem et senilem iam aetatem considerans, se hanc piam voluntatem suam exequi et ad effectum perducere minime posse: propterea idem Demetrius episcopus eandem possessionem Kajatha, adhuc eo vivente, praefato domino episcopo, praelato nostro, commisisset, ac insuper in pacifico et quieto dominio eiusdem possessionis eundem dominum episcopum sub certis conditionibus, aeque, ut idem quondam Demetrius episcopus fuisset, esse voluisset; volens itaque et cupiens idem dominus episcopus, praelatus noster, piam voluntatem et intentionem dicti quondam domini Demetrii episcopi, fratris sui, exequi et ad effectum perducere ac denique magis ac magis proventus et redditus hospitalis pauperum in eadem civitate Eperies constructi ampliare: tum ex eo, tum vero ex fraterno amore illo, quo ipse dominus episcopus, praelatus noster, illam civitatem consequenterque universitatem civium eiusdem civitatis Eperies, totam etiam rempublicam prosequeretur, praefatam possessionem Kajatha, simul cum cunctis suis utilitatibus, — praefatis iudici iuratisque ac universitati civium praedictae civitatis Eperies, et per consequens praefato hospitali pauperum in eadem civitate Eperies constructo, perpetuo iuris titulo dedisset, donasset et contulisset, — — ea tamen lege et conditione, ut illam iidem cives de Eperies et eorum posteri perpetuo iuris titulo possideant, omnes tamen proventus eiusdem ad usum pauperum in hospitali, in eadem civitate Eperies constructo, perpetuis temporibus semper duraturis in perpetuam eleemosynam, pro salute tam praefatorum

[1] 1522-ik évben. V. ö. Egyházt. Emlékek. I. 69.

quondam Stephani Rozgon, progenitorum eiusdem, quam ipsius Demetrii episcopi fratrumque eiusdem, convertere debeant et teneantur. — Praeterea etiam idem dominus episcopus, praelatus noster, volens erga praefatos cives argumenta charitatis et pium suum affectum declarare, eosdem cives Eperiesienses super praedictis omnibus damnis suis, in dissipatione clenodiorum argenteorum vestiumque et id genus omnis supellectilis ipsius per ipsos cives utcunque illatis et irrogatis, quietos et expeditos ac modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset; e contra vero praefati Stephanus Zebenyi, — sese personaliter abstantes ad praemissa omnia et singula perpetuo et inviolabiliter observanda adstrinxerunt coram nobis. — Datum feria sexta proxima post festum ss. Corporis Christi, anno Domini 1545.

Wagner: Diplomatarium comitat. Sáros, 266. — *Katona:* XXI. 525.

389.

(Debreczen), 1545 június 7.

A Zapolyay-párti bárók és nemesek Debreczenben gyűlést tartanak. E gyűlés végzéseinek 26-ik czikkelye:

«26. Item, nullus in bonis suis Lutheranos retineat; et cui reverendissimus dominus thesaurarius vel dominus capitaneus concesserit, liberum sit iuxta regni decretum tales Lutheranos ubique persequi et comprehendere.»

Kovachich: Supplementum ad vestigia comitiorum apud Hungaros. Tom. III. pag. 191. — *Fraknói:* Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 610.

390.

Bártfa, 1545 június 12.

Eck Bálint értesíti Hofkircher Kristófot a sárosmegyei állapotokról.

Salutem et obsequium! Non dissimiliter, mi charissime Christophore, tui agant montani atque hij nostri moriones, qui tempore hoc periculosissimo obliti sue professionis et officij inter pocula et choreas triumphant, que gaudia, ne utrisque in merorem vertantur propediem, metuo vehementer atque iuxta tecum vicem nostram ex animo deploro. Et videntur tui quodammodo luctus

cum meis sensibus convenire, qui dies noctesque mecum in animo tristissimam cum aliarum rerum tum precipue nostrarum faciem soleo considerare, qui non solum ipsa salute atque incolumitate patrie orbati sumus, verum etiam spem eius pene amisimus, cum nec mala sua, nec remedia malorum nostri homines sentire in animum inducant, quin omnes fere sua sponte ad ruinam tendant precipites, se patriamque perditam perdituri. Exosus est plerisque nostratibus, qui post Deum solus videtur mederi posse rebus nostris pereuntibus, Carolus cesar, sed et is adeo exosus est, ut in eum in cunctis nostrorum colloquijs et conventibus absurdiora coniiciantur opprobria et convicia, atque in illum totius christiani orbis unicum conservatorem; cui reliquisque christianis principibus impiam pietatem et iniquam equitatem Turcarum tyranni longe anteferunt, homines stolidissimi, quibus in mora nihil aliud est, quin ad hunc propere deficiant, quam absentia illius, quem sincerissime suspirant et expectant recordes. (Post haec rumores ei scribit de morte Szulimanni, utique false sparsa, de Turcarum motibus, de spoliationibus per Emericum Verbőczy in nundinis Ungváriensibus commissis, de comitiis Debrecinensibus. Gratias porro agit pro libris et poema quoddam mittit.) Tandem vestrum Ortelium et Cremniciensem Lupum non graveris salutare. Datum Bartpha die 12 Junii anno 1545.

Tuus
Valentinus Ecchius.

Kívül: Ornatissimo viro domino Christophoro Hofkyrcher domino et affini suo charissimo. — Schemnicie.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.
Közli: Dr. Karácsonyi János.

391.

Pozsony, 1545 június 16.

Ujlaky Ferencz győri püspök megengedi, hogy az egyik oltárigazgatóság jövedelme a soproni plébániához csatoltassék.

Prudentes... domini... salutem et mei commendationem. Que d. v. michi medio magistri Benedicti, archidiaconi Soproniensis et circumspecti domini Thome Prwz iudicis vestri nunctiastis (!), intellexi. Quo itaque dominus parochus istius ecclesie in ipsa ecclesia cultum divinum commodius exerceri facere possit,

placet michi, ut rectoratus altaris condam Petri presbiteri prouentibus parochi, quos admodum tenues et paucos hoc tempore esse audio, annectetur eidemque plebano et suis successoribus conferatur, ita tamen, ut domus eiusdem rectoratus absque mora per d. v. reformetur eaque presbitero possidenda detur, proventus vero, qui ex vineis et aliis locis eiusdem rectoratus more antiquo provenire debent, parocho ipso, moderno scilicet et futuris, administretur. Cetera iidem magister Benedictus et dominus iudex d. vestris referent... Posonij 16 die Junii anno 1545.

Franciscus ab Wylak,
episcopus ecclesie Jauriensis consiliarius regie Maiestatis.

(A püspök saját kezétől): Jauriensis.

Kívül: Prudentibus... magistro civium, iudici iuratisque civibus civitatis Sopronienses.

A soproni jegyző kezétől: Rmi domini episcopi ecclesie Jauriensis littere, in quibus conceditur, quatenus beneficium Petri Schwartz cuique plebano conferri et plebanie incorporari possit et debeat.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. L. f. I. nr. 5.
Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

392.

Pozsony, 1545 július 15.

Révai Ferencz nádori helytartó özvegy Zrinyi Jánosnét és ennek somlyai várnagyát, Velikey Istvánt a somlyóvásárhelyi apáczák jobbágyain elkövetett erőszakoskodásokért maga elé idézi.

Franciscus de Rewa comes comitatus de Thwrocz ac vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens etc. amicis suis reverendis conventui ecclesie de Chorna salutem et amiciciam paratam cum honore. Expositum est nobis in personis religiosarum dominarum Margarethe priorisse et tocius conventus sanctimonialium ordinis Premonstratensium in claustro oppidi Wasarhel in comitatu Wesprimiensi existentis degencium, qualiter circa festum Visitacionis beatissime virginis Marie proxime preteritum egregius Stephanus de Welyke, arcis generose et magnifici domine Anne, spectabilis et magnifici condam domini Joannis comitis de Zrynyo relicte, Somlyo vocate in eodem comitatu Wesprimiensi existentis prefectus, ex speciali commissione et mandato eiusdem domine

Anne, domine scilicet sue, missis et destinatis nonnullis hominibus et familiaribus suis manibus armatis et potenciariis in et ad predictum oppidum Wasarhel, consequenterque domum providi Nicolai Molnar iobagionis prefatorum dominarum sanctimonialium exponentium in eodem oppido habitam, ibique eundem Nicolaum et cum eo una quasdam duas honestas mulieres, incolas eiusdem oppidi Wasarhel, captivari, captosque ad possessionem ipsius domine Anne Doba vocatam in dicto comitatu Wesprimiensi habitam abduci fecisset, quos ibidem in captivitate teneret eciam modo potencia mediante in preiudicium et dampnum prefatarum dominarum sanctimonialium exponentium valde magnum. Quia autem universi huiusmodi novi actus potenciarii per quoscunque patrati iuxta novam constitucionem publicam in curia regia pro quinto decimo die coram nobis et ceteris regni iudicibus ordinariis continue discuti debent et adiudicari, pro eo amiciciam vestram rogamus et hortamur diligenter et nichilominus auctoritate nostra ordinaria, qua fungimur, iniungimus vobis, quattenus presentes literas nostras per hominem vestrum pro testimonio vestro fidedignum memoratis domine Anne ac Stephano Welykey exhiberi et presentari faciatis, qui si personaliter reperiri poterunt bene quidem, alioqui idem homo vester de domibus habitacionum, sive solitis eorundem residenciis ammoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro, ut ipsi decimo quinto die a die huiusmodi ammonicionis ipsis fiende computando, personaliter vel per procuratores suos legittimos coram nobis in curia regia modis omnibus comparere debeant et teneantur, racionem de premissis reddituri. Certificando nichilominus eosdem ibidem, ut sive ipsi termino in predicto coram nobis compareant sine non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod dictaverit ordo iuris. Et posthec huiusmodi exhibicionis, ammonicionis et certificacionis seriem, ut fuerit expediens, terminum ad predictum nobis amicabiliter rescribatis. Datum Posonii feria quarta in festo divisionis apostolorum anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Kívül: Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Chorna, pro religiosis dominabus Margaretha priorissa et toto conventu sanctimonialium ordinis Premonstratensis, in claustro oppidi Wasarhel degentium, – exhibitoria, ammonitoria, certificatoria.

Lecta.

Papiron, kívül vörösviaszba nyomott zárópecséttel; Országos Levéltár: Acta Monial. Poson. fasc. 26. Nr. 3. Közli: Iványi Béla.

393.

Prága, 1545 július 20.

Loxamus G. levele Nádasdy Tamáshoz a császár tárgyalásairól a katholikusok és protestánsok kibékítése ügyében.

Spectabilis ac magnifice domine, domine mihi honorande! Superiori tempore misi magnificencie tue capitulaciones inter cesarem et ducem Juliacensem, nunc mitto tractatus in[ter] suam maiestatem et regem Francie ex lingua... translatos, quod magnificencia tua ad priores me..... ternas literas nihil responderet, forsan in ca..... tunc vinum ab illa petieram, nunc ab e..... desidero, saltem ut..... in suis significet, g..... et si me adhuc, ut olim, amet.

Totam fere estatem hic Prage consumpsi. D..... meam a se dimittere noluit. Expectab[imus......] quem vix circa medium Augusti hic affuturum..... Septembri me Ratisbonam conferam, ad p..... vias diu. Audio namque cesarem eo in loco iam [principes] catholicos et protestantes constituisse, colloquium [cum eis] habebit et pontifex ibi suos legatos et tandem comis[sarios] imperiales in Januario ordiri. Utinam aliquid habere..... finem istius tragedie. Ceterum nihil. Saltem me magnificencie tue, quam et optime valere iubeo, cum servitiis meis commendo. Prage XX Julii MDXLV.

Spectabilis magnificencie tue deditissimus

G. Loxamu[s...]

bonae prep[osit]us.

Kívül: Illustri domino domino Thomae de Nadasd, supremo duci belli regni Hungariae etc. domino et fratri nostri honorando.

Eredetije félig elrongyolt vízfoltos papiron, zárópecsétje elveszett; az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *L.* csomójában. Közli: Iványi Béla.

394.

Gyulafehérvár, 1545 július 30.

Csáki Mihály püspök-helyettes, krasznai főesperes, Thabiassi Kristófot és társait megidézteti.

Michael de Chak, vicarius episcopi, archidiaconus de Krazna Christophorum Thabiassi eiusque socios citari iubet.

Beke Antal: Az erdélyi káptalan levéltára. 105.

395.

Bécs, 1545 augusztus 1.

Ferdinánd a nagyszombati apáczák panasza következtében a kamarának s minden adószedőnek meghagyja, hogy azok jobbágyait semminemű adóval ne zaklassák, hanem igazaikban ápolják.

Ferdinandus etc. Fidelibus nostris, venerabili et egregijs consiliarijs camere nostre Hungarice, necnon dicatoribus et exactoribus quarumcumque taxarum, collectarumque et subsidiorum nostrorum, modernis et futuris, presentes nostras visuris salutem et graciam. Expositum est Maiestati nostre in personis religiosarum virginum, sanctimonialium claustri beate Marie virginis in civitate nostra Thyrnaviensi fundati humiliter, quod licet ipse virgines habeant certa privilegia a divis quondam Hungarie regibus, nostris predecessoribus ipsis data et per nos confirmata, quibus mediantibus coloni ipsarum tam in prefata civitate nostra Tyrnaviensi quam etiam extra eam vbivis commorantes, ab omni genere collectarum regiarum penitus exempti et supportati essent, forent tamen nonnulli ex vobis, qui hanc prerogativam ipsis virginibus sanctimonialibus non observarent in derogamen iurium ipsarum et damnum non mediocre, suplicantes nobis humiliter, vt ipsis superinde graciose providere dignaremur. Quarum nos humili supplicatione accepta, volentes eas in earum antiquis iuribus et libertatibus conservare et per omnes fideles subditos nostros conservari facere, fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus acceptis presentibus a modo inposterum populos et colonos supradictarum virginum tam in prescripta civitate nostra Tyrnaviensi quam alibi extra eam vbicunque commorantes in dictis eorum iuribus et libertatibus conservare, neque eos ad solutionem quarumcunque taxarum, collectarum et censuum ad cameram nostram dari solitarum compellere aut eos propterea in personis rebusque et bonis ipsorum quouis modo impedire, turbare aut damnificare presumatis, sed eos in prescriptis iuribus et libertatibus per nos etiam graciose confirmatis omnino conservare debeatis et teneamini. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne prima die mensis Augusti anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
E. Zagrabiensis.

Benignae resolutiones regiae 1531—1549. 1. sz. fol. 93. b. Orsz. lev. kincst. oszt. — Történelmi Tár 1881-iki évfolyam. 249—250.

396.

Pozsony, 1545 augusztus 8.

Kecsethy Márton veszprémi püspök értesíti Nádasdy Tamást Bornemissza Pál leveleinek megérkezéséről. Ezeket mielőbb küldi — követével titkos dolgokat üzent.

Spectabilis et magnifice domine, domine mihi observandissime, serviciorum commendacionem. Heri allate sunt litere a domino Paulo Bornemyzza, allate sunt et a rege. Non cessavi itaque die noctuque urgere dominum Strigoniensem, ut utrasque describendum et sp. ac mag. vestre citissime transmittendum curaret. Scio enim, quod avide expectavit sp. et mag. vel ipsum Bornemyzza vel eius literas. Per hunc pontificem nunciavi secretissime quedam, cui credo providere atque mihi sp. et mag. vestram. Ego hic in dies magis ac magis aresco, vellem florere atque adeo virere. Servet Christus Jesus sp. et mag. vestram unacum generosa et mag. domina mea etc. quam felicissime, quibus mea servicia offero. Posonii 8. Augusti 1545.

Sp. et mag. vestre *Servitor Vesprimiensis.*

Aderit his diebus ipsemet de Bornemyzza, cum quo veniet et Laurentius literatus, quem in Transsylvaniensem miseram ducturus secum nepotem meum, filium d. quondam Petri Bathory, expectabat enim d. Bornemyzza in Lyzka.

Kívül: Spectabili et magnifico domino domino comiti Thome de Nadasd, comitati perpetuo terre Fogharas, iudici curie, ac supremo regni capitaneo etc. domino mihi semper observandissimo.

Papiron, zárópecsétje elveszett. Országos Levéltár: Nádasdy-levelek *K. 1.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

397.

Prága, 1545 augusztus 24.

Ferdinánd király biztosítja Lynk Kristóf bécsi kereskedőt, hogy Várday Pál esztergomi érsek halála esetén a tőle kölcsön vett ezer magyar forintot a körmöczi pizetumból fogja megfizettetni.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus per presentes, quod nos illi obligationi, quam fidelis noster reverendissimus in Christo pater dominus Paulus de Warda, archiepiscopus ecclesie

Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus cancellarius et locumtenens noster in dicto regno nostro Hungarie etc. literis suis mediantibus provido Christophoro Lynk mercatori Viennensi super solutione et restitutione mille florenorum Hungaricalium de medietate proventuum piseti sui Cremniciensis eidem Christophoro Lynk facienda a primo die Decembris proxime futuri incipiendo dedisse dinoscitur, nostrum prebentes consensum, assecuravimus eundem Christophorum Lynk, promisimusque, quod etiam in casu mortis prefati domini archiepiscopi summam ipsam mille florenorum ex medietate proventuum dicti piseti Cremniciensis iuxta tenorem obligationis ipsius domini archiepiscopi eidem Christophoro Lynk, suisque hominibus integre reddi et persolvi faciemus, imo assecuramus, promittimusque harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Prage die XXIIII. Augusti 1545.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1545. 37. — U. o. 36.* megvan Várdai kötvényének fogalmazata is, melyben mondja: «recepimus mutuo et in credentiam ad certas nostras et arcis nostre Dregel arduas necessitates... in pecuniis et pannis aliisque rebus flor. mille Hung»... Posonii 15 August. 1545.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

398.

Nagy-Károly, 1545 szeptember 12.

Fráter György és Báthory András békét szereznek az esztergomi érsek és Bebek Ferencz között.

Nos frater Georgius, episcopus Waradiensis, thesaurarius, locumtenens ac iudex generalis, Andreas Bathory comes comitatuum Zaboch et Zathmar ac generalis capitaneus regiae Maiestatis recognoscimus, quod cum reverendissimus dominus Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis... egregium dominum Michaelem Mwthnoki provisorem suum Strigoniensem... ad nos miserit, ut inter dominationem suam reverendissimam et magnificum dominum Franciscum Bebek praesentes dissensiones et controversias componeremus, nos... sub infrascriptis conditionis... pacem conciliavimus:

Imprimis, ut magnificus dominus Franciscus Bebek in fidelitate Maiestatis regiae se conservet...

Item universa bona domini reverendissimi archiepiscopi,

hactenus per ipsum dominum Bebek possessa, domino reverendissimo remittat et si decimas habere voluerit, solito modo pretium restituat...

Debitum vero, quod dominus reverendissimus archiepiscopus a domino Bebek solvi postulat, ex quo dominus quoque Bebek per gentes Maiestatis regiae non parvum damnum passus est, idem dominus reverendissimus tollerare velit...

Datum ex possessione Karoly sabbato proximo post festum natalis Mariae virginis anno Domini 1545.

Történelmi Tár. 1893. 264—266.

399.

1545 szeptember 15.

A szigorú ferenczrendűek a kolosmonostori konvent által több, az ő sóadományukra vonatkozó levelet átiratnak.

Conventus monasterii b. Mariae virginis de Kolosmonostra... ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, nos vidisse, legisse et pertractasse quasdam litteras regias serenissimorum quondam dominorum Dei gratia regum Hungarie etc. videlicet Matthie regis binas sub eius annulari sigillo secreto emanatas ac successive Wladislai et Ludovici regum sub eorum propriis sigillis maioribus in papyro confectas ac demum litteras circumspectorum iudicis et iuratorum civium civitatis Colosvariensis consimiliter sub sigillo eiusdem civitatis maiori et authentico in pergameno conscriptas et impressas per religiosum fratrem Benedictum de Asszonyfalva, ordinis Minorum s. Francisci de observantia regulari, in conventu beatissime Mariae virginis Colosvariensi eiusdem ordinis degentem in sua ac reverendi patris fratris Emerici de Thewis, provincie Hungarie Salvatoris ministri, et honorandi patris fratris Johannis de Varadino, prefati ordinis guardiani antedicti conventus Colosvariensis, et sociorum, (ut isdem dixit) ordinis eorundem fratrum observantie et provincie iam dicte nominibus et personis die datarum presentium nobis exhibitas sub formis et tenoribus infrascriptis:

(Sequuntur litterae transsumptae.)

Unde nos petitionibus antedictorum fratrum Emerici, Joannis et Benedicti favorabiliter inclinati dictas litteras regum ac iudicis et iuratorum civium prefatorum de verbo ad verbum sine dimi-

nutione et augmento presentibus litteris nostris transscribi et transsumi fecimus iustitia suadente. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria tertia post festum Exaltationis s. Crucis anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Ex simplici copia ex archivo conventus monasterii de Kolosmonostra desumta. Archivum ordinis s. Francisci Gyöngyösini. — A ferenczrendűek gyöngyösi levéltárának egyszerű másolatából. Kivonatát l. Történelmi Tár. 1898. 165. l. — V. ö. 154. l.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

400.

1545 szeptember 29.

Az erdélyi káptalan előtt héderfájai Barlabássy Lénárd a tordamegyei Iklándon lévő birtokrészét összes tartozékaival együtt «reverendissimo domino Joanni Barlabassy de Cheztwe, episcopo ecclesie Chanadiensis», 100 forintért zálogba adja.

Leonardus Barlabássy de Héderfája possessionem suam in villa Ikland, comitatus Tordensis, existentem reverendissimo domino Joanni Barlabássy de Cheztve episcopo Chanadiensi coram capitulo Transsilvano vendit.

Országos Levéltár. Gyulafehérvár: Cista Thordensis fasc. 5. Nr. 22.

Közli: Iványi Béla.

401.

Gyalu, 1545 szeptember 30.

Izabella királyné azt a csombordi házat, a melyben régen a püspök gazdatisztjei laktak, Mátyás főjegyzőnek adományozza.

Isabella regina domum Chombordiensem, quam olim officiales episcopi (Transsilvani) inhabitabant, Mathie protonotario donat.

Beke A.: Az erdélyi káptalan levéltára. 106.

402.

Pozsony, 1545 szeptember végén.

Várday Pál igazolja eljárását a Bebek Ferencz ellen indított harczban.

Responsio ... locumtenentis r. Maiestatis ad legationem magnificorum dominorum Gasparis Seredy ac Sigismundi Balassa per egregium Zorardum Kewer factam.

Primum, quod queruntur graviter domini Seredy ac Sigismundus Balassa, reverendissimum dominum locumtenentem egregium Michaelem Mwthnoky, provisorem suum Strigoniensem absque scitu ipsorum superioribus diebus ad fratrem Georgium et dominum Bathory misisse ac per eum cum illis concordiam inivisse... Reverendissimus dominus respondet, satis constare ipsis dominis Seredy et Balassa, quod postquam expeditio haec contra Franciscum Bebek suscepta fuit... reverendissimus dominus... praesto affuerit ipsis dominis, auxilia undique contrahens et ipsis dominis suppeditans non sine magnis laboribus, dampnis et sumptibus suis...

Quamquam autem domini ipsi sic provinciam (inceptam) administrarent, ea virtute et audacia inceptae rei insistere viderentur, ut... cuncta feliciter successura sperari possent, parta praesertim iam victoria aliquot locis adversus hostes, et utroque castello Borsod et Rosno pro securitate illius terrae validis praesidiis munito firmatoque, quod tamen iidem domini pleraque in dies de multitudine hostium adventantium non sine terrore scriberent... ac paulo post de obsesso castello Rosno deque absentia dominorum ex partibus illis cum omnibus fere copiis, adeo, ut ipsimet suis litteris testarentur, sese castello obsesso suppetias ferre non posse, his rumoribus circumventi domini locumtenens et consiliarii... nuncium e vestigis ad fratrem Georgium et Bathory... dimittendum esse censuerunt... atque ita provisor Strigoniensis expeditus est.

Történelmi Tár. 1893. 266—268.

403.

1545 szeptember vége.

A Bebek Ferencz ellen indított hadjárat után szükségessé vált egyházi intézkedések.

Memoriale de iis, que nunciavit frater Georgius per provisorem Strigoniensem.[1]

Quod Luterismus mirum in modum crevit in illis partibus. Ideoque Maiestatem regiam debere committere d. fratri Georgio

[1] Qui ut nr. 397. docet 12-a Septembris a. 1545 habuit tractatus cum fratre Georgio.

ac Bathory, ut bona illorum occupent, qui Lutheranos alunt vel fovent in bonis suis, precipue autem contra d. relictam condam Gasparis Dragffy detur commissio.

Országos Levéltár: Történelmi emlékek. *P. N.* 1545 jan. 8. — 1546.

***

Legatio ad magnificum dominum Stephanum de Lossoncz.

Fortalitium Gombazegh, quod nunc reoccupatum est, cum aliis fortalitiis per dominum Bebek in bonis ecclesiasticis, vel aliis quibuscunque in detrimentum subditorum regie Maiestatis exstructis, funditus diruantur, et loca ipsa reddantur iis, ad quos spectant.

Országos Levéltár: Történelmi emlékek. *P. N.* 1545 jan. 8. — 1546.

Közli: Iványi Béla.

404.

Kapos, 1545 október 10.

Ungmegye tisztikara az ungvári pálosoknak Dobó Ferencztől elfoglalt bartai birtokát a beszterczebányai országgyűlés törvényei szerint visszaadja.

Nos Michael de Thyba vicecomes et iudices nobilium comitatus de Wng damus pro memoria. Quod licet egregius dominus Franciscus Dobo de Rwzka temporibus precedentibus, nescitur quibus respectibus motus, totalem possessionem religiosorum fratrum heremittarum (!) in claustro oppidi Ongwar vocati degencium, Deoque iugiter famulancium Bartha appellatam in hoc comitatu habitam occupaverit... tamen ad requisicionem eorundem fratrum heremittarum... presertim vero ad mandatum... domini Andree de Bathor... iuxta continenciam articulorum Novizolii... ordinatorum... in dominium eiusdem possessionis Bartha prescriptos fratres heremittas... introduximus ac eandem eisdem secundum contenta articulorum premissorum restatuimus, nullo contradictore apparente. Datum in oppido Kapos nominato sabbato proximo ante festum divi Galli confessoris, loco et die sedis nostre iudiciarie, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Kívül: Introductoria fratrum heremittarum ad Bartha.

Eredetije vízfoltos papiron, kivül öt rányomott pecsét helyével. Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 551. csomó. *(A. P.* conv. Ungvár. fasc. 4. Nr. 7.)

Közli: Iványi Béla.

405.

Torda, 1545 október 28.

A tordai országgyűlés határozatainak 4-ik czikkelye.

Constitutiones dominorum regnicolarum trium nationum regni Transsylvaniae in congregatione eorum generali in festo beatorum Simonis et Iudae apostolorum Thordae celebrata anno 1545.

— — — — — — — — — — — — — — —

Art. IV.

Item. Quia Valachi fidem Christi profitentes turpiter rapto, et non matrimonio legitimo utuntur: ad evitandum peccati fomitem statutum est, ut amodo Valachi ritu Romanae ecclesiae in sacrosancto matrimonio puellam seu mulierem desponsare et matrimonio contrahere ac iuxta regni consuetudinem cum uxoribus iurare debeant et teneantur. Contrarium facientes capite puniantur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Veszely: Erdélyi egyháztört. adatok. I. 162. — *Szilágyi:* Erdélyi Országgy. Emlékek. I. 223.

406.

Kávás, 1545 október 30.

Sitkey Krisztina kéri Nádasdy Tamást, eszközölje ki, hogy fia Sibrik Osvát leányától elválhasson.

Spectabilis et magniffice domine, domine mihi admodum graciose, post meorum serviciorum recommendacionem. Novit eadem m. d., quia preter Deum omnipotentem nullum habeo reffugium, nisi vestram m. d., cui eciam frater noster, in articulo sue mortis condonavit me, una cum meo filio unice. Id quoque novit eadem m. d., quod filiam quondam e(gregii) Oswaldi Zybrik, ex mandato et voluntate m. vestre filio meo copulaveram, ex quo tamen puella illa propter suam quantitatem ac staturam filio meo non congruit, vestre igitur humillime ac flebili voce suplico m. d., dignetur eadem intuitu omnipotentis Dei, sueque genitricis in hac summa subvenire necessitate mea, ita, ut sit divorcium ac separetur prefata puella a filio meo, die manque (!) noctuque filius meus mihi imputabit de factu; ac dicit, quod, si ipse acci-

pere cogitur, extunc in brevi in longinquam terrarum migrabit, non reversurus (quod mihi erit perpetui meroris). Unde eciam obnixe eidem suplico m. vestre, habeat curam eadem eciam apud reverendissimum archiepiscopum, et, si opus sit, adducatur et puella et filius meus comparebit, sicque videatur utrum sit idoneo matrimonio, nec ne? Nunc egregius Gregorius Zybrik filium meum invitat, quod si copulare noluerit sororem suam, in brevi ad regiam Maiestatem citaturus sit meum filium, indeque non parvam suffero tristiciam, visum igitur mihi extitit, hec omnia ad scitum vestre m. d. dare, quam Altitonans conservet in longum. Datum ex Kawas feria sexta ante festum Omnium Sanctorum anno 1545.

Servitrix
Cristina Sytkei.

Kívül: Spectabili et magnifico domino domino Thome Nadasdi regie Maiestatis summo consiliario ac provisori tocius regni, comiti comitatus Castriferrei etc., domino mihi graciosissimo.

Eredetije papiron, kívül papirba nyomott gyűrűs gemmás pecséttel, az Országos Levéltárban, a Nádasdy-levelek *S. 4.* csomójában.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

407.

Segesvár, 1545 november 4. (?)

Apoldi Giel János segesvári tanító, habár nem is tanult Wittenbergben, ajánlkozik a nagyszebenieknek hitszónokul vagy tanítóul.

Salutem summamque felicitatem peroptat. Viri celeberrimi egregiique et circumspecti proceres. Accepi et intellexi hisce breuiter elapsis diebus, prudentiam vestram pio ardentique animo innitti diuine ac Euangelice religioni, Christique mandato testamentuoe Novo forti ac auido inherere corde. Que res summa me in Christo letitia perfudit, et quidem vsque adeo, vt quoque apud vestram humanitatem degere versarique percupiam. Nusquam enim non auet esse animus, vbi piorum ac euangelice relligionis (!) studiosorum virorum cetum esse augerique audio. Vbique enim apud duri ceruicis homines atque euangelio Christi incredulos molestam mihi et inuitam duxi ducoque vitam. Ita vt non mediocri vi atque impulsu emulationis vere Christiane vite et relligionis angar cogarque, vspiam me inter eiusdem religionis

emulos sectatoresue conferre. Nusquam autem suspicari cognoscereque queo, ubi id mihi commodius optatiusue contingere queat, quam apud vestram humanitatem prudentissimi proceres. Vt igitur apud vestram humanitatem honestam mihi ac victum amictumque suppeditantem conditionem decernere et conferre dignemini, obnixe rogo, siue scolasticam siue predicatoriam. Confido enim spiritui Dei, per Jesum Christum, nihil mihi defore, et artis, et intellectus, ad vtramque harum necessarijs atque vtilibus, licet plerique superciliosorum vestratium, ad neutram vtrarumuis me idoneum (non ex veritate rei, sed ex inuidia mera liuidaque, vt eciam ante fecerunt) esse audacter et temere gannient. Quorum animus fictus, non tam pius, quam fallax est. Et quicquid docent, aut suadent, trutinatis grauibusque verbis faciunt, vt potius docti quam simplices et pij esse ab hominibus videantur. Quorum pretextata fallatia non alijs, sed sibi ipsis lacus (!) perditionis erit. Vos igitur viri egregij, proceresque prudentissimi, cauete vobis ab hijs, qui non simplicem veritatem vobis, sed artem imitandam esse suadent. Omne enim quodcunque humano ingenio efictum est, ars est et imperfectio. Quod autem simplex et verum est, id perfectum diuinoque spiritu instinctum est. Si igitur ad puram et veram vite christiane relligionem (!) induci pueros vestros, atque vtriusque sexus seniores adultioresque cupitis, vnam mihi ex his duabus conditionibus conferte. Nec id ipsum vos deterreat, quod non Wittemberge didicerim. Nam verus atque diuinus intellectus non humana instructione ingeritur cuiquam, sed diuini spiritus suggestione. Valete in Christo feliciter, meque humiliter commendatum habete. Et de vestra voluntate erga me, oro ac rogo, quam poteritis, breuiter certiorem reddite. Ex Schegeswar die Nundinarum 1545.

Joannes Gielius Trapoldianus,
ludilitterarij moderator apud duros Scheswarinos.

Kívül: Prudentibus ac circumspectis dominis, virisque clarissimis magistrociuium, judicibus, ceterisque egregijs senatoribus ciuitatis Cibiniane, dominis et patribus suis, summo honore prosequendis.

Közölve Fabritius: Urkundenbuch zur Geschichte des Kisder Kapitels. Nagyszeben. 1875. 217—18.

408.

Bécs, 1545 november 6.

Ferdinánd király megparancsolja Bedegi Nyáry Ferencznek, hogy a nagyszombati apáczákat birtokaikban védelmezze és különösen saját tisztviselőinek erőszakoskodásait akadályozza meg.

Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie Boemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie et. fideli nostro magnifico Francisco Nyary de Bedegh comiti comitatus Honthensis, salutem et graciam. Quoniam nos religiosas dominas sanctimoniales in civitate nostra Thyrnaviensi commorantes simulcum universis possessionibus porcionibusque et iuribus possessionariis, nec non rebus et bonis ipsarum quibusvis ubicunque habitis et existentibus, iustis utputa et legitimis, in nostram regiam recepimus proteccionem et tutelam specialem vice et in persona nostra tue duximus committendum tuicioni et proteccioni, fidelitati igitur tue harum serie firmissime committimus et mandamus, quatinus a modo inposterum prefatas religiosas sanctimoniales in predictis universis possessionibus porcionibusque et iuribus possessionariis, necnon rebus et bonis ipsarum quibuslibet, ubivis habitis et existentibus, iustis, ut premittitur, et legitimis contra quoslibet violentos et illegitimos impetitores, turbatores et damnificatores atque etiam a violentia tuorum servitorum, qui non modicis serviciis et laboribus colonos earundem sanctimonialium gravare dicuntur, tueri, protegere et defendere debeas et tenearis, authoritate nostra presentibus tibi in hac parte concessa iureque et iusticia mediante, secus non facturus presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne sexta mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* r. c†.

Eredetije papiron, alul papirral fedett vörösviaszba nyomott pecséttel, az Orsz. Levéltárban. Tyrnav. Monial. fasc. 1. Nr. 30. Közli: Iványi Béla.

409.

Bécs, 1545 november 11.

I. Ferdinánd király a máriavölgyi pálosok beszterczei birtokára vonatkozólag tanukihallgatást rendel el.

Ferdinandus, divina favente clemencia Romanorum, Hungarie Boemie rex... universis et singulis tam ecclesiasticis, quam secu-

laribus ... hominibus, qui cum presentibus fueritis requisiti ... salutem ... Expositum est Maiestati nostre in personis religiosorum fratrum heremitarum ordinis sancti Pauli de claustro Thall, prope Posonium, qualiter ipsi exponentes racione possessionis Byztrycze vocate, in vicinia claustri eorum et comitatu Posoniensi existentis, pro iurium suorum defensione fassionibus et attestacionibus vestris plurime indigerent, essentque necessarii. Pro eo ... mandamus ... quatenus, dum et quaudocunque cum presentibus fueritis requisiti, vel aliquis vestrum fuerit requisitus ... personaliter ad capitulum ecclesie Posoniensis accedere, ibique ad fidem vestram Deo debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro regio diademati observandam, qualis vobis, vel alicui vestrum super inquisitis et interrogatis constiterit certitudo veritatis, suo modo dicere, faterique et attestari modis omnibus debeatis et teneamini ac quisque vestrum debeat et teneatur ... Datum Vienne undecima Novembris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Ferdinandus mp. *Nicolaus Olahus,* cancellarius.

Eredetije papiron, alul a király papirba nyomott, elmosódott gyűrűs pecsétjével. Országos Levéltár: Acta Paulinorum 390. csomó, régi jelzet; acta conv. Paulin. de Thal. fasc. 9. Nr. 4.

Közli: Iványi Béla.

410.

Eperjes, 1545 november 15.

Lőcse, Bártfa, Kis-Szeben és Eperjes városok felszólítják a bányavárosokat, hogy a királyi udvarba küldendő követeik az ő követeikkel egyértelműleg járjanak el a (lutheranus) vallás védelmében.

Prudentes et circumspecti domini! ... (Először a Sztrecsényen és Budetynen keresztül Boroszlóba vezető út megnyitását tárgyalják.)[1] Preterea, cum de sacra religione nostra, quam cum dominationibus vestris et omnibus veris ecclesiis Christi communem profitemur, quedam necessario cum eisdem conferenda esse putemus, easdem magnopere rogamus, ut quemadmodum hactenus fecerunt, cumprimis intente esse velint una nobiscum, quo eam syncere non solum retinere, verum etiam ad posteritatem tradere possimus.

[1] In prima parte epistolae agebatur de via iuxta arces Sztrecsény et Budetin versus Wratislaviam aperienda.

Et nunctios (!) suos, quos haud dubie in aulam legaturi sunt, ita instructos dimittant, ut cum nostris et de illa et de hac causa communicent ac consilia conferant, maxime vero, quod ad religionis confesssionem et defensionem atque propagationem attinet. Conveniant illos quoque proceres Hungaros eidem religioni devinctos, quos omnes ibi esse audimus, ac uno consilio et uno ore, si res ita tulerit, respondeant et causam tueantur. Denique de presentibus defectibus in ecclesiis, ministrorum videlicet ordinatione et schola aliqua recta instituenda inter se colloquantur. Hec impresentiarum d. v.ris significanda esse duximus easdem iterum valde rogantes, ut ea omnia in optimam partem accipiant, tamquam ab animis eorum profecta, qui religioni et rei publice consultum cupiunt... Datum Eperies 15. Novembris anno Domini 1545.

Iudex, iurati nuntiique civitatum Leucsoviensis, Bartphensis, Eperies et Zebyn.

Kívül: Prudentibus... iudicibus ac iuratis civibus civitatum Cremniciensis, Schemniciensis, Bistricensis ac aliarum illis coniunctarum Montanarum.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

411.

Nagy-Szeben, 1545 november 28.

A szász nemzeti-egyetem vallásügyi határozata.

Anno Domini 1545.

Item. Sabbato proximo ante festum Andree apostoli domini Saxones hic Cibinii in congregatione eorundem generali primo ex parte religionis eo modo consenserunt, quod hij, qui verbum Dei acceptaverunt, tam in civitatibus, oppidis ac villis, sacramenta Christi, domini Salvatoris nostri, secundum institutionem verborum eiusdem in omnibus ecclesiis uniformiter administrare debeant. Reliquos vero, qui verbum Dei nondum pure acceptaverunt, non cogendo exhortati sunt et rogaverunt, ut et ipsi, tanquam membra eorundem, verbum Dei acceptant, suppliciter Deum exorantes pro sua benignissima gratia eisdem misericorditer concedenda. Ut autem et cerimonie quoque ecclesiastice, (propter scandala evitanda)

uniformiter in ecclesiis omnibus tractentur: iidem domini universitatis Saxonum statuerunt, ut certi docti viri deligantur, quibus hoc ipsum negotium committatur, uti densis scripture sacre argumentis de ceremoniarum tractatione et observatione mature concordent, diffiniant et concludant, sententiamque eorundem unanimen ipsis dominis Saxonibus in congregatione eorundem proxime futura ad festum beati Georgii exhibeant, ut et ibidem quoque concludatur ratione ceremoniarum ecclesie uniformiter observandarum.

Item. Ex quo secularis magistratus custos est legis, non saltem secunde tabule, sed et prime: ideoque iidem domini Saxones statuerunt, quod tam in civitatibus, oppidis, quam villis officiales superintendere debeant, atque populum de theatris, cymiteriis, tabernis, vel aliunde ad sermonem vel audiendo verbo Dei compellere per penam fidelie.

A nagyszebeni szász nemzeti levéltárban őrzött kéziratról (melynek német czime: Artikelbuch so von der Universitet der Deutschen sind beschlossen, latin czime pedig: Articuli provincialium statutorum ab anno quadragesimo quarto usque ad 64.) közölve Dr. G. D. *Teutsch:* Urkundenbuch der evangelischen Landeskirche A. B. in Siebenbürgen. I. (Hermannstadt, 1862.) 4. 1.

412.

Pozsony, 1545 november 29.

A pozsonyi káptalan a királynak 1545 november 11-iki rendeletére jelenti, hogy Szentgyörgyi Pachschwel Kristóf és Csütörtöki Farkas kanonok társait küldötte ki idősb Levéli Rawsar Sebestyén kihallgatására. Ez azt vallotta, Beszterczc (Byztriche) falu a máriavölgyi pálosoké volt, de gróf Szentgyörgyi Ferencz kivetette őket annak birtokából.

Capitulum Posoniense ad mandatum regis d. 11-a Novembris a 1545. datum refert, quod «magistros Christophorum Pachswel de Sancto Georgio et Wolgangum (!) de Chwthertek» concanonicos suos misit ad audiendam fassionem Sebastiani senioris Rawsar de Lewel in Gataa commorantis, iuxta cuius fassionem totalis possessio Byztricze vocata in comitatu Posoniensi existens, ad claustrum Thall nominatum prope Posonium constructum et per consequens fratres heremitas ordinis sancti Pauli primi heremite in eo degentes pertinuerit ad eosdemque spectaverit, sed ex eius possessione Franciscus comes de Bazin et Szentgyörgy eos eiecit.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum 390. csomó, régi jelzet: A. prov. de Thal. fasc. 9. Nr. 5.

Közli: Iványi Béla.

413.

Bécs, 1545 deczember 1.

A király megerősíti a beregszászi domonkosrendűek birtokainak az adózás alól való mentességét oly feltétel alatt, hogy az ezért igért keddi szentmisét továbbra is végezzék.

Anno 1545. Viennae prima mensis Decembris datae sunt litterae regiae Maiestatis confirmatoriae manu suae Maiestatis subscriptae, quibus mediantibus sua Maiestas illam exemptionem et libertationem ab omnibus taxis tam ordinarijs quam extraordinarijs colonorum eorundem fratrum in oppido suae Maiestatis Beregzaz et possessione Kygios appellata in comitatu de Bereg existentibus, quam serenissimus quondam Wladislaus rex fratribus predicatoribus in claustro dicti oppidi Beregzaz degentibus pro una missa cuiuslibet hebdomadae ferijs tertijs in honorem divae Annae pro animabus parentum suorum celebranda fecissse dinoscebatur, roboravit et confirmavit conditione continuandae illius missae, salvo iure alieno.

Országos Levéltár: Liber regius II. k. 102. l. — Stephani Kaprinai Collectaneorum Msc. B. Tomulus XXVIII. 137. l.

Közli: Rapaics Rajmond.

414.

Bécs, 1545 deczember 4.

Ferdinánd király megerősíti II. Ulászló azon levelét, a melyben ez a pozsonyi apáczáknak a pozsonyi harminczadból hetenkint 4 forintot ajándékozott.

Anno 1545. quarta mensis Decembris Viennae datae sunt litterae regiae Maiestatis manu sua subscriptae, quibus mediantibus illam generosam deputationem, quam ser^{mus} quondam d. Uladislaus rex Hungariae considerata egestate victusque penuria, in quam religiosae virgines sanctimoniales in claustro tituli s. Margarethae in civitate Posoniensi constructo degentes, tum propter conflagrationem melioris partis eiusdem civitatis Posoniensis et claustri eorum, tum etiam ob parcam dotationem primorum eiusdem claustri fundatorum, devenissent, eisdem virginibus sanctimonialibus ex proventibus tricesimae suae Posoniensis singulis septimanis singulos quatuor florenos in perpetuam eleemosynam, memoriamque sui et serenissimorum liberorum suorum perennem, vigore littera-

rum suarum dedisse et deputasse dinoscebatur, approbavit, ratificavit et confirmavit.

Steph. Kaprinai Collectan. Msc. B. Tom. XXVIII. 127. l.

Közli: RAPAICS RAJMOND.

415.

Velencze, 1545 deczember 10.

Tranquillus levele Sant Arcangeloi Carabeto Bertalanhoz «physico apud illustrissimum et magnificum d. comitem Thomam Nadasdinum etc. etc. Viennam», egy prépostság elnyerése ügyében.

Magnifico domino Nadasdino precor Deus sit propitius, eiusque conatibus aspiret, ut ex defensis communibus commodis ipsius parta gloria fruamur. Ipse mihi nuper scripserat, regem fuisse iratum Jauriensi, quod preposituram occupasset, ac iussisse, ut eam redderet: mirum si hec voluntas regis est, quod ipse audet retinere. Quare tota res dependet ex regis voluntate, si dubia est, nihil amplius tentandum iudico, vi nihil ab invito extorquebimus, sin autem vult, retineam suum beneficium, serio committat episcopo, dimittat rem alienam, ac perceptos fructus restituat.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek *T. 2.* csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

416.

Velencze, 1545 deczember 10.

Tranquillus levele Nádasdy Tamáshoz a prépostság ügyéről, továbbá a külföldi országok állapotáról és a trienti zsinatról.

Illustris et magnifice domine observandissime salve. Hodie accepi unas Carabeti nostri, tuas vero binas literas, alteras quidem 8. Novembris, alteras in Papa XI. die datas. Gaudeo probari tibi officium meum, presertim, quod in optimum virum Carabetum singulari sis affectione. Conatus tuos vehementer laudo: siquidem in commoda religionis et patrie incumbis, sed vide, ut rem modo optimo aggrediaris, ne famam tuam in discrimen coniicias, alienave negligencia traharis in calumniam. De prepositura, ut scribit Carabetus, nihil dum actum est. Si eo rex animo est, ut scripsisti, miror, quod episcopus audeat reluctari voluntati regie, sin rex

connivet, puto rem non esse amplius tentantadam (!) Ergo ea natus sum felicitate, ut ipse omnibus, mihi pauci servent fidem. Quid decreverim de rebus Thurcicis, scripsi Carabeto. Diu nihil intellegit de legatis in Thurcia. Pax inter Gallum et Anglum non procedit, hic vult retinere Bolognam, petit insuper expensas in bello factas, sed neque cum cesare Gallo videtur conventurum. Video nobis imminere magnas bellorum tempestates. Pontifex, decrevit aperire concilium Tridenti, ut antea scripseram. Luterani autem iam ceperunt nationale concilium celebrare Frankfordie ad Menum fluvium. Nihil aliud dignum est, ut scribatur. Bene vale et vince, ut te laureatum redeuntem complectamur. Venetiis X. Decembris 1545.

Tue illustris et magnifice D.

servitor deditissimus
Tranquillus.

Kívül: Illustri et magnifico domino domino meo observandissimo domino Thomae Nadasdino comiti et iudici [au]le regie Maiestatis Rom. etc. etc.

Viennam.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *T. 2.* csomójában.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

417.

Gyulafehérvár, 1545 deczember 16.

Csáki Mihály erdélyi püspökhelyettes és krasznai főesperes bizonyítja, hogy Vitéz Miklós erdélyi őrkanonok és Kolosvári Péter ugocsai főesperes és kanonok előtte megjelenvén, előadták, hogy Tárnok János rápolti pap, anyjának kivánságát is figyelembe véve, hunyadmegyei Szacsal nevű birtokát bizonyos misealapítványok elvégzéséért az erdélyi káptalannak adományozta.

Michael de Chak, vicarius episcopalis et archidiaconus de Krazna notum reddit, quod secundum relationem Nicolai Vitéz custodis et canonici, necnon Petri de Kolosvár archidiaconi de Ugocsa et canonici Transilvani Joannes Tharnok, presbyter de Rapolt, considerato etiam matris suae desiderio, possessionem suam in villa Szacsal, comitatus Hunyadiensis, existentem pro nonnullis missae sacrificiis continue persolvendis capitulo Transilvano donavit.

Beke A.: Az erdélyi káptalan levéltára. 185.

418.

Bécs, 1545 deczember 18.

Ferdinánd király megyhagyja a leleszi konventnek, hogy idézze meg az ungvári pálosokat, mert ezek Ruszkai Dobók állítása szerint bartai birtokukat elfoglalták.

Ferdinandus ... conventui ... de Lelesz... Exponitur... in personis... Francisci, Stephani et Dominici Dobo de Rwzka, quod religiosi fratres vicarius et conventus ordinis beati Pauli primi heremite in claustro eorundem ad honorem beatissime Virginis Marie in Ongwar fundato degentes, nescitur unde moti, missis et destinatis nobilibus Stephano Pethew de Bothfalwa et Nicolao Korlath de Kethergen ac quamplurimis aliis hominibus et jobagionibus eorundem, armatis et potenciariis manibus totalem possessionem ipsorum exponentium Bartha vocatam in comitatu de Ongh existentem, in cuius pacifico dominio iidem exponentes certis annis antea elapsis perstitissent, nullo iuris processu in hiis observato,[1] minus iuste et indebite pro se occupassent occupataque tenerent ef conservarent eciam modo... Datum Vienne feria sexta proxima post festum beate Lucie virginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.[2]

Eredetije papiron. Országos Levéltár: N. R. A. fasc. 804. Nr. 35.

Közli: Iványi Béla.

419.

Eperjes, 1545[3] deczember 25.

Gyalui Torda Zsigmond levele Melanchthon Fülöphöz. — Megköszönve Melanchthon jóságát, hogy őt leveleire méltatja, értesíti «mesterét» Magyarország politikai és egyházi viszonyairól, illetőleg a hitujítás örvendetes terjedéséről a törökök által birt területen, úgy hogy a török foglalás Isten kiváló jótéteményének mondható. Érinti ennek kapcsán Abádi Benedek, Szegedi Kiss

[1] Cuius contrarium vide nr. 404.

[2] A konvent a parancs végrehajtására «fratrem Georgium de Megyer presbiterum ecclesie nostre» küldi ki, a ki «feria quinta proxima post festum Conversionis beati Pauli apostoli proxime preteritum, prefatos religiosos fratrem vicarium Thomam et alios tocius conventus fratres heremitas»... megidézte, a miről a konvent «feria quinta proxima ante festum Marie de Nive, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto» tesz jelentést.

[3] Scriptor exordium anni computat a Nativitate Domini, adeoque haec epistola iuxta nostram computationem anno 1545 assignanda est.

István czeglédi, Sigerius Imre tolnai működését, és megemlítvén Majláth István és Török Bálint konstantinápolyi fogságát, Erdélyről szól, hol a Székelyföld nem nagy részét és Gyulafejérvárt kivéve, mindenütt befogadták az új vallást. Végül Koberger Dániel és Mexner József magyarországi wittenbergi tanulókat ajánlja Melanchthon gondoskodásába.

S. P. D. Quod me dignum habes, mi paeceptor, quem literis tuis ornes, habeo tibi gratiam. Quibus ego ita delector, ut illis in hac vita gratius ac iucundius nihil habeam. Haec sunt opes meae, hi thesauri, hae summae deliciae. Aliorum quamvis coniunctissimorum hominum literas, semel perlectas, repono, harum lectione satiari nullo modo possum. Vicies eas in die promo, ac quoties sumsi in manus, siue cum aperio, siue cum conuolutas clausero, iterum atque iterum deosculor et de ardentissimo cordis affectu complector, cuius mihi vivam quasi imaginem hae referre videntur. Te ipsum mihi propono, cogito tuam in congressibus festiuitatem, summam grauitatem, singularem prudentiam, incredibilem pene lenitatem ac mansuetudinem. Ista cogitatione plerumque et solitudinis taedium vito et doloris, quem ex communibus aerumnis capio, acerbitatem lenio. Iam tertiam abs te epistolam accepi. Ego nullam occasionem neglexi, quin aliquid ad te literarum dederim. Te vehementer rogo atque oro, ut deinceps quoque ad me scribas, devincies me tibi aeterno et immortali beneficio. Et quanquam omnia summa officia tibi debeo, tamen si hoc quoque beneficium prioribus tuis meritis adieceris, magna et insigni accessione tuum erga me amorem confirmaris, nec erit quicquam, quod ad arctissimum perfectissimae obligationis vinculum requiri amplius possit. Humanum est, ut noster Cicero inquit, cui multum debeas, ei plurimum velle debere. Quod me hortaris, ut dolorem, quem conspectus calamitatum et seruitutis Pannonicae mihi adfert, moderem, equidem id sedulo facere studeo, sed aerumnae, quae quotidie nuntiantur, rationem et consilium superant. Turci in dies ulterius procedunt atque imperii sui limites promouent, et quod simplicium animos valde mouet, videtur Christus professionem suam Mahometo cedere, qua cogitatione dementati non pauci fidem abnegant et se incidi patiuntur. Toties vidimus Pannonicos campos Christiano sanguine stagnare, nunc quoque, etsi oratores regis de pace componenda ad caesarem Turcarum Constantinopolim missi sunt, hostes tamen nihilo minus loca omnia, quae nondum subacta sunt, ferro ac flamma vastant, et ut illa apud Homerum Meleagro quaeritur:

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλεις δὲ τε πῦρ ἀμαθύνει
Τέκνα δέ τ'ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.[1]

Ademtae sunt nobis hoc mense Novembris in Somogio arces munitissimae Dombo, Debregest, Turris Simonis, Tamasi, Ozora. Fuit in Simonis turri collocatum praesidium trecentorum veteranorum militum, hos Turci quotidie ad faciendam deditionem sollicitabant, ac interposita sui imperatoris fide, faciebant eis potestatem abeundi cum rebus suis et cum impedimentis omnibus ac quocunque vellent commigrandi. Tribunus militum, ubi vidit munitionem teneri amplius non posse, suos cohortatus dixit multa graviter, de perfidia hostium exempla commemorauit. Dixit, quid Christiana fides postulet, praestare pro gloria Christi honeste mortem appetere, quam arce dedita, aut in perpetua ignominia viuere, aut pecudum instar inermes obtruncari. Quos ubi satis animatos vidit, paucis secum retentis, in hostes emisit, sperabat eos Turcorum castra disiecturos esse aut consternatis subito pauore illorum animis arcem obsidione liberaturos. Dimicarunt illi fortissime tamdiu, donec lassati continue hostium caede a circumfusa multitudine ad unum omnes obtruncati sunt. Qua victoria elati Turci sine mora munitionem inuadunt. Tribunus de praesidio desperans patefacta porta erumpit tanto impetu, ut eum non secus ac fulmen quoddam hostes, quoquo se converterat, deuitarint, ita obuios quosque caedendo per mediam Turcorum aciem perrupit atque incolumis abiit.

Nostros principes interim, Deus bone, quantus veternus habet? Sed nimis vigilant ad effundendum innocentem sanguinem, ad expilandos subditos δημίβοροι βασιλῆες. Non possum interitum patriae siccis oculis spectare, sed cum mederi exitialibus malis nequeam, funera tantum eius lugubri lamentatione prosequor. In tanto dolore unicum est perfugium, quod historiae et sacri libri praestant. Huc confugio, in hoc portu tandem conquiesco. Video fatales esse imperiorum periodos. Scio promissam esse ecclesiae perpetuitatem, non sic tamen, ut omnino marcescamus, ut affluamus deliciis, ut auream aetatem speremus. Seruabatur et propugnabatur ecclesia etiam, cum captiua seruiret in Babylone. Scio regna mundana fluxa esse et caduca, solius Christi regnum in aeternum permansurum. Haec cogito, his me solor, sicut tu quoque sapienter mones. Video Christum potenter dominari in medio inimicorum suorum. Nam quod scribis, te putare, non minorem esse seruitu-

[1] Il. IX. 593.

tem Christianorum in Belgio, quam sub Turcis, scito in iurisdictione Turcorum ubique libere praedicari euangelium, ut summum beneficium Dei esse dicas, quod has terras a barbaris subiugari permiserit. Et si enim corpora seruiunt, certe euangelii magna lux affulsit et est amplissima libertas spiritus, quam nostri reges, si rerum potirentur, armis et castris impedirent. *Benedictus Abaude,* homo integerrimus et egregie doctus, qui ante annum ishic ordinatus est, in Zeged, quae ciuitas est opulentissima et maxima ad Tiscam sita, et in schola et in templo magno cum fauore bassae docet, adeo ut nuper in quadam disputatione ipse bassa monachis silentium indixerit, quos non secus ac moriones habet ac minatus est, breui se eos ex urbe eiecturum, quod ego et fama praenunciante et non ita multo post ex ipsius *Benedicti* literis certo cognoui. *Stephanus Zegedinus,* qui aliquandiu Witebergae bonis artibus operam nauavit, concionatur in oppido Ziglet, quod octo milliariis infra Budam Turcae tenent. *Emericus,* qui nuper isthic rediit, recta se Tolnam contulit, quae iacet in ulteriori ripa Danubii et Turcico praesidio onerata est. Denique licet unicuique doctori, scholastico, concionatori transire in illorum partes et docere, ubicumque velit, siue in ludis siue in templis, nec praemium consuetum docentibus diminuitur. Verum ego nonnihil subuereor, ne hostes eo tantam libertatem concedant, ut populum ad se alliciant, qui quia verbi diuini est cupidissimus, eo confluit, ubi illud pure ac sincere doceri audit. Nec illi tam dementes sunt, ut syluis aut desertis imperare velint, ut ea loca, quae armis subegerint et sanguine suo pepererint, deseri a colonis patiantur. Hominum frequentia gaudent, ἀλλὰ τρισμέγιστος ἐκεῖνος παῦλος χαίρει, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, χριστὸς καταγγέλεται. Hanc tamen suspicionem illud infirmat, quod in ipsa Turcia multi Christum annuntiant. *Franciscus Picus,* Hungarus Zegedinus, nunc Galatae nunc Constantinopoli in magna auditorum frequentia docet, alitur a Gallico oratore et ab aliís Christianis, qui ibi vel seruiunt vel negociantur. *Stephanus Mailatas,* vaida Transyluanus, ceu alter Manasses compedibus vinctus in carcere Constantinopolitano cum *Valentino Terec* concaptiuo suo tenetur, audit quotidie bonas euangelicas conciones, nuper scripsit ad uxorem christianissimam confessionem et eam causa gloriae Christi orat, ut permittat, reformari ecclesias in sua iurisdictione.

Transyluania hac aestate Dei beneficio tranquilla fuit et quanquam aliquot annis est afflicta bellis, tamen iam reuiuiscit et rursus florere incipit. Construuntur passim ubique multa noua

aedificia, magna fuit frugum et omnium fructuum fertilitas. Vina nobilissima copiosissime prouenerunt. Sed quod Demades dixerat, regnum Alexandri ipso mortuo simile fore cyclopi, cui Ulysses oculum eruisset, nos quoque oculo et capite caremus. Monachus cum Turcis colludit, intersunt omnibus conuentibus Turcici legati, nec quidquam decerni potest, quin id hosti continuo palam fiat, quia etiam in aula reginae et monachi noui subinde oratores sunt, qui quoquo vadunt, eos sequuntur et magnis muneribus honorari se cupiunt, quae etiam inuitis sua importunitate extorquent. Regina cum suo comitatu Polonico dies et noctes helluatur et tempus omne, quod ab epulis superest, salutationibus dat. Nunc ex puerperio laborat, etsi id ipsa sedulo tegit ac dissimulat.

Quod mihi magnam consolationem affert: in tota Transyluania Christus agnoscitur et celebratur et coelestis doctrina promulgatur, excepta non magna Ceculiae portione atque Alba Julia, ubi canonicorum collegium est, inter quos regina agit. Commendatus mihi est a parentibus et consanguineis suis *Daniel Coperger,*[1] adolescens honesto loco natus Cibinii, cuius pater *Wolffgangus Copergensis* primus omnium euangelium amplexus est ac defendit. Te magnopere oro, carissime praeceptor, ut pro tua bonitate, eius rationem habeas. Praefice ei aliquem priuatum praeceptorem, cuius opera praecepta grammatices et primarum artium fundamenta addiscat, apud quem et pecuniam omnem, quam in sumptus accepit, coram te deponat. Habet LXXIII. aureos florenos Hungaricos, quibus ad triennium se isthic in studiis honestarum artium sustentare poterit. Commendo tibi et *Josephum Mexnerum,* qui est uxori clarissimi viri *Georgii Verneri* ex fratre nepos, atque ut ei itidem priuatum praeceptorem adiungas et ut eius curam habeas, te pro tua erga me benevolentia valde rogo.

Ego, sicut antea decreveram, ad vos hoc tempore reuerti, quamuis miro vestri desiderio tenear, non possum. Recepi instituendos in Italia liberos Francisci Rewae, propalatini Hungarici, his conditionibus, ut ultra biennium in Italia me extrahi non patiar, quod in arbitrio meo relinquitur, ut detur victus et amictus honestus, ut numerentur quotannis sexaginta floreni nostrae monetae. Ubi Dei beneficio ex Italia reuersus fuero, constituenda mihi vita stataria est, nam motoriam, ut nimis tragicam, iam pertaesus sum. Qua in re obsecro, ne mihi consilio tuo desis. Si quid habes,

[1] Förstemann: Album acad. Viteberg. p. 230. 1546. Martius. Daniel Koberger Cikingen. (!)

quod in rem meam consulere possis, id mature ad me perscribe. Ero Viennae ad mensem Aprilem. Interim, iucundissime praeceptor, quaeso aliquid ad me literarum des, quascunque dederis, *Vitus Theodoricus*[1] ad me commodissime perferri curabit. Statui medicinae operam dare, cuius discendae si tu mihi breuem rationem praescribas, rem mihi longe gratissimam facturus es. Imperator Turcorum sine dubio appetente aestate cum exercitu egressurus est. Hic annus de Hungaria statuet. Vale. Tuae coniugi, dominae mihi omni honore colendae, meis verbis plurimam salutem dicito. Eperiess, ipso die natali Christi M.D.XLVI.

Lycurgi orationem expecto. *Sigismundus Gelous.*

Külczím: Clarissimo, doctissimo et omnibus virtutibus excellenti viro, d. Philippo Melanchthoni bonarum artium et caelestis doctrinae assertori, praeceptori et tanquam patri suo longe carissimo ac perpetuo colendo.

J. *Fecht:* Historiae ecclesiasticae seculi XVI. supplementum, Durlaci 1684. VIII. 879. sequ.) — Közölte dr. Bauch Gusztáv: Történelmi Tár. 1885. évfolyam. 524—528. l.

420.

(Dacsó) Lam, 1545 deczember 25.

«Gregorius Kemenyk parochus» értesíti «Mykus Leonhárd» selmeczbányai bírót, hogy Báton van eladó buza.

Gregorius Kemenyk parochus de Lam nuntiat Leonhardo Mykus, iudici Schemniciensi in oppido Bát triticum venale inveniri.

Mindkettő eredetije Selmeczbánya levéltárában. (XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.)

421.

Velencze, 1545 deczember 31.

Tranquillus Nádasdy Tamásnak irja, hogy leveleit megkapta. Hireket közöl vele a király követéről, a lengyel király házassági terveiről, a Konstantinápolyból visszatért franczia követről.

Illustris et magnifice domine, domine observandissime, salve.

Nescio quam celeriter mee litere tibi reddantur, tue quidem et Carabeti vix intra unum mensem ad me perveniunt, que tarditas nullam utilitatem negociis affert. Ego vero preter diligen-

[1] V. Allg. deutsche Biographie V. sub nomine Dietrich.

tiam nihil aliud prestare possum. Tuis binis literis, quas utrasque ad me Pape 19. et 23. Novembris scriptas, respondi 22 Decembris Nova ista, ut mandaveras, legi magnifico domino Petro Erdeudi, eumque et uxorem tuo nomine salutavi: que res illi valde grata fuit. Jndies expectabat famulum ex Hungaria, nescio an hoc biduo venerit.

Ragusini servitorem regis Romanorum cum octo brigentinis conduxerunt Tergestum, qui Ragusii tamdiu fuit, donec reverteretur Constantinopoli, quem ipse miserat, quid autem curaverit, nondum intellexi, nam et brigenti detinentur adversis ventis in Istria.

Quidam Corvati petunt a pontifice, quod adversus Sanzacum Bosnensem defender(e) se nequeant.

Meministi, opinor, scripsisse me duobus mensibus ante, quod pontifex procuraret D. Victoriam tradere nuptui regi Polonie, et postea scripseram eam rem in fumum abiisse. Nuper regina Bona misit unum expeditissimum nuntium ad cardinalem Farnesium in eodem negocio. Qui in reditu mecum est pransus 24 Decembris, dicebat, se mutatis equis properare, dies et noctes negociumque patefecit ac dixit, scito rem esse perfectam, si me ante carnisprivium hic videbis.

Monsiur de Monluch legatus regis Gallie, qui venit ex Thurcia per Hungariam, nudius tertius abiit ad regem per postas. Dicitur voluisse ire per Helveticos, sed ne faceret preiudicium a parte discordie, profectus est per Insubriam.

Heri accepi literas a d. Carabeto et d. Sarkano, has 14. novembris, illas 1 Decembris Vienne scriptas. Jam oculos laceravi observando ac eos extendendo, unde primum Carabetus occurret. Emam pro domino Sarkano zambilotum et illi mittam, quum ero nactus fidelem nuntium, vel ipse mihi significet, in cuius manus illud daturus sim, ne me arguat oblivionis aut negligentie. Negotium totum de prepositura tue bonitati committo. Vale paneralice et servum tuum amare ne devitas. Venetiis pridie calendas X^{bris} 45.

Tue illustris et mag. D.

addictissimus servitor

Tranquillus.

Kívül: Illustri et magnifico domino, domino meo observandissimo, domino Thome Nadasdino comiti et iudici curie serenissimi regis Romanorum etc.

Viennam.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett; az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *T. 2.* csomójában. Közli: Iványi Béla.

422.

(Székes-Fejérvár), 1545.

A királyi sirok kifosztása.

«Solimani quaestor Budae degens certior factus, Achometem, Albae regalis praefectum, sacram dictae urbis aedem avare foedeque expilasse ac sacra vasa ad divinae rei usum destinata, quae a variis calamitatibus adhuc supererant, diripuisse, imperatori Solimano id perscribit; qui stomacho iraque Achometi incensus, quaestori imperat, ut Albam regalem profectus, de ea re tota pro fide sua cognosceret atque hominem ad se, praesentis flagitii et sceleris poenas persoluturum, mitteret. Itaque Achometes, in poena peculatus convictus, restituere ablata est coactus atque ad ignominiam suam solus, nullis sibi adhibitis comitibus, ire Constantinopolim et se imperatori sistere est iussus; ubi etiamsi condemnatus fuisset, Mahometis tamen interveniente gratia, capitis supplicio est liberatus. Ne tamen sine poena mansisse videretur, inusta est nomini ipsius magna ignominiae nota, ut in eorum numero haberetur, quibus lege Ottomanorum ad urbanos magistratus et militiae honores praecluditur aditus, quos mazulos turcica lingua vocant. Deinceps regius quaestor diligenti inquisitione loca omnia abdita sacrae aedis eiusdem Albae regalis perscrutatus, nequidem a regum sepulturis abstinuit, pertemeratis gentium iuribus, quae semper maiorum sepulcris pepercerunt; illisque singillatim apertis atque inde asportatis, quae spem impii quaestus facerent, inventa sunt regum insignia, coronae, sceptra, orbes sive sphaerae, quas reges in manu gestare solent, aut ex solido auro, aut ex argento, superne auro illiniti; adhaec aurei torques, magni pretii gemmae, annulis illigatae: quae omnia quaestor maxima cum cura in rationem Solimani imperatoris retulit. Ioannis regis sepulcro per ludibrium corpus eiectum praetori urbis tradidit, alibi, ubi visum esset, humandum, eo addito: Hic unus e vestris diis. Quod praetor urbis acceptum venerabunde, nova tumba reconditum, in divi Michaelis templo, quod est in suburbio, tumulandum curavit.»

Bethlen Farkas: Hist. XIII. p. 418. — *Katona:* XXI. 536.

423.

1545.

Dominikánusok nincsenek többé Brassóban.

«... In hospitale ex florenis 50, qui dabantur antehac monachis, fl. 30. Ex eidem florenis 50 monachorum ex censu s. Martini leprosis fl. 12. Scabiosis gallicis ex eisdem florenis 50, ex censu . Martini provenientibus fl. 8.»

Brassói levéltár: Egykorú számadások. — Közölve: Archiv für Siebenb. Landeskunde. XIII. 144. l.

424.

1545.

«1545. Kombt nach Hause Gasparus Heltanus,[1] so eine Reyse suadente Magistro Hontero unternombem hatte.»

Album Oltardianum. *Trauschenfelsnél* i. m. 14. l.

425.

1545.

Bethlen Farkas arról értesülvén, hogy a kolozsvári Klára-apáczák Thuson és Thomb (Tuzson és Mező-Domb, Kolozsmegye örményesi járásában) birtokaikat az erdélyi kincstárosnak el akarják adni, tiltakozik az ellen, hogy Frater György, a váradi püspök a nevezett jószágokat megvegye, elfoglalja, terményeiket elvitesse.

Inhibitio pro monialibus sancte Clare in Koloswar.

... monasterii beate Marie Virginis de Kolosmonostra... per presentes, quod nobilis Josephus literatus de Besse... magnifici Wolffangi de Bethlen nostram personaliter... per modum protestationis, inhibitionis et certificationis... in hunc modum: quomodo ipse revera percepisset et... osae dominae moniales incluse, ordinis sanctae Clarae, in civitate... et omne ius ipsorum in duabus possessionibus... Thuson et Thomb in comitatu Kolosiensi... et portiones possessionarias per egregios quondam...

[1] Scilicet ex Wittenberga. Ut nrus 316 ostendit, in annum 1545 erronee est appositum.

ipsius Wolffangi et Joannem Erdely eisdem monia[libus] perpetuo uten... traditae erant et collate reverendissimo domino... ac in regno Transilvanie locumtenenti... perpetuum ad castrum Wywar vendere... vellent et niterentur in preiudicium... manifestum... cum tamen emptio dictarum... Thomb et Thuson iure etiam successorum... ios quoslibet vicinos et commetaneos... huiusmodi protestatione et inhibitione praefatas... Fratrem Georgium, episcopum Waradiensem... ab emptione, occupatione, detentione... fructuum eorum praescriptarum portionum... tione inhibuit contradicendo et contradixit [man]ifeste coram nobis harum nostrarum vigore... Datum sabbato proximo ante Dominicam... 1545.

Budai országos levéltár: Kolosmonostori Protocoll. III. — Töredék. 22. l. — Egyik széle egész hosszában elavult s kitöredezett.

Közli: Bunyitay Vincze.

426.

1545—6.

Az esztergomi érsekség tized- és kilenczed-jegyzéke.

Regestum super decimis et nonis frugum et bladorum archiepiscopatus Strigoniensis.

Ledecz	capecia I^{c}LVI	Nemeth zewden	capecia XX
Nyarhyd ...	capecia I^{c}VIII	Wasarhel	capecia XLIII
Lek	capecia XXV	Elwed	capecia I^{c}XV
Gwg	capecia LXIII	Sarlo	capecia IIII^{c}
Anyala	capecia XII	Cheykew ...	capecia XXIII
Wdward	capecia I^{c}XXV	Kwral	capecia I^{c}
Baych	capecia LXXX	Kyetth	capecia LX
Buchw	capecia I^{c}LIII	Barth	capecia I^{c}LV
Mwsla	capecia XXX	Kemend ...	capecia LXXXXI
Magyar zewden	capecia I^{c}XXX		

Summa capeciarum frugum 1889, quae faciunt, quartalia de Kakath 1510, ex quibus proveniunt in avena pro tercia, quartalia ... ... V^{c}III —

Restabunt igitur in frumento vendendo quartalia 1006, quarum singula, quartalia duo ad unum florenum computando, faciunt ... ... fl. V^{c}IIII —

Decime oppidorum infrascriptorum ad usum familie do. reverendissimi conservate.

Thardaskeddy --- --- --- --- --- --- capecia III^{c}VI
Kywrth --- --- --- --- --- --- --- capecia V^{c}
Perbethe --- --- --- --- --- --- --- capecia II^{c}LXXXVII
Keer et Apathy --- --- --- --- --- capecia I^{c}XLVIII

Summa capeciarum 1241 que faciunt quartalia 942 ex quibus pro tercia parte proveniunt quartalia --- --- III^{c}X—

Restabunt itaque in frumento proveniendo quartalia 588, sed quia relaxate sunt ex eisdem colonis de Kyrth quartalia I$\frac{1}{2}^{c}$, Petro vero Benke quartalia 23. Igitur sunt administranda in frumento, quartalia --- --- --- --- --- IIII^{c}XV

Instructio reverendissimi do. Adriano literato de Farnad super dispensacione precii decimarum frugum tam de bonis archiepiscopatus quam districtus Seelyz et Been provenientibus die 12 Julii data.

Ad manus provisoris --- --- --- --- --- --- --- fl. L
Joanni Horwath pro sallaxio preterito --- --- fl. XXXV
Zolthay pro serviciis preteritis --- --- --- --- fl. I^{c}IIII
Chymorii pro sallario preterito et futuro --- --- fl. L
Augustino Was pro mense Augusti --- --- --- fl. XVI
Peditibus de Swran pro serviciis preteritis --- --- fl. XX
Eisdem pro futura solucione ultra flor. 32 de censu S. Michaelis dandi --- --- --- --- --- --- --- fl. XVI
Demetrio Pesth de Sarlo --- --- --- --- --- fl. VI
Alberto Somoghy --- --- --- --- --- --- --- fl. X
Adriano literato pro debitis et Benedicto Kewer fl. I$1/2^{c}$
457.

Residuum totum ad manus do. reverendissimi administretur.

1545.

Introitus.

Ad manus Adriani literati de Farnad de preciis frugum et decimis de Been --- --- --- --- --- --- fl. L.

Ex vendicione vinorum in Keer levatorum proveniunt ex urnis 88 --- --- --- --- --- --- --- fl. I^{c}LXXXVI

Exitus.

Nicolao Konc, fl. XX; Friderico, fl. X; peditibus, fl. XXXIIII; Augustino Was, fl. X; Chymory, fl. VI; Stresemlyey, fl. VI; ad novum castellum navis empta, fl. II; fodulas ad eundem, fl. I; claviculos sendel et leecz, fl. II; magistris fossoribus, fl. XVIII;

portariis bibalia, fl. 1; Wyzesgyani ad do. reverendissimum misso, fl. VIII; Palffy cum sebellinis Strigoniensibus misso, fl. I; eidem Viennam misso, fl. II. — Summa flor. I^c^XXI.

Zolthay pro menstruis duorum mentrum ... fl. I^c^IIII
Chymory pro sallario ... ... fl. XXXII
Urnarum vini 420 singulas earum ad pintas dumtaxat triginta duas computando, ex quibus per denarios sex proveniendi sunt ... ... fl. 806. den. 40.

Exitus.

Ad manus domini reverendissimi dati ... ... fl. II^c^
Provisori Strigoniensi pro debitis dati ... ... fl. II^c^
Pro debitis Cremmer ... ... fl. IIII^c^

Országos Levéltár: Történelmi emlékek. *P. N.* 1545 jan. 8. — 1546 nov. 4.

Közli: Iványi Béla.

427.

1542—1545 közt.

Mátyás miséspap panaszolja, hogy Varkocs Tamás, Perényi Péter embere, az egri vár várnagya őt minden javaiból kifosztotta és szolgáját is fogva tartja; kéri, hogy legalább szolgáját bocsássák szabadon, neki pedig valamelyes kárpótlást adjanak.

Sacratissima regia Maiestas... Supplicatur v. s. Maiestati in persona Mathie presbyteri, specialis capellani sacratissime v. ac reginalis Maiestatis[1] in eo: quod quum Thomas Varkocz servitor magnifici domini Petri de Peren, capitaneus arcis Agriensis, acceptis omnibus bonis suis, privavit etiam beneficiis, plebanatu, canonicatu et cantoratu, quorum proventum percipit non sine gravi iniuria supplicantis; et hiis omnibus non contentus ipse Thomas Varkocz, famulum ipsius supplicantis, qui curam domus, familie omniumque rerum habuit, a festo Trinitatis in dura tenat captivitate, id, quod ipsi supplicanti gravius, molestiusque est, quam iactura et amissio bonorum omnium, neque est illum dimissurus, nisi trecentos florenos solvat, quasi tam facile sit cuivis hominum tot habere florenos, quos ipsi depredatione facile consequuntur. Et ipse supplicans dissimulatis vel etiam oblitis multis dampnis et iniuriis, cuperet tamen servi sui libera-

[1] Anna regina mortua est 25-a m. Januarii 1546.

tionem et aliqualem satisfactionem pro sedecim vasis vini, quorum octo magna, octo vero media fuere, que a festo Natalis Domini ex cella vinaria propria ipsius supplicantis extraxit, et abstulit; et pro fructu duorum molendinorum a festo Pasce proximo possessorum, et pro perceptis beneficiorum fructibus ex capitulo: nunc ergo, ex quo domina coniux magnifici domini Petri de Peren suum proprium servum ad v. s. Maiestatem misit, orat ipse supplicans vestram Maiestatem, ut Maiestas vestra ob Dei respectum atque intuitu servitiorum ipsius, ex innata et genuina regia clementia et pietate dignetur ipsius supplicantis saltem aliqualem habere rationem, ne omnino in dampno relinquatur. Responsum gratiosum expectat a v. s. Maiestate. Idem supplicat, ut v. Maiestas dignetur unum atque alterum verbum ex ore eiusdem gratiose personaliter audire.

Hátán ugyanazon kéztől: Supplicatorie Mathie presbyteri Hungari, capellani s. reginalis Maiestatis.

Egy félívnél kisebb papir egyik oldalán, kelet nélkül s belől a lap szélén eme följegyzéssel: Concessum ut petitur. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1531. s. d. 33.* Közli: Bunyitay Vincze.

428.

Bártfa, 1546 Január 18.

Ecch Bálint kéri Hofkircher Kristóf selmeczi jegyzőt, hogy embereit némely portékák eladásában segítse. — Stöckel Justusnak Verner úr útján 4 frtot küldött és Tádé urat üdvözli.

Valentinus Ecchius rogat Christophorum Hofkircher, notarium Schemniciensem, ut servos suos in vendendis mercibus adiuvet. «Justo Stöckel per dominum Vernerum nuper scripsi, illique misi florenos quattuor, quos datos arbitror. Domino Taddeo nostro ex me omne bonum precare.»

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

429.

Nyitra, 1546 február 23.

Berencsény György és társai eltiltják az elefánti pálos-remetéket attól, hogy getfalvi, nyitramegyei jószágukat másnak adják el, mert azt az ő őseik adták a kolostornak.

Item feria tertia post dominicam Reminiscere nobilis Georgius Berencheny in suo, in nobilium Joannis et Anne Kalnay,

Dorothee, Georgii Kalnay, Elene Kalnay et Stephani Weertesy nominibus et universorum heredum nominibus prohibuit religiosos fratres Heremitas in claustro sancti Joannis in Lephanth constructo [degentes] a venditione directe medietatis predii Getthffalwa, quam predecessores eorundem protestantium eisdem fratribus Heremitis pro refrigerio animarum suarum in elemosynam perpetuam donassent, ipsos enim magis, quam alias quospiam iure emptionis concernentis, in comitatu Nitriensi habiti.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum III. fol. 80.

Közli: Bunyitay Vincze.

430.

Pozsony, 1546 február 23.

I. Ferdinánd király megparancsolja Balassa Menyhértnek, hogy a márianosztrai pálosoknak elfoglalt birtokait, Csém és Csata falvakat és elhajtott lovait adja vissza.

Ferdinandus, divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fideli nostro magnifico Melchiori Balassa de Gyarmath comiti comitatuum Honthensis et Barsiensis salutem et graciam. Expositum est Maiestati nostre in personis religiosorum fratrum heremitarum ordinis sancti Pauli in claustro de Noztree degencium, quomodo tu estate proxime preterita quasdam villas ipsorum exponentium Chem et Chata vocatas, una cum molendino ab antiquo ad idem claustrum Noztree pertinente, violenter occupare fecisses, viginti duo pecora eorundem exponentium abigi fecisses, insuper diebus proximis octava videlicet huius mensis servitores tui quatuor equos eorundem exponentium in sylvis, verberatis eorum famulis, qui lignatum ivissent, accepissent in grave preiudicium et damnum eorum valde magnum. Supplicatum itaque est Maiestati nostre humillime, ut eisdem super his graciose providere dignaremur. Quorum nos humili supplicacione accepta, fidelitati tue mandamus firmissime, quatinus statim acceptis presentibus et premissis sic, ut nobis relatum est, stantibus et se habentibus, prescriptas possessiones per te occupatas, una cum pecoribus abactis et equis acceptis, sine mora et difficultate aliqua dictis exponentibus remittere et restituere debeas, nam alioqui pati, ut non licet nemini fidelium nostrorum possumus, ut iura et bona ecclesiarum Dei violenter ac indebite ad

se transferat. Secus igitur nullo modo facere audeas. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii vigesima tercia Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* etc.

Eredetije papiron, alul a királynak papirba nyomott gyűrűs pecsétjével. Országos Levéltár. Acta Paulinorum. 231. csomó. (Act. prov. conv. Nosztre fasc. 2. Nr. 11.)

Közli: Iványi Béla.

431.

Nyitra, 1546 február 23.

Dolgos Tamás és Dovorányi Mihály Bálint oszláni plébánost a ludányi apátság kormányzójává nevezik ki.

Nos capitulum ecclesie Nittriensis, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniversis, quod egregii Thomas Dolgos de Kozmaffalwa, pro se, personaliter ac virtute procuratoris in generose domine Anne Cheh consortis sue, necnon nobilis Francisci filii sui, nominibus et personis, ab vna, ac Michael de Kÿsdoworan, similiter pro se personaliter ab alia partibus, ad nostram personaliter venientes presenciam sponte et libere sunt confessi et retulerunt in hunc modum. Quomodo ipsi inducti vite et morum honestate aliisque laudabilibus probitatum et virtutum meritis honorabilis Valentini presbiteri, plebani parochialis ecclesie oppidi Ozlyan, quibus ipsum ab altissimo insignitum agnouissent, tamquam persone idonee et benemerite abbaciam monasterii, in honorem sanctorum Kozme et Damiani, martirum per antecessores suos in possessione Lwdan alias Apathffalwa vocata in comitatu Nittriensi habita, constructi, nunc de jure et de facto vacantem, virtute juris patronatus ipsorum, simul cum cunctis eiusdem abbacie, proventibus vtilitatibus redditibus atque emolumentis quibuslibet necnon libertatibus ad idem monasterium seu abbaciam de iure et ab antiqno spectantibus et pertinere debentibus, vita ipsius durante, dedissent, donassent et contulissent, quemadmodum de facto dederunt donauerunt et contulerunt coram nobis tali modo, videlicet quicquid rerum suarum metalium (!)[1] alias aquisitarum et item duas equas partes rerum similiter suarum, in dicta abbacia congestarum, idem Valentinus commendatarius in sua vltima voluntate et testamentaria

[1] Fors mobilium.

disposicione, cuicunque maluerit, liberam legandi habeat facultatem, terciam vero partem prescriptarum rerum suarum ibidem aquisitarum ad fabricam et reformacionem eiusdem monasterii seu abbacie, legare et dare teneatur. Item quotquot vasa vinorum in medio dictorum colonorum prescripti monasterii idem commendatarius educillare voluerit, liberam habeat facultatem, tamen iidem Thomas Dolgos et Michael Doworanii nullum vas vini in medio eorundem colonorum imponere, nec cum hinc missalibus (!) vt antea, nisi prece aut premio allectos quopiam dirigere, neque ad quelibet coacta seruicia compellere, nisi extrema necessitate ducti, tunc palos et similia, ad reformacionem apta et necessaria, immo ipsi suos quoque colonos ad tuicionem, defensionem, et conservacionem eiusdem castelli contra adversarios, amicabili exhortacione, inducere, valeant atque possint. Assumentes nihilominus annotati Thomas Dolgos et Michael Doworany memoratum Valentinum commendatarium more boni patroni in pacifico dominio eiusdem abbacie, contra quoslibet interturbatores protegere et defensando conseruare ac manutenere. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras sigilli nostri capitularis impressione munitas eidem Valentino commendatario duximus concedendas. Datum feria tercia proxima, post dominicam Reminiscere anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Eredetije Trencsén szab. kir. város levéltárában. Cista 3. fasc. 11. Nr. 5.

Közli: Matunák Mihály.

432.

Pozsony, 1546 február.

Ferdinánd király válasza az 1546-iki pozsonyi országgyűlés fölterjesztésének az elzálogosított egyházi javakra vonatkozó pontjára.

— — — — — — — — — — — — — — —

...Quantum ad eliberationem decimarum et bonorum ecclesiarum Dei, per suam Maiestatem superioribus annis tam externis quam suis regnicolis inscriptarum attinet: Maiestas sua, licet aliqua ecclesiarum bona et decimas propter ingruentem belli necessitatem et ad regni sui evidentem utilitatem et defensionem impignorare et inscribere coacta fuerit, tamen cum moris non sit, quod iis, qui huiusmodi suae Maiestatis impignorationis et inscriptionis litteras habent, fructus in sortem valeant imputari, neque adeo

Maiestas sua contra suae inscriptionis litteras eiusmodi bona et decimas ex eorum manibus, in quibus sunt, eliberare hoc tempore tam difficili commode possit, quippe quae summam perceptam et insuper longe ampliorem non aliorsum, quam pro regni et fidelium suorum conservatione contra infideles exposuerit, et subinde necesse sit, pecuniam ratione inscriptionis acceptam ante eliberationem restituere, Maiestas sua regia clementer annuit, ut praelati et ecclesiastici huiusmodi bona ac decimas suis pecuniis ad eorundem ecclesias redimant, sicque suis bonis iterum utantur et fruantur, et ad hunc finem se clementer, compulsurum possessores eorundem offert, ut recepta pecunia, bona et decimas restituant. Insuper, cum tempora Deo dante fuerint pacatiora, Maiestas sua regia praelatis et ecclesiis gratia et liberalitate sua regia recompensam facere dignabitur.

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek. III. 26.

433.

Pozsony, 1546 február.

A föntebbi válaszszal a rendek nem lévén megelégedve, ujabb fölterjesztésökben meleg szavakkal kérik a királyt, legyen tekintettel Isten egyházaira, melyeknek pártfogása kiváló kötelességeihez tartozik, és Isten dicsőségének előmozdításáért eszközölje az ily javaknak visszaadását.

— — — — — — — — — — — — — — —

Primum, quod ad inscriptionem bonorum ecclesiasticorum ac decimarum attinet, meminisse potest Maiestas vestra sacratissima, iam antea quoque fuisse sibi per nos supplicatum, ut bona ac decimas ecclesiarum per ipsam inscriptas liberare dignaretur, quae cum in hunc diem liberata non sint, supplicamus humiliter, ut habita ratione ecclesiarum Dei, quarum protectio singulariter Maiestati vestrae incumbit, dignetur iam tandem decimas inscriptas et bona ecclesiarum liberare restituereque suis locis, in laudem nominis divini. Sciat enim huiusmodi inscriptiones esse tum contra sanctos canones et leges caesareas, tum etiam contra privilegia ecclesiarum et vetustam libertatem regni sui Hungariae, quam praecessores sui religiosissimi principes perpetuo observarunt, quorum vestigia Maiestatem vestram quoque, uti regem catholicum, secuturam confidimus, quae etiam observare eas ipsas libertates et privilegia tum suorum fidelium, tum imprimis ecclesiarum est obstricta; et alioquin illi, qui inscriptiones habent, tot

iam annis pecuniam suam, si quam dederunt, cum ingenti foenore recuperarunt ex huiusmodi bonis et proventibus inscriptis.

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek. III. 26. és 36.

434.

Sárvár, 1546 márczius 4.

Perneszith levele Nádasdy Tamáshoz. — Panaszkodik a pápai plébánosra.

Intellexi postea causam esse tante iniurie (?), maledictum plebanum Papensem, cui merito bellum inductum est, authore domino Batthany, sic igitur convenit debellare superbos etc. M. vestram Christus Dominus noster servet felicem ac reducat nobis incolumem. Ex Sarwar 4 marcii 1546.

Servitor Pernezyth.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek. *P.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

435.

Bécs, 1546 márczius 10.

Ferdinánd király megparancsolja báró Ungnad Jánosnak, hogy a varasdi ferenczrendűeknek a varasdi várhoz elfoglalt Kochán nevű birtokát a romladozó kolostor helyreállítására adja vissza.

Ferdinandus divina fauente clemencia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fideli nostro generoso et magnifico Joanni Wngnad baroni in Sonnek, consiliario nostro, capitaneo provincie nostre Stirie, vicedomino Cilie ac comiti comitatus Warasdiensis salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostre in personis religiosorum fratrum minorum ordinis sancti Francisci in claustro Warasdiensi commorantium, quomodo illustris quondam et magnificus Georgius marchio Brandeburgensis (!) possessiones ipsorum exponentium ad claustrum eorundem Warasdiense ab antiquo pertinentes, utramque videlicet Kochan in comitatu Warasdiensi existentes, vivente adhuc serenissimo quondam Lodovico rege Hungarie predecessore et sororio nostro charissimo ad idem castrum Warasdiense, nescitur qua racione, occupasset, ab eoque tempore, quoad vixit tenuisset et ipso e vivis sublato diverse manus et nunc tu ad dictum castrum Warasdiense teneres in

grave preiudicium prefatorum exponentium cultusque divini diminucionem, supplicando nobis humiliter, ut eis superinde gratiose providere dignaremur. Quorum nos humili supplicatione accepta, volentes pro nostro regio officio iuribus ecclesiarum Dei, quarum nos in regno nostro Hungarie et partibus ei subjectis supremi sumus patroni, earumque ministrorum iuribus gratiose providere, considerantes etiam impendentem ruinam et desolationem dicti claustri per alienacionem ab eo dictarum possessionum, quarum auxilio alias idem reparari solitum fuisse dicitur, fidelitati tue mandamus firmiter, quatinus acceptis presentibus et premissis sic, ut nobis relatum est, stantibus et se habentibus, prescriptas possessiones utramque videlicet Kochan memoratis exponentibus ad claustrum eorundem sine dilatione remittere aut si quod legitimum obstaret impedimentum, ob quod remittere non posses, id nobis quamprimum perscribere debeas. Secus non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne, decima mensis Marcii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus †*
E. Zagrabiensis.

Eredetije papiron, alul vörösviaszba nyomott pecsét némi töredékével. Országos Levéltár: Kukuljevics-gyüjtemény. VI. csomó. 6. szám.

Közli: Iványi Béla.

436.

Gyulafehérvár, 1546 márczius 14.

Az erdélyi káptalan Bálint sámsondi lelkészt, sede vacante kegyuri jogot gyakorolván, a gyulafehérvári székesegyházban Lukács pap halálával megürült Szent-Márton-oltár-igazgatóságra és az azzal járó váradjai kétkerekű malom-jövedelem haszonélvezetére kinevezi.

Capitulum Transilvanum sede vacante iurepatronatus utendo Valentino plebano de Sámsond confert rectoratum altaris s. Martini in ecclesia cath. Albajuliensi siti, morte Lucáe presbyteri vacantem et etiam usumfructum molendini in Maros-Váradja huic adnexi.

Beke Antal: A gyulafehérvári káptalan levéltára. 185. l. 873. sorsz.

437.

Kassa, 1546 márczius 16.

Debrődy Pál perrel támadta meg Gergely jászai plébános azon végrendeleti intézkedését, hogy szepsi-i szőlleje Margit nevű asszonytól származó gyermekéé legyen, mert nem kérte ki ehhez rokonai beleegyezését és mert Margit nem volt törvényes neje. Kassa város tanácsa, mint másodfokú törvényszék, Debrődyt elutasítja.

Protocollum arestationum fundorum... ab anno 1538 usque 1552.

— — — — — — — — — — — — — — —

Margaretha, consors Gregorii presbyteri de Jazow, in persona filiorum vel pupillorum suorum, videlicet Joannis, Laurentii et Juliane, quos habebat ab eodem Gregorio presbytero procreatos, appellavit causam suam, in sede oppidi Zepssy excussam, ad conspectum nostri contra Paulum Debredy, coincolam nostrum et affinem ipsius Gregorii presbyteri, ex parte vinee eiusdem Gregorii presbyteri, in promontorio dicti oppidi Zepssy habite, quam idem Gregorius presbyter liberis suis adhuc vivens testamentaliter legaverat huiusmodi subscripto ordine et forma literarum testamentalium:

«Nos Gregorius presbyter, parochus de Jazow, animadvertens vitam voluntate omnipotentis Dei fatalibus flammis traditam, brevique ab hac luce presentis seculi migraturam, animo adhuc presenti existens, constitui coram honestis civibus, videlicet Matheo Kerekess, Gregorio Bodnar, Paulo Bodnar, nobili Andrea literato de Chan, scriba comitatus Abawywariensis et Martino Klinger, res meas omnes, mobiles scilicet et immobiles, ex beneficentia divini numinis acceptas, testamentaliter, ut ius, fasque postulat, legare:

Primum pro conservatione et sustentatione domus istius plebanatus de Jazow viginti cubulos tritici, unam vaccam et agrum arabilem lego.

Item Joanni, Laurentio et Juliane liberis meis, orphanitate obnoxiis, agros, numero tres, arabiles, pratum fenigerum in Thapolcza existentem lego. Item currum cum bobus et vaccis. Item vineam unam in promontorio Scepssy habitam et singulariter me unicum, exceptis omnibus cognatis et consangvineis, concernentem, lego. Item vestes omnes, tunicam et pelicium vulpinum, vasculum argenteum, nunc apud fratrem Thomam, ordinis Pre-

monstratensis, pignoratum, et opes omnes lego. Porro meis creditoribus, passim habitantibus, quorum nomina, neque debita in tam aspera infirmitate[1] occurrunt, volo, ut ex bonis per me pupillis meis legatis, integram facturi sint solutionem.»

De hac igitur vinea prescripta, per Gregorium presbyterum liberis suis sic legata, prenominatus Paulus Debredy iudicialiter sedis iudiciarie oppidi Scepssy, duabus hiis rationibus prefatam dominam Margaretam et pupillos eiusdem nitebatur extrudere et eicere, prima, quod ipse Gregorius presbyter in tempore mortis sue cognatos vel consangvineos suos advocari non fecisset, utrum illi coram eo huic testamento consentirent, nec non. Altera, quod mulier ista Margareta ipsi Gregorio presbytero non fuerit uxor legitima. In quibus sententiis nos hisce mediis usi sumus, imprimis, quod non erat necesse suos cognatos advocari facere causa propingvioris propietatis uxoris eiusdem, istius videlicet domine Margarete, cum qua omnes res suas simul propriis laboribus et fatigiis, vita durante, acquisiverit, quam, fide mediante, coram fidedignis testibus, utpote executoribus premissis usque ad terminum vite copulatam esse constat, licet non fuerint publice coram ecclesia copulati; deinde causa etiam pupillorum suorum ex ea procreatorum, quos propiores habuit, quam cognatos, quos et ex legitimo matrimonio procreatos esse reputamus ex attestationibus premissorum executorum. Ceterum, quod etiam vinea ipsa, exceptis omnibus suis consangvineis, seipsum concernet et a maioribus suis ad se devoluta esse dinoscatur, quam eisdem liberis suis legitime ac iustitia mediante, tanquam veris heredibus, legare potuit quasi propriam suam et liberam hereditatem, prout litere eiusdem testamentarie manifeste premonstrant legationem hanc esse legitimam. Facta est inscriptio hec ad iussa totius senatus tempore iudicatus Joannis Cupfersmyt feria tertia post Dominicam *Invocavit* 1546.

Eredeti, ívrét jegyzőkönyv. — *Kassa város levéltára.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

438.

Körmöczbánya, 1546 márczius 18.

«*Gaspar Theslerus ludimagister Cremniciensis*» Νευχωμη *Kristóf selmeczi jegyzőnek több ifjút ajánl. Egyik közülök alkalmas volna tanítónak, ha olyan állomás üresedésben volna Selmeczen.*

Gaspar Theslerus, ludimagister Cremniciensis Christophoro Νευχωμη,

[1] Una vox deleta est.

viro civitatis Schemniciensis ab epistolis, plures iuvenes commendat. Unus eorum aptus esset munere docendi, si tale Schemnicii vacaret.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

439.

Bécs, 1546 márczius 21.

Mivel a veszprémi káptalan a törökök miatt Veszprém várában hivatását nem teljesítheti, Ferdinánd király megparancsolja Szalamegyének, hogy a veszprémi püspökség Egerszeg nevű városát erősitse meg és a veszprémi káptalan ott tartózkodjék.

Ferdinandus... Hungarie... rex... nobilibus comitibus, vicecomitibus et universitati nobilium comitatus Zaladiensis salutem... Reverendus Martinus de Kechet episcopus ecclesie Wesprimiensis, consiliarius noster, exposuit Maiestati nostre, canonicos ecclesie sue Wesprimiensis propter metum Turcarum magna ex parte dispersos esse nec audere in capitulo penes ecclesiam residere, per hocque divina officia imminuta et usum sigilli ipsorum impeditum esse, neque executiones de consuetudine regni nostri Hungarie fieri posse; supplicans nobis... ut cum oppidum dicte ecclesie sue Wesprimiensis Egerzeg vocatum in isto comitatu Zaladiensi existens, tum pro residentia suorum canonicorum usuque sigilli tum etiam obeundis executionibus et exercendis divinis officiis aptum et commodum, ad hec colonis etiam vicinorum nobilium tempore necessitatis tutum receptaculum esse posset, presertim, quod in istis partibus rara essent fortalicia multitudinis capacia, dignaremur de eiusdem oppidi necessaria munitione providere... Cuius nos humili supplicatione ceterorumque consiliariorum intercessione moti... fidelitati... vestre ac vestrum cuilibet... mandamus, quatinus... ad fortificationem et munitionem dicti oppidi sui una cum colonis vestris in succidendis ac immittendis et vehendis roboribus atque aliis rebus necessariis presto esse illique auxilium omne... ferre debeatis, ut... capitulares... ibi residere divinaque servitia continuare... possint... Datum Vienne vigesima prima mensis Martii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. C. nr. 22.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

440.

Nyitra, 1546 márczius 28.

Az elefánti pálos perjel Getfalva nevű birtokuk védelmezésével Koloni Sólyom Andrást bizza meg a nyitrai káptalan előtt.

Item eodem die (Dominica Oculi 1546) honorabilis ac religiosus frater Martinus, prior religiosorum fratrum heremitarum, ordinis sancti Pauli primi heremite, in claustro in Superiori Elephant constructo [commorantium] in sua ac totius conventus in persona fassus est: quod ab eo tempore, quo iidem fratres heremite predium Gethffalwa in comitatu Nitriensi existens habitum possident, egregius Andreas Solyom de Kolon, atque Ladislaus quoque Solyom pater eiusdem semper defensor fuit: nunc quoque eundem Andream Solyom defensorem, sicut et antea, defensorem (!) contra quosvis idem frater Martinus prior nomine eiusdem conventus constituit.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum III. fol. 81.

Közli: Bunyitay Vincze.

441.

Velencze, 1546 márczius 29.

Tranquillus levele Oláh Miklós zágrábi püspökhöz. — Kéri, hogy helyezze őt vissza a zágrábi kanonokság és a goriczai főesperesség birtokába, mert ezt jogtalanul vették el tőle tavaly, mikor Rómában volt.

Reverendissime et observandissime domine, salutem et servitiorum meorum commendationem. Gaudeo profecto ex animo dignitatem v. r. d. in dies augeri, preciumque bene merentibus de republica (quod sane diu desiderabatur) tandem reddi. Que res aliis quoque multis calcar addet ad bene sperandum, sua laboris atque industrie premia non esse defutura.

Predecessor v. r. d. episcopus Zagrabiensis dederat mihi sponte canonicatum et archidiaconatum Goriciensem, quos pacifice tenui iam aliquot annos, anno tamen superiore, quum essem Rome, accepi, nescio quem fuisse in dictis beneficiis per vim intrusum magna culpa capituli et precipue cantoris, qui meus collector fuit. Quod si etiam nullo iure ea possedissem, tamen legitime ac de more debuit mecum agi et non tiranice in modum Thurcorum absentem in dicta causa spoliari. Quapropter vehe-

menter rogo v. r. d. dignetur iubere restitui mihi beneficia mea cum perceptis utilitatibus, is autem, cuius interest, iure mecum de negocio experiatur. Multum quidem pertinet ad laudem et famam v. r. d. ut in eius ecclesia bonis moribus et legibus vivatur. Ego tametsi non servio istic presens, tum habeo sacram illam regiam Maiestatem principem mihi clementissimum, nec differo multum ab iis, qui assidui sunt, servitoribus voluntate atque conatu, quod ipsi, ut opinor, iam perspectum est. Nam conatus sum omni cura atque studio retinere in perpetuum graciam illius regis optimi: neque credo me spe mea falsum iri, sed non tantum postulo, ut ista perinde valeant ac ius meum, a quo nunquam abhorrui. Proinde hoc totum negocium fidei et virtuti v. r. d. meque simul unice commendo. Cui omnia bona cupio. Venetiis 29. martii 1546.

V. r. d. indignus servitor

Tranquillus.

Kívül: Reverendissimo domino domino Nicolao Olah episcopo Zagrabiensi et cancellario regni Hungarie, domino observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *T. 2.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

442.

Pozsony, 1546 április 2.

Várday Pál érsek és királyi helytartó meghagyja: «rmo domino Martino Kechethy episcopo Wesprimiensi, consiliario regie Maiestatis», hogy Isákfalvi Márk Miklós és János kiskorú nemeseket, kiknek atyjok elhalt, anyjok nemrég török fogságba jutott, védelmezze.

Paulus de Varda Martinum Kechethy episcopum Vesprimiensem constituit defensorem nobilium puerorum Nicolai et Joannis Márk de Izsákfalva, quorum pater mortuus est, mater vero nuper in captivitatem Turcarum incidit.

Eredetije a veszprémi kápt. orsz. lt. capsa I. 149.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

443.

Dillingen, 1546 április 3.

Truchsess Ottó biboros, augsburgi püspök és császári megbizott közli Farnese biborossal, hogy Frater György érintkezésben áll a német lutheranusokkal és hogy a lutheranizmus nagyban terjed Magyarországon is.

— — — — — — — — — — — — — — —

Et ho certissimi avisi fino di Ungaria, che il frate Georgio di Transylvania cerca di intertenersi Lutherani et ha mandato ambasciatore a langravio, al quale et al conte Palatino ha fatto gran presenti de cavalli Turchi et altre cose. Il simile hanno fatto li Lutherani a lui, et so parimente, che in Ungaria et Transylvania publicamente si predica lutherano, et questo veneno si dilata talmente, che siamo forzati per conservatione del honor di Dio far ogni cosa et non sparagnare nè fatica nè dinari, se non volemo perder tutto il resto! Le qual cose, benchè io pensassi scrivere breve il grande et extremo bisogno, mi ha fatto esser piu longo, non ch'io dubiti che V. S. R^{ma} non conoschi le cose meglio, che io et habbia ancor animo alli rimedii, ma aciochè conosca anche l'animo mio et possi tanto meglio tener mano per occorrere a questi pericoli.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Tilinga alli 3 d'aprile 1546.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. VIII. 601.

444.

Sárvár, 1546 április 5.

Perneszyth levele Nádasdy Tamáshoz. — Panaszkodik a vasvári káptalan jegyzőjére és tagjaira.

Gerwasius heri venerat ad me, satis turbatus, quod notarius semiperfectis literis profectus est Posonium, multo reclamante Gerwasio. Prepositus quoque abest, nescio quorsum profectus, ceteri capitulares sunt indocti asini, hinc est quod litere imperfecte iacent.

Dominus Jesus Christus servet m. v. salvam atque incolumem. Ex Sarvar 5. Aprilis 1546.

Servitor perpetuus
Pernezyth.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek. *P.* csomó. Közli: Iványi Béla.

445.

1546 áprills 6.

Egyházi birtokok adózása Esztergommegyében.

Regestum factum super connumeracionem presentis subsidii pro Maiestate regia de comitatu Strigoniensi. Que incipit 24 Marcii anno Domini 1546.

Noocz (Mocs).

Reverendissimi domini locumtenentis regie maiestatis. Judex 1/2. In eadem sunt sessiones IIII 1/2. Inquilini pauperes et advene sunt 9. Nova domus nunc edificata a fundamento 1.

Bwczw.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1. Sessiones in eadem sunt 10, inquilini pauperes et advene sunt 14, deserta domus 12.

Kobolkwth.

Plebanus ibidem existit. Tenetur.

Lybad.

Dominorum capituli Strigoniensis. Judex 1/2, sessiones 4, inquilini pauperes et advene 16, deserta domus 10.

Gyarmath.

Dominorum capituli Strigoniensis. Judex 1, ibidem sessiones sunt 12. Inquilini advene et pauperes sunt 26, deserta domus 16.

Kemendh.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1. Sessiones in eadem sunt 12, inquilini pauperes et advene sunt 37, deserta domus 2.

Plebanus ibidem tenetur den. 50.

Byn.

Domini prepositi ibidem existentis. Judex 1/2, sessiones in eadem 4, sessiones in eadem sunt 14, inquilini pauperes et advene 34, deserta domus 10.

Ibidem dominus prepositus loco plebani residens, tenetur den. 90.

Baarth.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis, iudex 1/2, sessiones in eadem 4, inquilini pauperes et advene 19, deserta domus 2.

Nemethzewdyn.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Iudex 1, sessiones in eadem sunt 10, inquilini pauperes et advene 48.

Wassarhel.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Sessiones sunt IIII1/2, iudex 1/2, inquilini pauperes et advene 15, deserta domus 6.

Magyar Zewdin.

Reverendissimi domini locumtenentis. Judex 1, sessiones in eadem sunt 15, inquilini, pauperes et advene sunt 60.

Keetz.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1/2, sessiones in eadem sunt 4, inquilini pauperes 9, deserta 1.

Kwral.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones in eadem sunt 9, inquilini pauperes 16, deserta domus 1.

Farnadh.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones in eadem sunt 18, inquilini pauperes 73, deserta domus 8.

Elwedh.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis, iudex 1, sessiones in eadem sunt 18, deserta domus 20, inquilini pauperes 45.

Mwsla.

Reverendissimi locumtenentis regie Maiestatis... non est connumerata... Connumeracio presentis subsidii unius floreni et d. 20 in comitatu Strigoniensi finita est sexto die Aprilis anno Domini 1546.

Georgius de Wyzesgyan,
dicator regie maiestatis etc. manu propria.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XL. kötet.

446.

1546 április 6—május 8.

Egyházi birtokok adózása Komárommegyében.

Regestum factum super connumeracionem presentis subsidii Posonii edite, unius floreni et denariorum viginti, comitatus Comaromiensis, que incepit sexto die Aprilis.

Hethen.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis et domini Nyary. Coloni sessionati sunt 11, inquilini pauperes 3, deserta sunt 10.

Jiza.

Domini prepositi de Monte sancti Thome. Judex 1, sessiones sunt 18, inquilini pauperes cum fugitivis 28, deserte curie 3.

Plebanus ibidem tenetur den. 70.

Marcelhaza.

Ibidem plebanus tenetur den. 78.

Madar.

Plebanus ibidem tenetur den. 77.

Perbethe.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones ibidem sunt 16, inquilini pauperes et advene sunt 27, deserta curia 3.

Plebanus ibidem tenetur den. 40.

Kwrth.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones ibidem sunt 17, inquilini pauperes et advene sunt 26, deserta curia 1.

Plebanus ibidem commorans et pertinent ad eundem alie ville.

Fywr.

Jam plebanus de ambabus possessionibus tenetur den. 90.

Czwz.

Plebanus tenetur den. 57.

Jazffalw.

Dominus Blasius plebanus in Czwz commorans iam in toto tenetur fl. 1.

Koltha.

Plebanus ibidem vacat.

Wdwardh.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones in eadem sunt XXXIIII 1/2, inquilini pauperes et advene sunt 57, deserta curia XI. Dominus plebanus ibidem existens cum possessione Baromlakh tenetur fl. 1.

Leekh.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones in eadem sunt 4, inquilini pauperes et advene 17, deserta curia 6.

Plebanus ibidem tenetur den. 21.

Anyala.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1/2, sessiones in eadem sunt VI 1/2, inquilini pauperes et advene 9, deserta curia.

Symo.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones in eadem sunt 9, inquilini pauperes et advene 12, deserta curia 1.

Nazwad.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones sunt in eadem 36, inquilini pauperes et advene sunt 44. Dominus plebanus vicearchidiaconus ex possessione Leekh et oppido Nazwadh tenetur fl. 1.

Gwttha.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis oppidum. Judex 1, sessiones in eadem sunt 50. Inquilini pauperes et advene sunt 64, deserta domus 5.

Plebanus oppidi Gwttha et possessionum Kamoczya et Symo ad festum beati Laurencii tenetur fl. 1, den. 70.

Baycz.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Iudex 1, sessiones in eadem sunt 8, inquilini pauperes et advene sunt 25, deserta domus 5.

Plebanus ibidem tenetur den. 34.

Farkasdh.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Sessio 1. Ideo est deserta tota.

Jimo.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones in eadem sunt 13, inquilini pauperes et advene 9, deserta domus 4.

Plebanus tenetur ibidem den. 23.

Marthos.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones in eadem sunt 16, inquilini pauperes et advene 16.

Caret plebano.

Nandor.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1. Sessiones in eadem sunt 8, nobilis ibidem existit 1, molendina sunt ibidem 3, inquilini pauperes et advene 3, deserta domus 5.

Processus Michaelis literati de Paath iudicis nobilium comitatus Comaromiensis ultra fluvium Wagh, finita est unacum inquisicione 20 die Aprilis 1546.

Processus Gasparis de Westw iudicis nobilium comitatus Comaromiensis in insula presentis subsidii unius floreni et viginti denariorum. Que incepta est 21 die Aprilis anno Domini 1546.

Balwan Zakalos.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Judex 1, sessiones in eadem sunt XIIII, inquilini pauperes VII, deserte domus V.

Eghazyas thaan.

Nobiles ecclesie reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Nobiles in eadem sunt. Integra sessio VII.

Caret plebano.

Eghazyas zakalos.

Plebanus ibidem commorans, nomine Balthasar, ad eius parochiam pertinent possessiones 8.

Szylas.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Nobiles ad ecclesiam pertinent Strigoniensem. In eadem sunt nobiles. Inquilini pauperes et advene sunt 22, deserta domus 1.

Zakalos.

Monialium. Judex 1, sessiones in eadem sunt 15, inquilini pauperes et advene 40, deserta domus.

In predictis octo villis, (utputa) Eghazyas Zakalos existit plebanus tenetur fl. 2 den. 20.

Naghmegyer.

Plebanus hic idem commorans de isto oppido et possessione Izap tenetur fl. 1 den. 55.

Wtraque Fyss.

Nobiles ecclesie sancti Martini. Sessiones in ambabus sunt X1/2, inquilini pauperes in utraque sunt 16.

Aswantho.

Abbatis sancti Martini. Judex 1/2, inquilini pauperes et advene VI, molendinum ibidem existit 1.

Leel.

Nobiles domini reverendissimi locumtenentis regie Maiestatis ad ecclesiam Strigoniensem pertinentes. Sessiones in eadem sunt V, inquilini in eadem sunt 14.

Also-Bewkh.

Plebanus ibidem commorans tenetur.

Orss.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis ad ecclesiam Strigoniensem pertinens.

Nobiles in eadem unius sessionis VI, inquilini pauperes et advene III.

Gadocz.

Reverendissimi domini locumtenentis regie Maiestatis. Nobiles ecclesie pertinentes ad ecclesiam Strigoniensem.

In eadem existit integra sessio 3, inquilini sunt 9.

Jam in toto finita est connumeracio comitatus Comaromiensis 8 die Mai.

Országos Levéltár : Dicalis conscr. XL. kötet.

Közli : Iványi Béla.

447.

1546.

Plébánosok adózása Komárommegyében.

Regesti primi subsidii unius florenii et viginti denariorum lucri camere comitatus Comaromiensis anno 1546. connumerati.

Iza.

Prepositi sancti Thome p. XVIII. etc.

Ibidem plebanus dicatus est den. 70.

Madar.

Plebanus ibidem, den. 77.

Perbethe.

Plebanus ibidem, den. 40.

Kwrth.

Ibidem plebanus, den. 43.

Fywr.

Plebanus, den. 90.

Chwz.

Plebanus, den. 57.

Jazffalw.

Ibidem plebanus, fl. 1.

Wdwardh.

Ibidem plebanus, fl. 1, den. 34.

Leekh.

Plebanus, den. 21.

Nazwadh.

Plebanus, fl. 1, den. 70.

Baycz.

Ibidem plebanus, den. 56.

Gyallya.

Ibidem plebanus, den. 22.

Megerch.

Plebanus debet, fl. I, den. XII.

Eghazyas Zakalos.

Plebanus — — —

Zakalos.

Plebanus debet solvere, fl. II, den. XX.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XIII. kötet.

448.

1546.

Egyházi birtokok adózása Borsodmegyében.

Regestrum prime dice unius floreni et viginti denariorum in comitatu Borsodiensi per Michaelem Gywla connumeratum.

Primus processus comitatus Borsodiensis. Anthonius de Jardanhaza iudex nobilium.

Chokwa.

Capituli Agriensis, p. III. Inquilini et paup. III.

Warkon.

Capituli Agriensis, p. XXVIII. Inquilini et paup. 18, deserte 3, iudex 2.

Kyskassa.

Plebani de Zenth Peter, p. II. Inquilini 4.

Secundus processus. Georgii de Hegmegh iudicis nobilium.

Galgocz.

Agriensis (i. e. capituli), p. VIII1/2. Inquilini 10, deserte 4, iudex 1.

Kwrwttyan.

Heremitarum de Wyhzaz, p. VII. Inquilini 6, iudex 1, deserte 3.

Processus tercius Alberti iudicis nobilium.

Also Abraham.

Capituli Agriensis, p. V. Inquilinus 1, deserta 5.

Bogach.

Capituli Agriensis, p. XXII. Inquilini 9, deserte 25, iudex 2.

Syrch.

Heremitarum de Tarkan, p. VIII1/2. Inquilini 22, servitores 3, deserte 9, iudex 1.

Nozway.

Cartusiensium, p. XIII1/2. Pauperes 22, deserte 20, servitores 2, iudex 2.

Zomolya.

Capituli (Agriensis), p. II. Inquilini 4, deserte 6.

Also Tarkan.

Agriam, p. XV. Inquilini 2, deserte 7, iudex 1/12.

Felsew Tarkan.

Agriam, p. III. Inquilini 2, deserte 5.

Agria.

In platea Almagyar, p. IIII1/2, servitores 5, deserte 4, iudex 1/2.

Ostoros.

Agriensis, p. IIII. Inquilini 2, deserte 2.

Noway.

Agriensis, p. III1/2. Inquilini 4, deserte 4.

Zewleske.

Agriensis, p. III. Inquilini III, deserte 2.

Tyhemet.

Capituli Agriensis, p. XXVII 1/2. Inquilini 10, servitores 1, iudex 3.

Kystallya.

Capituli, p. XII. Inquilini 4, deserte 7, iudex 1.

Zyhalom.

Agriensis, p. X. Inquilini 2, deserte 3, iudex 1.
Nemesbyk, Zalontha, Kerezthwr sint per Turcam depopulati.

Korhy.

Heremitarum de Laad, p. V. Inquilini 8, deserte 2.
Item de istis connumeratis m. dominus Sigismundus Balassa propter combustionem et devastacionem Turcarum istas possessiones fecit exemptas:

Also Abraham	Korhy
Zyhalom	Detha
Pyspeky	Palkonya
Kywrth	Kysfalwd
Kerezthwrr	

Országos Levéltár: Dicalis Conscr. IX. kötet. 47—70. oldal.

Közli: Iványi Béla.

449.

1546.

Egyházi birtokok adózása Hevesmegyében.

Registrum factum super dicam regie Maiestatis in comitatu Hevesiensi super florenum 1, per me Joannem de Oman, anno 1546.

Felnemeth.

Possessio episcopi Agriensis, porte XXXIIII. Varkocz levavit.

Chegledh.

Possessio episcopi Agriensis, parte XII. Varkocz levavit.

Agria.

Olaz Wcha.

Episcopi Agriensis, porte VII 1/2.

Plathea Harangoza.

Domini custodis, porte X. Pauperes IIII, deserte III.

Platheo Zenthmiclos.

Episcopi Agriensis, porte III. Pauperes IIII, deserte V.

Theatrum.

Episcopi Agriensis, porte XXXI. Varkocz levavit.

Zalok.

Possessio capitularium Agriensium, porte VIII. Pauperes VIII. deserte VIIII.

Bocz.

Possessio capitularium Agriensium, porte IIII 1/2. Pauperes VI, deserte V. Varkocz levavit.

Demiend.

Possessio episcopi Agriensis, porte VII. Pauperes VI, deserte VIII. Varkocz levavit.

Aranyas.

Capituli Agriensis, porte IIII 1/2. Pauperes IIII, deserte VIII, Varkocz levavit.

Processus Joannis Chyga.

Thyza nana.

Possessio domini episcopi Agriensis, porte X.

Madaras.

Domini episcopi Agriensis, porte 1. Varkocz levavit.

Hydweg.

Domini episcopi Agriensis, porte VIIII 1/2. Varkocz levavit.

Halaz.

Domini episcopi Agriensis, porte VII. Deserte IIII. Varkocz levavit.

Porozlo.

Ad racionem capitulorum Agriensium, porte IIII. Varkocz.

Mezewtarkan.

Possessio episcopi Agriensis, porte IIII 1/2. Varkocz levavit.

Kysbuda.

Domini episcopi Agriensis, porte I 1/2. deserte VIII. Varkocz levavit.

Abod.

Domini episcopi Agriensis, porte III1/2. Combuste XIII, deserte III. Varkocz levavit.

Chelechen.

Domini episcopi Agriensis, porte VI. Deserte VIIII. Varkocz levavit.

Maklar.

Domini episcopi Agriensis, porte VIII. Deserte XXV. Varkocz levavit.

Talya.

Domini episcopi Agriensis, porte XXIII. Varkocz levavit.

Gyengies pyspeky.

Domini episcopi Agriensis, porte III. Varkocz levavit.

Solmos.

Domini episcopi Agriensis, porte VIII1/2. Varkocz levavit.

Kapolna.

Domini episcopi Agriensis, porte III1/2. Varkocz levavit.

Zwbol.

Ad racionem domini episcopi Agriensis, porte IIII.

Országos Levéltár: Dicalis Conscr. XVI. kötet. 1—8. oldalak.

Közli: Iványi Béla.

450.

1546.

Egyházi birtokok adózása Zemplénmegyében.

Regestum prioris contribucionis regiam ad racionem collecte de comitatu Zemplyniensi etc.

Primus processus, Bodrogkewz.

Lelez.

Domini prepositi de eadem, p. XII. Solvit. Pauperes XV, iudex 1.

Polyan.

Domini prepositi Selesiensis, p. VI, Solvit. Pauperes VII, iudex I, deserte II.

Cernew.

Domini prepositi eiusdem, p. V. Solvit. Pauperes V, iudex I.

Agardh.

Domini prepositi Lelesiensis, p. IIII. Solvit.

Zenthmaria.

Agriensis, p. VI. Solvit. Pauperes VII, iudex I.

Vayda.

Domini prepositi Lelesiensis, p. IIII½. Solvit. Pauperes V, iudex I.

Processus secundus, Alzemplyn.

Bas.

Heremitarum de Ladh, p. II. Solvit. Iudex 1, pauperes II.

Keren.

Heremitarum de Laadh, p. VI. Solvit. Pauperes VI, iudex I.

Lyzka.

Domini prepositi Szepusiensis, p. XL. Solvit. Pauperes XXXI, iudex I, deserte VIII.

Sara.

Heremitarum de Therebes, p. III½. Pauperes III, iudex I.

Olazy.

Heremitarum de Therebes, p. VIII. Pauperes VI, iudex I, deserte II.

Processus tercius Emerici Wekey iudicis nobilium.

Weecz.

Heremitarum de Therebes, p. VI. Pauperes III, iudex I.

Papfalwa.

Sacerdotis de Homonna, p. VII. Pauperes III, soltes II.

Országos Levéltár: Dicalis Conscr. LVI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

451.

Pozsony, 1546 április 10.

A fejérvári prépost levele Nádasdy Tamáshoz Luther haláláról és temetéséről.

Et si non dubitem, quin iampridem habuerit s. et magnifica dominatio vestra lugubrem orationem, quam doctor Phillippus Melanthon in funere magnifici Lutheri dixit. Tamen et ipse exemplar illius misi, testes mee in eam observancie, habeo omnia eciam alia, que et ante mortem cum privatim doctoribus, tum concionando et orando usque exitum anime dixerit, ea si non habet, mittam postea spectabili et magnifice dominacioni vestre.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek. *U—V.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

452.

Sopron, 1546 április 11.

Sopron város tanácsa elismeri, hogy Auer Flórián a zoványfalvi (wandorfi, hibásan bánfalvi) pálosok majorjáért 15 font fillér haszonbért fizetett.

Zu wissen, dass die Herren Burgermaister, Richter und Rate der Statt Odenburg dem beschaiden Florian Awer zu Wandorf der Munch mairhoff daselbs sogar verödt gewesen widerump zu erpauen sich auch desselben mairhoffs sambb allen un jeden seinen zuegehorigen grundten zu gebrauchen auff sein bettlich anlangen den 16 tag Aprilis Anno Domini 1540 nachst verschinen, vergönt, darumben und darfur hatt er zu Gmainer Statt zubezallen, zuegesagt benemtlich fünffzehen pfundt phening, die er am heutt dato volliglich und on allen abgang bezallt hatt... Actum Odenburg den aindlichsten tag Aprilis Anno Domini 1546.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. II. et B. f. 1. nr. 7.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

453.

Pozsony, 1546 április 27.

Ferdinánd az ungvári pálosokat Barta falu birtoka ügyében Dobó Ferencz kérésére megidézteti.

Ferdinandus conventui ecclesie de Lelez... Exponitur Maiestati nostre in persona fidelis nostri egregii Francisci Dobo de Rwzka, qualiter idem exponens in anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto transacto, vivente videlicet adhuc et in humanis agente serenissimo principe condam domino Ludovico rege, sororio nostro charissimo felicis recordacionis, totalem possessionem Bartha vocatam in comitatu de Wng existentem habitam, que alias nobilis condam Andree de prefata Bartha prefuisset, per mortem et defectum seminis eiusdem condam Andree Barthay prefato condam domino Ludovico rege pro se impetrasset, seque vigore literarum eiusdem condam domini Ludovici regis introductoriarum et statutoriarum per regium et vestrum homines in dominium prefate possessionis Bartha introduci facere curavisset. Cui quidem introductioni et statutioni in personis tocius conventus fratrum ordinis beati Pauli primi heremite in claustro eorundem in oppido Wngwar ad honorem corporis Christi fundato degentium ac nobilium Gregorii Barthay, necnon domine Catherine consortis et Margarethe filie eiusdem Gregorii Barthay contradictionis velamine obviatum extitisset, prefatusque exponens legittime evocacionis modum observando, eosdem fratres et alios contradictores prenotatos, per prefatos regium et vestrum homines ad octavas festi beati Georgii martiris tunc proxime affuturi iam vero preteriti in curiam regiam in presenciam videlicet personalis presencia prefati domini Ludovici regis evocare fecisset, que quidem causa hactenus indecisa mansisset. Homo noster citet prefatos fratres heremitas. Datum Posonii feria tercia proxima post festum Pasce, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Conventus mandatum feria quinta proxima post dominicam Jubilate exequitur. Datum tercio die diei execucionis prenotate anno Domini supradicto.

Országos Levéltár: *N. R. A.* fasc. 804. Nr. 32.

Közli: Iványi Béla.

454.

1546 április 30.

Tanúvallatás a szepesi káptalan Orlócz, másként Szentgyörgy nevü birtoka ügyében.

Anno 1546. sabbatho inter octavas Paschae.

Pro capitulo: pro Orlocs sive Zentgierg.

Nobilis Ladislaus Csorba de Gergeo iudex nobilium et Gaspar de eadem, ut homo comitatensis per venerabile capitulum ex sede petiti ad subscriptam inquisitionem et profecti feria secunda postero die Paschae ad possessionem Ragyolcz sive Orczovan ibique talem instituissent et examinassent attestationem; singulos testes singillatim interrogassent sub iuramento. Providus Brictius de Superiori Zalok, subditus magnifici domini Matthiae Loboczky fassus est se habere annos quinquaginta et a iuventute sua recordaretur sciretque, quod praedium Orloviecs venerabile capitulum Scepusiense et eorum coloni de Ragyolcz possedissent multis annis, ante regis Ludovici interitum, pacifice.

Országos Levéltár: Neo-Reg. Acta f. 1586. Nr. 16.

Közli: Iványi Béla.

455.

Nyitra, 1546 április.

A nyitrai ferenczrendűek nyitrai romlott malmukat 40 forintért eladják Takács Györgynek és Molnár Péternek.

Item honorabiles fratres Stephanus de Corona, gvardianus ac Mathias de Zatha concionator, necnon Joannes de Tholna in claustro beatissime Marie virginis in suburbio civitatis Nitriensis constructo[1] degentes ab una, ac circumspecti Georgius Thakach de Ledecz et Petrus Molnar de Newer ab altera partibus coram nobis personaliter constituti, iidem fratres gvardianus Stephanus, Mathias ac Joannes oneribus successorum suorum gvardianorum in se levatis, de consensu tamen honorabilis patris fratris Emerici, custodis custodie Nitriensis, fassi sunt sponte: quod quoniam perpendentes, qualiter molendinum eorundem fratrum in fluvio Nitra decurrens totaliter a certis temporibus desolationi et ruine

[1] Errore calami: constructi.

intenderet, pari consensu idem molendinum prefatis Georgio Thakach, Petro Molnar, tertiam vero partem eiusdem molendini, portionem videlicet molendinatoris, Petro Molnar, et per consequens heredibus et posteritatibus ipsorum in et pro quadraginta florenis monete Hungaricalis dedissent, vendidissent et inscripsissent, quemadmodum de facto vendiderunt et inscripserunt, quod etiam ipsi Georgius Thakach et Petrus molendinator benevole assumpserunt tali conditione interposita: quod postquam iidem Georgius Thakach et Petrus Molnar predictum molendinum reformaverint, lapidesque ad volvendum deposuerint, usque festum Nativitatis beati Joannis baptiste proxime affuturum omnes fructus molendini iidem molitores percipiant, nisi post volutionem dictarum rotarum prefatis fratribus singulis diebus sabbati zaponem integrum farine ad sustentationem eorundem fratrum dare, post illum vero temporis decursum, festi videlicet beati Joannis duas partes integras plane reddere, modo in aliis molendinis consveto debeant et teneantur; si vero iidem Georgius Thakach et Petrus Molnar tertiam et quartam rotas preparare et reformare in eodem molendino valebunt, lapides iidem fratres mercari debebunt et tenebuntur.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum. III. fol. 89.

Közli: Bunyitay Vincze.

456.

1546 május 7.

Frangepán György Farnese Sándornak írja, hogy Possedarius István, a kit modrusi püspökké tett, bizonyos okból elhalasztotta felszenteltetését. Frangepán ebben a vészes időben siettetni óhajtaná felszenteltetését. E teljesen önzetlen és szerény férfiu vele együtt naponként veszedelemben forog, azonban nem szünik meg az Isten és a haza szeretetéből kifolyólag lelkivigasztalással segíteni az országot. Arra kéri tehát Frangepán a biborost, vesse magát közbe őszentségénél felszenteltetése érdekében és hogy a bullákat dijtalanul kapja meg, mert a püspökség javainak elpusztulása folytán ő segíti a püspököt.

Georgius Frangepán rogat Alexandri Farnese intercessionem, ut sua Sanctitas, Romanus pontifex quo ocyus Stephanum Possedarium, a se in episcopum Modrusiensem nominatum, confirmet, bullasque gratis emanari faceret, quia bona episcopatus destructa sunt et episcopum ille alit.

Kollányi: Regesták a római és parmai levéltárakból. 42. l.

457.

Bécs, 1546 május 13.

Taincer Jakab tájaxi (morvaországi) lutheránus pap tudósítja Hofkircher Kristóf selmeczbányai jegyzőt állapotáról és kérdezősködik selmeczbányai barátjairól.

S. P. Binas ante ad te dedi literas optime Christophore. Satis coniicere possum te accepisse nullas, siquidem tanto[tempo]re mihi rescripsisses, qui alias, quoties ad te scripsi [fa]miliariter respondisti. Nunc rursum tecum colloqui insti[tui] ob hoc, ut te et alios certiores redderem de mearum[...] noxia enim vos de me audivisse, a Joanne Ne[...]obiter Vienne inveni. Intelligo nimirum multos[...] rasse λανολεγρίαν mee vite. At res gratia Dei[...] licior est. Vivo enim adhuc una cum tribus filiis meis[...] uxore, que rursum, Deo sit gratia, uterum gerit. Est mihi preterea clementissimus patronus, sub cuius ditione ago, predico et vivo, dominus Bertholdus Marescalcus regni Bohemie, locus nominatur Daiacum inferius situm ad fluvium Taia, duobus milliaribus a Znaÿma, octo a Vienna. Redditus non contemnendos quotannis habeo ex (fru)-mentis, magna enim agricolarum illic est frequentia [...] diligenter pro modulo talenti a Deo concessi, doceo, et, ut video, non sine fructu. Habes mi Christofore statum mearum rerum, vicissim a te peto, ut et mihi scribas, quomodo res se habent in patria tua et Schemnicie; num Leonardus adhuc illic sit. Vnice enim bonum virum non solum amo, verum etiam veneror, dignum multo encomio. Quod si ad me scribere volueris, ad dominum Venceslaum Osterreicher, civem Viennensem, vel ad ludimagistrum divi Stephani, M. Georgium Muslerum dare potes, quorum uterque eas mihi bene missurus est. Bene vale mi Christophore et omnes nostros communes amicos salutare velis, te vehementer rogo. Date Vienna XIII Maij anno Domini M.D.XLVI.

Jacobus Taincerus,
verbi minister ecclesie Daiacensis in Moravis, Tuus.

Kívül: Honesto et erudito viro domino Christophoro Hoh-kircher notario Semniciensi in montanis Hungarie.

Szakadozott eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

458.

Devecser, 1546 május 20.

Veszprémmegye tisztikara jelenti, hogy az elpusztult porvai pálos-kolostor pápai malmát az Enyingi Török-családtól a nagyvásoni és nagyjenei kolostorok számára visszafoglalta.

Nos universitas nobilium comitatus Wesprimiensis sedis Wasarhel, damus pro memoria. Quod nos ad instanciam et legittimam peticionem venerabilium et religiosorum fratrum heremitarum Michaelis claustri de Naghwason ac Clementis claustri de Nagh Ienew vicariorum, ceterorumque fratrum in eisdem claustris degencium, egregium Georgium de Bekas vicecomitem ac judices nobilium nostros parochianos, iuxta contenta articulorum Novizoliensium, Posoniensium, Tirnaviensium et iterum in proxima congregacione regnicolarum Posonii editorum, ad reoccupacionem ac restatucionem cuiusdam molendini dictorum fratrum heremitarum duarum rotarum Barathok molna vocati, in fluvio Thapwcha wyze decurrendo in territorio et inter metis oppidi Papa habiti in isto comitatu adiacentis, quod prius de iure pertinuisset ad claustrum heremitarum de Porwa, nunc tamen propter desolacionem eiusdem claustri, per venerabilem fratrem Franciscum generalem eiusdem ordinis heremitarum dictis fratribus in prescriptis claustris degentium datum et concessum fuerat, transmiserimus. Qui... reversi... retulerunt, qualiter ipsi feria quarta proxima post dominicam Judica proxime preteritam... dictum molendinum eisdem fratribus... de manibus magnificorum dominorum Joannis et Francisci Therek de Eunyugh ac egregiorum Emerici et Martini literati, modernorum officialium ipsorum in castro Papa constitutorum, apud quorum manus per certum tempus occupative tentum et possessum fuisset, reoccupassent... et omnino iam dictos fratres in dominium dicti molendini... introduxissent et statuissent... Datum in oppido Dewecher loco nostre congregacionis, feria quinta proxima post festum beate Sophie vidue, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Eredetije papiron, kívül négy rányomott pecsét helyével; Országos Levéltár: Acta Paulinorum 284. csomó, régi jelzete: Acta conv. Paul. Porva. fasc. 2. Nr. 3.

Közli: Iványi Béla.

459.

Lőcse, 1546 május 28.

I. Ferdinánd király (illetőleg a helytartó) a királyi személyes-jelenléti törvényszék elé idézteti Dobó Ferenczet, a ki a leleszi prépost lovait a pálóczi kastélynál elfogatta.

Ferdinandus, diuina favente clemencia Romanorum, Hungarie Bohemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Jazow salutem et graciam. Exponitur Maiestati nostre in persona reverendi Joannis prepositi ecclesie Leleziensis, pridem vicecancellarii nostri, quod cum circa festum beati Andree apostoli proxime preteritum prefatus exponens tria vasa boni vini de partibus comitatus de Wngh ad usum mense sue versus predictam Lelez, domum scilicet suam, in comitatu Zempleniensi existentem ducere faceret, et dum homines et servitores sui cum equis et curribus ac vinis iter eorum pacifice continuando prope possessionem Paloocz vocatam, in comitatu de Wngh existentem, pervenissent, indeque ad predictam domum dicti exponentis venire habuissent, tunc quidam Blasius Kelemen, officialis egregii Francisci Dobo de Rwzka, per eundem in castello suo Paloocz vocato in comitatu de Wngh constructo constitutus de commissione et mandato prefati Francisci Dobo, domini scilicet sui, assumptis secum certis complicibus et familiaribus eiusdem domini sui, manibus armatis et potenciariis ad prefatos homines et servitores vinaque prefati exponentis, via in predicta iter eorum pacifice continuantes, irruentes, ibique eadem tria vasa vini ab eisdem hominibus et servitoribus dicti exponentis violenter abstulisset ac, quo sue placuisset voluntati, fecisset, in quibus, salva violencie pena, dicto exponenti plusquam quadraginta florenorum auri dampna intulisset et inferri fecisset, potencia mediante, in preiudicium et dampnum dicti exponentis valdemagnum. Cum autem huiusmodi actus potenciarii per nos et iudices regni nostri ordinarii ex publicis regnicolarum constitucionibus continue discuti debeant et adiudicari, pro eo fidelitati vestre harum serie committimus et mandamus, quatenus presentes literas nostras preceptorias, memorato Francisco Dobo per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et presentari faciatis, qui si personaliter reperiri poterit, eundem ibidem personaliter, alioqui de domo habitacionis sive solite eiusdem residencie ammoneat eundem, dicatque et committat eidem verbo nostro regio, ut ipse decimo

quinto die a die exhibicionis presencium numerando, coram nostra personali presencia personaliter vel per legittimum procuratorem eius comparere debeat et teneatur ad premissa responsurum, certificando eundem ibidem, ut sive ipse termino in prescripto coram nostra personali presencia compareat sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod dictaverit ordo iuris, et posthec huiusmodi exhibicionis ammonicionisque et insinuacionis seriem cum ammonitorum nominibus terminum ad predictum, ut fuerit expediens, dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Lewchowie feria sexta post dominicam Cantate, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Conventus Michaelem de Dalmad, plebanum et fratrem conventualem misit, qui exequitur citationem feria tercia infra octavas festi Ascenssionis Domini.

Eredetije papiron, I. Ferdinánd királynak János leleszi prépost kérelmére 1546-ban Pozsonyban kiadott átiratában; Országos levéltár: Neo-Reg. Acta. fasc. 804. Nr. 26.

Közli: Iványi Béla.

460.

Pozsony, 1546 május 29.

Várday Pál érsek és kir. helytartó «frater Petrus prior et conventus ecclesie s. Michaelis arch. de Leweld Carthusiensis ordinis» kérésére Nádasdy Tamás országbirót maga elé idézteti s Nádasdy megigéri, hogy igazolni fogja magát.

Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis et locumtenens regiae Maiestatis ad preces fratris Petri, prioris conventus ecclesiae s. Michaelis de Leweld, Cartusiensis ordinis, citat Thomam Nádasdy, iudicem curiae, qui promittit se probare suam agendi rationem.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. F. nr. 17.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

461.

1546 május 30.

A Berthóty-család a szepesi káptalan előtt óvást emel az ellen, hogy Eperjes városa az ágostonrendiek mochnyai birtokát Ferdinánd királytól magának megszerezte.

Familia Berthóty coram capitulo Scepusiensi protestatur, ne civitas Eperjes possessionem eremitarum s. Augustini Mochnya vocatam a rege Ferdinando sibi impetret.

Wagner: Diplomatarium Comitat. Sárosiensis, 555. l.

462.

Lőcse, 1546 június 2.

Ferdinánd király (illetőleg helytartója) Dobó Ferenczet a leleszi prépost-tól erőszakkal elfoglalt tizedekért maga elé idézteti.

Ferdinandus... conventui ecclesie de Jazow. Exponitur Maiestati nostre in persona reverendi Joannis prepositi ecclesie sancte Crucis de Lelez, primum regni nostri vice cancellarii, qualiter circa festum beate Margarethe virginis et martiris in anno, cuius iam secunda instaret revolucio, preteritum egregius Franciscus Dobo de Rwzka, nescitur unde motus, universas decimas frugum, siliginum, bladorum, avene ac aliorum rerum decimari solitarum in possessionibus Wyzoka, Syslocz et utraque Kapos vocatis, omnino in comitatu de Wngh existentibus, alias per capitulum ecclesie Agriensis, cui eedem attinent, dicto exponenti sub certo precio in arendam et per ipsum exponentem in possessionibus Wyzoka, Syslocz ac utraque Kapos fideliter sibi ipsi sexingenta et quadraginta sex capecias collocatas in unum, missis et destinatis servitoribus suis et peditibus non tantum ipsas decimas, nec eo numero, sed ubicumque apud colonos ipsius exponentis fruges meliores invente sunt, acrius destructis et disiectis, abduci et in usum suum converti fecisset. Ex Nagh Kapos vero more predonico in silva Monyoros vocata, omnino in comitatu de Wngh existenti habita, pixidariis suis collocatis, pro illis decimis providos Albertum Fekethe, Mathiam Demyen, Paulum Braczyk, Joannem Lythwa, aliosque complures viros et mulieres intercipi et ad fortalicium Palocz captivos abduci fecisset... Vestrum testimonium... eidem Francisco Dobo... dicat ut coram nostra personali presentia companere debeat... Datum Lewchowie feria quarta post dominicam Rogacionum anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Conventus Michaelem de Dalmad presbiterum mittit, qui feria tertia infra octavas festi Ascensionis Domini exequitur mandatum. Datum quarto die diei execucionis prenotate, anno Domini supradicto.

Eredetije papiron, alul papirral fedett pecséttel, I. Ferdinánd királynak 1546 november 21-én Pozsonyban kelt átiratában. Országos Levéltár: *N. R. A.* fasc. 804. Nr. 27.

Közli: Iványi Béla.

463.

1546 június 3.

Az egri káptalan a szepesi káptalan előtt tiltakozik Perényi Péter, Czéczei Márton, Lónyay Gábor és Pohárnok István ellen, a kik birtokait elfoglalták.

1546. In festo Ascensionis Domini honorabilis magister Gregorius, canonicus et decanus ecclesie Agriensis, in persona venerabilis capituli dicte ecclesie Agriensis coram nobis etc protestatus extitit super eo, quod spectabilis et magnificus Petrus de Peren totales duas possessiones: Hewesiwan et Zenthmiklos, omnino in comitatu Hevesiensi existentes etc. ipsius capituli, occupasset, et iam fere quatuor annis occupative teneret etc. inhibuit eundem ab occupatione etc.

Item modo premisso egregii Martinus Czechej ac Gregorius Lonyay totalem porcionem possessionariam ipsius capituli Agriensis Zeplak vocatam in comitatu Abawywariensi existentem, occupassent, tenerent; inhibuit eosdem etc.

Item, quod egregius Stephanus Poharnok de Golob, tunc in humanis agens, totalem portionem possessionariam ipsius capituli occupasset, occupatamque tenuisset, eo mortuo nobilis domina, relicta ipsius eandem teneret; inhibuit eandem.

Item, egregius Nicolaus Henyey, castellanus castri Onod, vadum ipsius capituli in possessione Kysfalwd existentem, occupavit; inhibuit eundem.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias Nr. 2. a 13. és 54. ll. közé varrva.

Közli: Bunyitay Vincze.

464.

Pozsony, 1546 június 10.

Bornemisza Pál kir. tanácsos Nádasdy Tamásnak. — Peregi Albert pécsi prépost június 8-án meghalt.

— — Communis frater noster dominus Albertus prepositus etc. octava huius mortuus est, sequenti die sepultus, executores testamenti ipsius constituit do. eppum Jauriensem, Franciscum Revay, Paulum Bornemisza ac collegas suos consiliarios camere Hungarie. Vidimus quam summam magnifice vestre credidit, vidimus et habemus obligatorias vre mag^{ce}. Alia non habeo, que scribam.

Dolemus boni servitoris regie Mattis casum inopinatum, acerbissime dolemus multis ex causis, sed quis Deo optimo potenti indignari potest, quod immortalitatem suam cum hominibus non communicavit; moriendum semel est omnibus; sed inter hos luctus apparamus nos futuris nuptiis dni Báthory, ita enim jubet dnus locumtenens; iam cantores formant voces ad canendum: Imen o Imenee, qui heri mesti requiem ad bustum demortui fratris cecinere; talis est vite presentis inconstancia.

Eredetije Országos Levéltár: Nádasdy-család levéltára. — Közölve: Irodalomtört. Közlemények. III. évf. 331. l.

465.

Regensburg, 1546 június 13.

«Zbymek Berka zdrbee ana Stralonyczych» (így!) levele Nádasdy Tamáshoz a regensburgi tárgyalásokról és a trienti zsinatról.

«Auff dits mol weis euch nicht khein sonderlichen neytzeytung zu schreiben, ursach halben daz ir kaiserliche maiestät noch in der raichshandlungen nichts angeffangen czu handlen, dan ir maiestät haben steet auff unsern allergenedigisten hern den khunig gewartet. Wail aber ir maiestät auff der post: dornoch auch als gestern ir maiestät liebst gemahel die khunigin, mit zwen synnen und funff techtern ankhimen, hat man den landtag angefangen und ain furschlag gethan, als sambstag noch auffartstag Cristi, unsers seligmachers, umb etlich vil artickeln, als umb die *eynickeytt der glauben,* umb hilff wider die turckhen, umb das rechtfertigung, umb die mintz, und umb andern vil artickeln etc. Concilium zu Trient man helt und czelebriert und sein wuol wie man sagtt in die sechstzig bischoffen derbay des fur und fur handlen. Aber die luterischen haben ir gesanten nit bey innen, sondern begeren Nationale Consilium, welchs mir einfeltigen bedunckt daz solichs Concilium Nationale, wail die velt steet, ist nie begertt worden, sonder Concilium generale.»

Eredetije papiron, kívül gyűrűs zárópecséttel, melyen a *Z. B. Z.* betük láthatók; az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *B. 3.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

466.

Kolosmonostor, 1546 június 20.

László pécsváradi apát, a kolosmonostori egyház őre, az ugyanazon egyház szent Katalin oltárához tartozott puszta szőlőnek eladása s a bevett hat forintból két kápolnához egy-egy ajtót építtet.

Nos conventus monasterii beate Marie Virginis de Colosmonostra memorie commendamus per presentes, quod religiosus vir, frater Ladislaus, alias abbas Pechwaradiensis, nunc vero custos huius ecclesie nostre Colosmonostrensis, coram nobis personaliter constitutus, nobis significare curavit et modo: quod circumspectus Joannes Zabados, hic in prefata Colosmonostra commorans, emisset quandam vineam desertam, in promonthorio Kewmal adiacentem, que videlicet vinea alias pertinuisset ad altare sancte Katherine virginis in hac ecclesia fundatum; dictam autem vineam emisset pro florenis sex ea conditione, ut de prefatis pecuniis annotatus frater Ladislaus, custos, preparari faciat duo hostia magna, unum ad capellam sancti Benedicti, alterum vero ad capellam sancti Michaelis huius [ecclesie], que videlicet hostia in presentia nostra idem frater Ladislaus preparari fecit... Datum in festo sancte ei individue Trinitatis 1546.

Budai országos levéltár: D. L. 36., 406. Kolosmonostori Protocoll. 40b. l.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

467.

Regensburg, 1546 június 17.

I. Ferdinánd király Pétervárad Balázs magyar kamarai tanácsosnak (később jászai prépostnak) megparancsolja, hogy az elhalt jászai prépost ingóságait őrizze meg.

Ubi autem scripsisti nobis de prepositura Jazow et rebus demortui quondam prepositi, res illas volumus integras nobis servari, usque ad aliam commissionem nostram, paulo post tempore dabimus tibi informacionem, quid de illis erit agendum.

Országos Levéltár: Benignae resol. regiae ex 17. junii 1546.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

468.

1546 június 21.

A pozsonyi káptalan Révai Ferencz turóczi főispán és nádori helytartónak Pozsonyban május 6-án kelt és «venerabilis ac religiosorum fratrum Georgii Illirici vicarii et Blasii ac tocius conventus ordinis fratrum heremitarum beati Pauli primi heremite in claustro beatissime Marie Virginis de Tal degencium» kérelmére a «claustrum ipsum beate Virginis ac terre ad idem claustrum pertinentis» határjárását elrendelő parancsra jelenti, hogy a nádori ember és a káptalan embere, Budai Lőrincz kanonok a határjárást június 16-án végrehajtották, de annak Stain Boldizsár osztrák főkapitány ellentmondott.

Capitulum Posoniense ad mandatum Francisci de Rewa, locumtenentis palatinalis pro parte heremitarum b. Pauli in claustro B. M. V. de Thal degentium feria quinta proxima post festum b. Gothardi a. 1546. emanatum metas dicti claustri et terrae ad idem claustrum pertinentis determinari curavit medio Laurentii Budai canonici, sed Balthasar Stain, summus capitaneus Austriae contradixit.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum 382. csomó. Ugyanezen oklevelet Pozsonyban 1546 október 28-án átirja Révai Ferencz nádori helytartó. Ugyanott. Mindkettőnek régi jelzete: Actor. Prov. de Thal. fasc. 1. Nr. 6. L. még ugyanezen ügyben Turzó Ferencznek Pozsonyban «Sabbatho proximo ante festum omnium sanctorum» 1546. kelt oklevelét, melyben arról intézkedik, hogy Prezynghi máskép‚ Sthayn Boldizsár helyett urát, Serédy Gáspárt kell a jelen pörben megidézni és vele tárgyalni. Ugyanott, régi jelzete: Actor. Prov. fasc. 1. Nr. 7.

Közli: Iványi Béla.

469.

Nyitra, 1546 június 22.

Az elefánti pálos perjel és a hitszónok tiltakoznak 12 nyitra-vicsápi és apáti jobbbágytelek elidegenítése ellen.

Nos capitulum ecclesie Nittriensis memorie commendamus per presentes, quod religiosi fratres Martinus prior ac Franciscus concionator ordinis beati Pauli primi heremite in claustro in honore beati Joannis Baptiste supra possessionem superioris Lephanth constructo degentes, in ipsorum ac dicti conventus necnon tocius ordinis ipsorum nominibus et personis coram nobis personaliter constituti per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curaverunt in hunc modum, quod cum proximis hiis disturbiorum temporibus religiosi fratres heremite in predicto claustro beati Joannis Baptiste degentes, rebus ipsorum et ecclesie universis per violentos et raptores oppressoresque huius regni in predam publicam conversis, victualibus ademptis, eosdemque in personis wlneribus (!) letalibus afficientes, nulla eosdem spes alia,

quam mors sequeretur extrema, solam vitam conservare cupientes, varias regni ad partes sese conferendo, dictum claustrum fratribus subtilioris ingenii, ipsum eorum consiliis tutantibus, pene vacuum mansisset. Interim vero egregii Paulus et Joannes ac Dominicus et condam Gaspar de Barachka, necnon Andreas et Joannes de Redek ac alter Andreas et Gregorius de Elekchy, nescitur quibus ducti respectibus, quosdam fratres heremitas idiotas et simplices, tunc in eodem claustro utcunque degentes, primum racione quarundam duodecim sessionum jobagionalium, deinde iterum occasione similiter aliarum duodecim sessionum jobagionalium et unius curie nobilitaris predialis omnino in possessionibus Nyttra-Wychap et Apathy vocatis in comitatu Nittriensi existentibus habitarum, dictum claustrum fratresque heremitas ibidem degentes certo inscripcionis titulo concernentium, in curiam regiam citassent in causam, asserentes, easdem sessiones ad sese, optimo pertinere iure. At prior, tempore in eodem, per reverendum vicarium eiusdem ordinis pro tempore constitutus, ex quadam simplicitate sua et inadvertencia literas literaliaque instrumenta, factum earundem viginti quatuor sessionum jobagionalium et curie nobilitaris tangentes et concernentia, minime revolvisset et perlustrasset. Ex quarum continencia apertissime adversariis suis prenominatis, per se vel per procuratores eiusdem ordinis legittimos respondere, causamque dicti claustri et fratrum heremitarum premissam ab impeticione eorundem adversariorum defacili defendere potuisset, quin pocius idem prior dictorum actorum responsione et impeticione perterritus, tandemque interposicione personarum simplici ammonicione favorabiliter inclinatus, antefatas duodecim sessiones jobagionales in accione eorundem actorum priori specificatas, sine scitu et consensu reliquorum fratrum heremitarum tunc in dicto claustro Lephanth degencium, accepta ab eiusdem actoribus quadam centum florenorum Hungaricalium summa, easdem duodecim sessiones jobagionales simpliciter eisdem remisisset et resignasset possidendas. Nec hiis quidem prefati actores contenti, sed postquam certo didicissent predictum claustrum priore ac fratribus heremitis penitus destitutum, solo quodam fratre Joanne presbitero et altero fratre Andrea, agricola, heremitis eundem claustrum inhabitantibus, virtute quarundam literarum regie Maiestatis aut alterius iudicis ordinarii huius regni ordinarii, prioribus temporibus emanatarum, in sede eiusdem Maiestatis regie per eorundem legittimos procuratores proclamari procurassent, unde eciam per non venientem et non comparicionem eorundem fratrum here-

mitarum, aut legittimorum suorum procuratorum antefati actores quasdam literas adiudicatorias sentecionales pro parte eorundem extrahere, reliquasque duodecim sessiones jobagionales cum predicta curia nobilitari prediali, in antefatis possessionibus Nyttra Wychap et Apathy in eodem comitatu Nittriensi habitas, denuo per regium et nostrum homines sibiipsis heredibusque ipsorum perpetuo possidendas, absque ulla penitus pecuniaria solucione restatui procurassent, eosdem fratres heremitas ab hiisdem penitus excludendo, in preiudicium et dampnum eorundem fratrum heremitarum iurisque ipsorum derogamen manifestum. Unde facta huiusmodi protestacione, iidem fratres heremite Martinus et Franciscus qui supra, in ipsorum ac dictorum fratrum heremitarum et universi ordinis nominibus et personis, annotatos Paulum et Joannem ac Dominicum Barachkay, necnon Andream et Joannem Redeky ac Gregorium Elekchey, alios eciam cuiusvis status et condicionis homines, ab impetracione conservacione, item occupacione detencione usurpacione prescriptarum vigintiquatvor sessionum jobagionalium ac curie nobilitaris predialis, seseque quovis ex quesito sub colore in dominium earundem intromissione et statui factione, dominum insuper nostrum regem Ferdinandum, ac in presenti absencia sue Maiestatis a suo regno eius locumtenentem ad premissa consensus sui regii adhibicione, usufructuum et quorumlibet utilitatum suarum percepcione seu percipi faccione, universa eciam capitularia videlicet et conventualia ac alia quevis loca credibilia super premissis a literarum suarum sub quacunque forma verborum extradacione et emanacione quorumlibet iam factis vel fiendis contradixerunt inhibendo et inhibuerunt contradicendo palam, publice et manifeste, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria tercia proxima, ante festum nativitatis beati Joannis Baptiste, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Eredetije papiron, kívül rányomott pecsét töredékével; Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 86. csomó, régi jelzete: Acta conv. Paul. Elephant. fasc. 3. Nr. 21.

470.

1546 június 30.

Az erdélyi káptalan tanusítja, hogy Mohay Lajos a maga, neje és gyermekei nevében nemesi, de puszta birtokát Gáldon egy jobbágy-sessióval együtt Végedi Ambrus szolnoki főesperesnek, mint gáldi birtokos szomszédjának 33 forintért zálogba adta, bizonyos feltételek mellett, melyeket a felek elfogadtak.

Capitulum Transilvanum testatur Ludovicum Mohay vendidisse curiam suam desertam et sessionem unam jobbagionalem in possessione Gáld existentes Ambrosio Végedi archidiacono Szolnokiensi pro flor. 33.

Beke Antal: A gyulafehérvári káptalani levéltár. 185. l. 874. sorsz.

471.

Győr, 1546 július 1.

A győri helyettes kapitány értesíti Nádasdy Tamást a török ellen tett intézkedésekről és a szász választófejedelem ellen irányuló külföldi sereggyüjtésekről.

Spectabilis et magnifice domine, amice honorande, salutem, prosperumque successum. Literas vestras domino Erasmo Teyffl sonantes, absente eo, accepimus et perlegimus. Quidquid m. d. vestra de Turcarum conatibus, assiduisque depredationibus scribit, nobis utcunque palam est, qua de re domino generali capitanio (!) millies et scripsimus et locuti sumus. Unde sit auxilium sperandum, Deus optimus maximus novit, quanquam m. d. vestram latere nolumus, sacram regiam Maiestatem etc. nupperrime (!) domino generali capitanio (!) scripsisse, indicans, quod sua Maiestas brevi, loco Hispaniarum (!), qui in istis partibus fuere, quatuor millia et pedites et equites mittere velit, quapropter respectu ingentis urgentisque necessitatis, commissarium quendam et consiliarium bellicum ex nostro medio Ratisponam ad curiam regiam mox expedivimus, qui ea omnia, quecunque per Turcas in christianos sunt acta indiesque hostiliter seviant, declaret, suamque Maiestatem imploret, ut presidium illud, et si fieri possit fortiore (!), maturet, nam si dilatum foret, haud exiguum periculum huic misere patriae immineret, et timendum, ne omnia in hostium manus caderent, quem nunccium, una cum dicto auxilio, indies atque indies exspectamus. Quincenti equites, gravis armature in archiducatu Austrie conscripti sunt, quos domini et proceres predicte terre, ut oppinor (!) aut ad Owar, vel ad Ernburgam destinabunt, qui, quid tandem expedire et prodesse poterunt, arbitramur in illis nil deesse. Nobis huc Jaurinum per capitanium generalem in maiorem confortacionem ordinati sunt trecenti equites hussarones.

Ea, que dominus Berkha m. d. vestre scribit, sunt vetera, nam res hucusque plurimum mutata. Ea vero m. d. vestre certe perscribere possumus, quod sacratissississima cesarea Maiestas etc.

exercitum quoddam validum congregat, et antequam hic mensis Julius labitur, arbitramur, numerum militum octuaginta millium congregatos esse, nam ex Italia accedunt quindecim millia hominum, partim a papa stipendia habentes, Hispani, una cum his, qui in nostris partibus aliquantisper vitam degere, decem mille, Italicos equites levis armature quinque mille, equites Almanos armatos, exclusis his, quos sua Maiestas semper in curia solet habere, decem mille, pedites Allmanos (!) numero quindecim mille pedites ex inferioribus terris viginti mille, equitatum cum illis, quorum numerus non latet. Absque dubio episcopi, huic parti faventes, haud exigua conferunt auxilia. Sacra cesarea Maiestas civitatibus regni per publicas edixit literas, ne se moveant, sed pacifice domi permaneant, nam sua Maiestas hoc bellum causa fidei nequaquam proposuisse, sed propter corrigendos aliquos inobedientes duces, qui omnibus tocius reipublice commodis diverse agant impediantque factionibus suis, toti christianitati in perniciem, scilicet ducem Saxonie, Landtgravium Hessie et episcopum Coloniensem. Illud etiam sua Maiestas coram omnibus regni statibus, quod propter fidem nequaquam arma moveat, protestata est, quicunque vero adversis partibus manus porrigant adiutrices, eos tanquam hostes sue Maiestatis cognoscere velit. Faxit Deus optimus maximus, ut quamprimum ex his periculosis temporibus eliberamur (!) finemque felicem fata dedant. M. d. vestram felicem et incolumem semper valere precamur. Datum Jaurini primo Julii anno Domini 1546.

E. w. v. gnaten freind

Runipertus graf zu Tyrnstain v. Eberstarff[1] etc. mpp.

Oldalt: Auditur quoque partes adversas ad resistentiam congregari.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome de Nadasd, iudici curie, consiliario sacre regie Maiestatis, nec non comiti perpetuo terre Fogaras, amico nostro honorando.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *O.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

[1] Subscriptio vix legibilis.

472.

Sopron, 1546 július 6.

M(arcus?) Nádasdy Tamásnak megirja V. Károly császár készületeit a lutheranus fejedelmek ellen.

Spectabilis et magnifice domine, domine et benefactor observandissime, servitutis et mei perpetuam commendacionem. Iis diebus, dum Vienne fuissem, intellexi cesaream et regiam Maiestates contra certos principes rebelles esse nimium commotos, illis etiam per ducem Mauricium Saxoniensem indicasse, cum iis etiam omnibus civitatibus Lutherane sectis nunctiasse, quod si quis illis auxillio (!) fuerit, tales quam pro in[imi]cos (!) reputare, misitque cesar Augustam suos nunctios, ut illis iuxta morem et consvetudinem veterem gentes proclamarent, quod ipsi Augustenses non annuerunt, sed dixerunt, quod sua Maiestas extra civitatem faciat proclamare, hii, qui in civitate sunt, nemini serviunt. Deinde ipsi continuo sex millia peditum conduxerunt, fortificant civitatem, quo melius possunt. D. Anthonius Fwgger et Pawngardner sunt Ratispone. Fwgger etiam exolvit illos Hispanos Vienne, qui ultra duo millia equos habuerunt, et feria quarta discesserunt ex Vienna, non sine maximo damno eorundem. Audivi quoque etiam alios plures ex Augusta suas uxores et filios in loca tuciora conferre. Ex Vienna feruntur Ratisponam 1000 centenarii pulveris bombardarum et cum hoc bombarde maiores per aquam, et insuper universa tentoria regis et omnia sue Maiestatis et preterea preparantur ex omnibus telis, wlgo kythel, in tota civitate temptoria. Hoc quoque audivi, quod rex Dacie[1] miserit principibus Lutheranis III^M^ millia equitum, universos in armis nigris et octo millia peditum, ita, quod sunt iam in magna copia. Deus omnipotens interponat partes suas, amen. Summus pontifex dicitur huius negocii esse et fundator et solutor. Deus det iustis gloriam et victoriam. Regna hereditaria miserunt specialem nunctium, cruciferum regnorum hereditariorum videlicet cum 25 equis, pro auxillio (!) regnis hereditariis contra Turcos conferendo, ad cesarem et regiam Maiestatem. Reliquum est, quod Deus omnipotens dominationem vestram spectabilem et magnificam diu cum suis felicissime con-

[1] Intelligit regem Daniae.

servare dignetur, cui me in evum recommendo. Ex Sopronio 6. Julii anno 1546.

Vestre spectabilis et magnifice dominationis servitor

Ma.(rcus?)

Kívül: Spectabili et magnifico domino comiti Thome de Nadasd, libero domino et perpetuo comiti terre Fogaras, iudici curie regie maiestatis ac supremo regni Hungarie capitaneo etc. domino, domino et benefactori observandissimo.

Eredetije papiron, papirba nyomott gyűrűs pecséttel, melynek ábrája azonban elmosódott, az Országos Levéltárban levő Nádasdy-levelek *A. I.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

473.

Lelesz, 1546 július 9.

Makrai Péter, a domokosiak beregszászi kolostorának perjele Beregszász Árok-utczájában birt kőházuk két egyenlő részét minden jogaival együtt Oroszi Demeternek örökáron eladja.

Nos Joannes prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez memorie commendamus, quod venerabilis et religiosus frater Petrus de Makra, prior fratrum ordinis Predicatorum beati Dominici confessoris in claustro ecclesie beati Stanislai episcopi et martyris, in oppido Beregzaz fundato degentium ac vicarius totius provincie Hungarie, in sua propria ac totius conventus prefatorum fratrum sub se degentium nominibus et personis nostram personaliter veniens in presentiam, sponte et libere confessus est et retulit coram nobis in hunc modum: quomodo ipse et totus conventus eorundem fratrum dicti claustri pro quibusdam ipsorum inevitabilibus necessitatibus, ipsos ad presens summe urgentibus, evitandis, presertim autem propter instaurationem predictorum claustri et ecclesie ipsorum desolationi extreme deventorum inducti et coacti, matura in se deliberatione prehabita, duos equales partes cuiusdam lapidee domus ipsorum fratrum seu claustri in eodem oppido Beregzaz, in platea seu vico Arokwcza vocato, in vicinitate a parte septemtrionali filiorum quondam Alberti Pelbarth, a parte vero meridionali Mathei Warga nuncupati site et habite, quas scilicet duas partes huiusmodi domus providus quondam Bartholomeus Theolgyes in articulo mortis sue dictis fratribus et claustro in perpetuam elemosinam legasset et commisisset, cum

cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad eosdem duas equales partes dicte domus lapidee de iure pertinentibus, egregio Demetrio de Orozy suisque heredibus et posteritatibus universis in et pro florenis sexaginta auris (!) ab eodem Demetrio Orozy per eosdem fratres iam plene et integre habitis et levatis dedissent, vendidissent et inscripsissent iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem iidem fratres in prescriptis duabus partibus prefate domus ipsorum pro se vel ecclesie et claustro ipsorum reservantes, sed totum et omne ius omnemve iuris et domini proprietatem, quod videlicet et quam iidem in eisdem hactenus habuissent aut in futurum etiam habere sperassent, in prenotatum Demetrium Orozy suosque heredes et posteritates universos transtulissent, imo dederunt, vendiderunt et inscripserunt, totumque et omne ius ipsorum, in eisdem habitum, in eundem et suos heredes modo premisso transtulerunt pleno iure et cum effectu coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria sexta proxima post festum Visitationis beatissime virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Leleszi országos levéltár: Protocollum. VIII. 61*b*. 1.

Közli: Bunyitay Vincze.

474.

Beszterczebánya, 1546 július 10.

A beszterczebányai tanács a szent Erzsébet-ispotály igazgatóságára Stéger Ráfaelt, a városi jegyző fiát jelöli ki s ezt az esztergomi érsekkel tudatja.

Reverendissimo ac amplissimo principi Paulo de Warda, archiepiscopo Strigoniensi, nos iudex etc. debitam reverenciam cum humilima etc. Patrone gratiosissime, vacante rectoratu hospitalis ecclesie sancte Elizabeth vidue hic Novizolii apud nos per obitum honorabilis domini Josephi presbyteri, ultimi ministri et rectoris eiusdem hospitalis, cuius ius patronatus et presentandi facultas ex speciali sacre regie Maiestatis domini nostri clementissimi donatione nobis hac in parte clementer admissa et concessa ad nos pleno iure pertinet. Quare ad eandem recturam hospitalis discretum ac eruditum Raphaelem Steger, reipublice nostre notarii filium, v. r. dominacioni presentandum duximus, imo per presentes presentamus, pro eo humilime supplicantes, eadem

hunc ad prefatum rectoratum hospitalis pure et propter Deum gratiose instituere et investire dignetur, sibi proinde curam et administrationem rerum tam spiritualium quam secularium in eadem committendo, premium a Deo acceptura. In cuius robur sigillum civile appressum. Anno 1546. sabbatho ante festum Margarethe.

Eredetije papiron; Országos Levéltár: Eccles. Irregestr. 75. csomó.

Közli: Iványi Béla.

475.

Győr, 1546 július 12.

A győri káptalan jelenti, hogy a győri egyházban alapított szent Demeter-oltár javadalmát kegyuri jogánál fogva előbb Márk kanonoknak és a győri szent Adalbert-egyház prépostjának adta. Azonban Márk prépost «visa indigentia paupertateque nostra» az oltárjavadalomról a káptalan javára lemondott. Hálából megigéri a káptalan, hogy ha újra e javadalom betöltésére kerül a sor, senki másnak nem adja, hanem csak Márk prépostnak.

Capitulum Jauriense beneficium rectoratus altaris s. Demetrio Marco canonico contulit, qui tamen visa indigentia et paupertate capituli idem in favorem capituli remittit.

Eredetije a győri káptalan magánlevéltárában. Cimeliothec. VIII. 543.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

476.

1546 július 21.

A leleszi konvent bizonyítja, hogy Matuznay Györgynek és Pálnak a bereghi pálosok ellen néhai Matuznay Miklós birtokáért folytatott perében a kiküldött biztosokat a pálosok egyike kivont karddal a végrehajtásban megakadályozta.

Serenissimo principi domino Ferdinando... regi semper augusto... Joannes prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez orationum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit Serenitas, nos literas eiusdem vestra Serenitatis adiudicatorias, sententionales modum et formam cuiusdam vice iterata executionis, necnon ducentorum florenorum auri solutionis et satisfactionis in se exprimentes per vestrum regium et nostrum homines exequi debentes, Lewchowie vigesimo tertio die diei festi beati Georgii martyris proxime preteriti, ad quem videlicet terminum universe cause regnicolarum nostrorum decem et octo comitatuum partium superiorum iuxta proximam publicam consti-

tutionem Statuum et Ordinum regni nostri in conventu eorum generali Posonii pro festo conversionis beati Pauli apostoli proxime preterito, Maiestate vestra presente celebrato, factam, per Maiestatem vestram ad civitatem eiusdem Lewchowiensem generaliter fuerant prorogate, pro parte egregiorum Georgii et Pauli Mathwznay de Kowazo, alias Kazon contra fratrem Georgium vicarium et fratres heremitas in claustro de Beregh residentes, clause in papiro confectas et emanatas, nobisque preceptorie sonantes et directas reverentia et honore, quibus decuit, recepimus, quas, habita seriei earundem executione, capite sigilli nostri ab extra in margine superiori, ut moris est, consignatas, exhibenti in specie restituimus, iuxta quidem continentiam earundem nos mandatis vestre Serenitatis nobis literis in eisdem adiudicatoriis iniunctis obedire volentes, ut tenemur, una cum nobile Nicolao de Beche, homine vestre Serenitatis, inter alios homines eiusdem in pretactis literis adiudicatoriis nominatim conscriptos expresso, de curia sua regia per eandem Maiestatem ad id specialiter deputato, nostrum hominem, religiosum videlicet fratrem Georgium de Megyer, presbyterum ecclesie nostre conventualem, ad contenta prenarratarum literarum eiusdem adiudicatoriarum fideliter exequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem abinde erga nos reversi, nobis conformiter retulerunt isto modo: quod ipsi feria quinta proxima ante festum sancte et individue Trinitatis[1] proxime evolutum ad faciem possessionis Nagh Mwsay, consequenterque portionis possessionarie prefati quondam Nicolai Mathwznay in eadem habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedentes, dumque dictus homo Maiestatis vestre, testimonio nostro presente, continentiam pretactarum literarum vestre Serenitatis adiudicatoriarum debite executioni demandare voluisset: tunc quidam ex fratribus heremitis eiusdem claustri in venerabilis et religiosi fratris Simonis vicarii ac totius conventus fratrum Heremitarum predicti claustri nominibus et personis gladio suo evaginato, nudo et extenso memoratos vestre Serenitatis et nostrum homines ab executione huiusmodi literarum eiusdem adiudicatoriarum violenter repulisset, easdemque debite executioni demandare et effectui mancipare non permisisset. Cuius quidem executionis seriem ad eorundem vestre Serenitatis et nostri hominum relatioriam fassionem, ut fuit expediens, ad quintum decimum

[1] I. e. 17-a Junii.

diem diei executionis et repulsionis huiusmodi presentie eiusdem duximus fideliter rescribendam. Datum tricesimo quarto die diei executionis prenotate. Anno 1546.

Leleszi országos levéltár : Protocollum. VIII 74*b*. 1. — Eredetije Országos Levéltár : Acta Paulinorum. 10. cs. Régi jelzése : Acta con. Paul. de Beregh. fasc. 1. nr. 8.

Közli : Bunyitay Vincze.

477.

Sárvár, 1546 július 21.

Nádasdy Tamás felkér mindenkit, a kit illet, hogy emberét, Zoltán Imrét, a kivel néhány harangot vagyis rezet Bécsbe küld, hogy azokból vára számára ágyúkat öntsenek, mind oda-, mind visszamenet vámmentesen engedjék tovább. Thomas Nádasdy cum servitore suo nobili Emerico Zoltán quasdam campanas seu cuprum Viennam mittit, ut ex eo pro necessitate sua ingenia conflent, adeoque tributis immunem aditum et reditum pro eo petit.

Országos Levéltár : Nádasdy-számadások. *b)* csomó.

Közli : Iványi Béla.

478.

1546 augusztus 14.

Bánffy Miklós azon bánffyhunyadi malmot, melynek negyedrésze a bánffyhunyadi Szent-Anna-kápolnáé volt, Ferencz misés papnak, a kápolna igazgatójának nevében is 170 forintért eladja Bánffy Lászlónak.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostora memorie commendamus... quod... Nicolaus Banffy de Naghffalw onera... Georgii, Joannis et Balthasari fifiorum nennon Anne, Margarethe, Barbare, Helene et Judith... filiarum... ac discreti etiam Francisci presbyteri, rectoris capelle beate Anne in oppido Hunyad constructe, qui in molendino infrascripto hactenus quartam partem possedisset in se assumendo... totale molendinum desuper fluens in fluvio Keres vocato in oppido Hwnyad constructo in comitatu de Colos existenti habito egregio Ladislao Banffy de Bonczyda... pro florenis 170... vendidit... assumendo... Ladislaum Banffy in pacifico dominio eiusdem contra quoslibet... et signanter contra predictum Franciscum presbyterum, quem de predicta ipsius molendini quarta parte contentum se redditurum promisit... tueri... Datum Sabbatho in vigilia festi

assumptionis beate virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Eredetije a gr. Bánffy-család levéltárában. f. Q. 23.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

479.

Bártfa, 1546 augusztus.[1]

Ecchius Bálint értesíti Hofkircher Kristóf selmeczi jegyzőt az őt kereskedés közben ért veszteségekről és előadja véleményét a német háborúról.

Germanicos motus iam pridem commendavi Deo, qui nisi ipse eos atque nos impediet (?), perierimus. At faciunt quandam spem insimul (?) fore, ut archiepiscopi Moguntinensis atque Mauricii principis opera ea belli molimina Germanorum a Germanis in communem vertantur hostem. Id, quod concedere dignetur Christus.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

480.

Nagyszombat, 1546 szeptember 13.

Várdai Pál Gömörmegye tizedeit úgy adja haszonbérbe Bebek Ferencznek, hogy 6 kalangya gabonáért 1 forintot és 4 csöbör borért szintén 1 forintot fizessen.

Nos Paulus etc. Recognoscimus per presentes literas nostras, quod nos universas decimas nostras vinorum, frugum et bladorum, aliarumque rerum decimari solitarum, pro anno presenti nobis et mense nostre archiepiscopali ex toto comitatu Gewmeriensi, dempta possessione Batthka, cuius decimam egregio Mathie Boza dedimus et concessimus, provenire debencium, magnifico domino Francisco Bebek de Pelsewcz comiti comitatus Gewmeriensis eo modo eaque condicione in arendam dedimus et contulimus, ut ipse pro singulis sex capeciis frugum singulos florenos, pro singulis autem quattvor vasis vini wlgo chewbewr similiter singulos florenos Hungaricales facta diligenti connumeracione ipsarum decimarum de toto comitatu, tam videlicet, quas ipse percepit, quam de iis, quas Mathias Baso vel alii quicunque perceperunt in eodem comitatu, nobis persolvere et medietatem

[1] Diem auctor epistolae omisit.

precii huiusmodi decimarum ad festum beati Luce evangeliste proxime futurum alteram autem partem dimidiam ad festum beati Nicolai inmediate subsequendo, pro integra solucione ipsarum decimarum iuxta racionem predictam nobis deponere et persolvere teneatur, ac ipse dominus Bebek de manibus Baso et aliorum quicunque in comitatu ipso aliquam partem decimarum sibi usurpasset, decimas omnes eliberare et percepcionem colleccionemque ipsarum ipse per se curare debeat. Immo damus, locamus et conferimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Thyrnavie die decimo tercio mensis Septembris anno Domini 1546.

Országos Levéltár: Történelmi emlékek. *P. N.* 1545 jan. 8. — 1546.

Közli: Iványi Béla.

481.

Prága, 1546 október 2.

Ferdinánd helyeslését nyilvánítja Várdaynak a fölött, hogy a felső vidékre Serédy Gáspárral Péterváradi Balázst is elküldé, részint az adó beszedése, részint pedig a Serédy és Báthory Endre között levő egyenetlenség megszüntetése végett. Ferdinánd e levelében Lossonczy Istvánnak s Balassa Menyhértnek szigoruan megtiltja a primási s káptalani tized behajtásának megakadályozását. Biztatja, hogy a sági monostor és Érsekújvár megerősítéséről gondoskodik.

Ferdinandus . . .

Rssime in Christo pater, fidelis syncere dilecte. Redditae sunt nobis privatae vestrae literae, quibus significatis non a vobis praetermissum esse, quominus cum fidele nostro magnifico Andrea Báthory etc. de conditione et ordine suo tractare et concludere potueritis, sed sua ipsius culpa, et negligentia id contigisse. Et quid illi scripseritis ex copia literarum vestrarum intelleximus. Haec quidem jam praeterierunt, nihilominus quod per hominem ejus, denuntiaveritis, ad trecentos equites ei servitium futurum, id nobis placet. Non displicet etiam, quod cum fidele nostro magnifico Gaspare Seredy etc., ad partes superiores regni nostri proficiscente, fidelem nostrum Blasium literarum de Varadino Petri, tum ad eximendas dicas, tum vero ad revidendas et componendas eas differencias, et simultates, quae inter ipsum Seredy et Andream Báthory ortae sunt, miseritis. Mandavimus et nos utrique, quo revisioni differenciarum ipsius Blasii literati et eorum nobilium, quos is sibi adiunxerit, pareant, depositaque simultate concordi

animo curent ea, quae sunt dignitatis et authoritatis nostrae defensionisque regni istius nostri Hungariae. Commisimus et Blasio literato, ut omni cura et diligencia tam sua, quam nobilium ei adhibendorum curet, illos in mutuam concordiam reducere. Aut si tam graves essent inter eos differenciae, ut ipse Blasius literatus cum adscitis nobilibus revidere et componere nulla via posset, eas (cum divino beneficio Viennam rediremus), nos ipsi vobiscum et cum aliis fidelibus consiliariis una revidebimus. Quod ad Melchiorem Balassa, et Stephanum Lossonczy attinet: hi nondum in his, quae cum eis tractata per vos fuere, homines eorum ad nos miserunt, neque literas scripserunt. Ubi ad nos miserint, sciemus, quid illis sit respondendum. Mandamus interim illis sub indignationis nostrae poena, ne vestros proventus, aut decimas capituli vestri ulla ratione impedire, et attingere audeant, sed eas integre tam vobis quam etiam capitulo faciant administrari. Scripsistis deinde castellum a Turcis e regione Strigonii ceptum, aedificari etc. De hoc vel diruendo vel alio in eius oppositum erigendo, expectamus vestram et capitanei nostri generalis informationem, qua de re proximis nostris literis ad vos scripsimus. Nihilominus tamen, dum huic rei commode provideri poterit, mandavimus nunc eidem capitaneo nostro generali, ut claustrum Saagh, et novum castellum vestrum videat, eaque necessariis praesidiis, quibus poterit, facultasque erit, muniat... Datum Pragae secunda die Octobris anno Domini millesimo, quingentesimo quadragesimo sexto...

A primási világi levéltárból. Közölve: Magyar Sion. 1866. 378—79.

482.

Pozsony, 1546 október 2.

Várday Pál esztergomi érsek és királyi helytartó megparancsolja Rayky Jánosnák, Gábornak és István özvegyének, hogy a somogyvári egyház javait Ujlaky Ferencz győri püspöknek, mint Pereghy Albert volt somogyvári kormányzó végrendeleti végrehajtójának adják ki.

Paulus de Warda archiepiscopus Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus cancellarius et locumtenens serenissimi principis et domini domini Ferdinandi divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. egregiis Joanni et Gabrieli Rayky necnon generose domine S... egregii quondam Stephani Rayky relicte, salutem cum favore. Exponitur no[bis]

in personis reverendissimi domini Francisci Wylaky episcopi Jauriensis et aliorum tu[toru]m testamenti reverendi condam domini Alberti de Pereg prepositi Quinqueecclesiensis.....ce, quomodo dictus dominus Albertus prepositus, dum viveret, medio suorum [official]ium de Somoghwar, videlicet egregiorum Francisci Sewenhazy et Thome... assyt mandarat, ut ipsi res et bona ecclesie eiusdem Somoghwar.....ori conservacione, tanquam apud manus fideles asseverendas, egregio [quon]dam Stephano Rayky assignarent apud eumque reponerent, donec eidem [domi]no preposito, easdem res et bona ecclesie rursum ad se recipere libuisset. Nunc autem post mortem et domini prepositi et dicti fratris vestri Stephani Rayky res et bona eiusdem apud vos relicte essent atque haberentur. Cum autem dicte res et bona ecclesie prefate ad quam spectant, debeant rursum applicari et restitui, propterea vos hortamur ac regia, qua fungimur, authoritate vobis committimus firmiter, ut res ac bona ecclesie predicte ad manus dicti Francisci Sewenhazy integre ac fideliter assignare et reddere, manibus prefati domini episcopi Jauriensis et aliorum tutorum testamenti perferendas debeatis et teneamini. Quod si forte creditum aliquod cum prefato quondam domino Alberto preposito habere pretenderitis, coram ipsis dominis executoribus testamenti iura et actiones vestras provideatis, non enim deerit iuris vobis administracio. Res tamen et bona ecclesie nullomodo diucius quovis pretextu retinere presumatis. Quibus quidem redditis, presentes pro vestra reservetis expedicione, alioquin exhibenti restituendas. Datum Posonii die secunda Octobris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Commissio propria domini locumtenentis regie Maiestatis etc.

Eredetije rongált papiron; Országos Levéltár: Ecclesiast. irreg. 75. csomó.
Közli: Iványi Béla.

483.

1546 október 8.

Gergelyfalvy Péter, János leleszi prépost nevében a szepesi káptalan előtt tiltakozik Homonnai Drugeth Gábor, Imre és Antal ellen, a kik a prépostság Kapos nevű városát elfoglalták és a király által maguknak akarják adományoztatni.

Nos capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, quod egregius Petrus Gergelyfalway nomine et in

persona reverendi domini Johannis, prepositi ecclesie sancte Crucis de Lelez, nostram veniens in presentiam, per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curavit in hunc modum: quomodo magnifici Gabriel, Emericus et Anthonius Drwgeth de Homonna oppidum eiusdem domini prepositi et ecclesie sue Kapos vocatum, in comitatu de Wngh existentem, habitum, pro sese minus iuste et indebite ac preter omnem viam equitatis occupassent, modoque occupative tenerent, fructusque et utilitates eiusdem proseipsis percepissent, nunc quoque percipere non cessarent, imo totis ipsorum conatibus et viribus dictum oppidum ab eodem domino preposito et dicto ecclesia sua alienare conarentur in preiudicium et dampnum eiusdem domini prepositi et ipsius eeclesie valde magnum. Ideo idem Petrus Gergelyfalway nomine prefati domini prepositi serenissimum dominum Ferdinandum etc. regem, dominum nostrum clementissimum a donatione et collatione, consensusque sui regii superinde prestatione, prefatos vero Gabrielem, Emericum et Anthonium Drwgeth de Homonna et alios quoslibet ab impetratione, emptione, occupatione, detentioneque et conservatione aut sibi ipsis appropriatione aut usurpatione, usuque fructuum et quorumlibet utilitatum eiusdem perceptione seu percipi factione quomodolibet iam facta vel fienda inhibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria sexta proxima post festum beati Francisci 1546.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias 2. fol. 40. (4-ik lapsorozat.)

Közli: Bunyitay Vincze.

484.

Pozsony, 1546 október 10.

Várdai Pál érsek az ipolysági és drégelyi őrségek fizetésére Gottay Deák Miklóstól 200 forintot vesz kölcsön s biztosítékul leköti a vágujhelyi és csejtei tizedek 1547. harmadát.

Nos Paulus etc. Recognoscimus per presentes, quod nos levavimus et recepimus mutuo ab egregio do. Nicolao literato de Gottho ad solucionem equitum et peditum nostrorum, quos in castro nostro Dregel et claustro Saag contra Thurcas tenere cogimur, ducentos florenos Hungaricales, quos eidem do. Nicolao Gotthoy absque omni dilacione excepcioneque ad festum beati

Nicolai episcopi proxime venturum persolvere promittimus. Quod si id facere non possemus, ex quo quidem idem Nicolaus Gotthoy nobis in administracione proventuum nostrorum hiis annis transactis opera studio et diligencia sua propriis suis expensis et sumptibus, sumptus qui se ad centum flor. possunt extendere, non modica exhibuit servicia, in eo casu directam terciam partem universarum decimarum nostrarum ex toto districtu Cheythe, Wyhel pro anno futuro, videlicet millesimo quingentesimo quadragesimo septimo nobis et mense nostre archiepiscopali provenire debencium, quam videlicet terciam partem alias magnificus dominus Ladislaus Banffy de Alsolyndwa a nobis arendare solitus erat, eidem Nicolao Gotthoy pro prescripta summa florenorum ducentorum et expensarum premissarum in arendam dedimus et locavimus. Immo damus, locamus, ita tamen, ut prefatus dominus Ladislaus Banffy ab eodem Nicolao Gotthoy prescriptam terciam partem dictarum decimarum usque ad festum sancti Georgii proxime venturum vigore articulorum in novissimo conventu Posoniensi editorum, si voluerit, ad se redimere possit atque valeat solito precio arende, quo antea ipsam decimam conducere solitus fuit, promittendo casibus in premissis eundem do. Nicolaum Gotthoy uxoremque et heredes suos in pacifica percepcione ipsarum decimarum conservare et manutenere, ita, ut si eundem Nicolaum Gotthoy uxoremque et heredes suos a quibusvis violentis in prefatis decimis aliquod damnum pati contingat, nos totum illud eliberare, rectificare vel ex aliis nostris proventibus eidem et eisdem resarcire teneamur. Ac literas insuper regias confirmatorias huiusmodi contractus, si necesse fuerit, eidem pro maiori sua securitate expediemus, immo promittimus et ad premissa omnia observanda nos obligamus et obligatos esse volumus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Posonii 10 die mensis Obtobris 1546.

Országos Levéltár: Történelmi emlékek. *P. N.* 1545 jan. 8. — 1546.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

485.

Pozsony, 1546 október 10.

Várdai Pál esztergomi érsek a vágujhelyi és csejtei tizedek harmadának kétharmadrészét Gotthay Deák Pálnak adja el 200 forintért.

Nos Paulus etc. Recognoscimus per presentes literas nostras, quod nos duas equales et integras partes sew porciones tercie

partis et porcionis totalis et universe decime nostre frugum vinorum bladorum et aliarum rerum decimari solitarum ex toto districtu Cheythe et Wyhel, pro anno presenti nobis et mense nostre archiepiscopali provenire debencium, quarum scilicet duarum parcium prescriptarum terciam partem magnificus dominus Stephanus Lossonczy pro se retinuit, egregio Nicolao Gotthoy in et pro ducentis florenis Hungaricalibus per eundem Nicolaum Gotthoy nobis integre persolutis in arendam dedimus et locavimus, salvis duabus illis integris partibus totalis decime dominis Stephano Lossonczy et Ladislao Banffy de Alsolyudwa iam antea arendatis, promisimus eundem Nicolaum Gotthoy signanter contra magnificum dominum Stephanum Lossonczy et generosam dominam Magdalenam Zekel consortem magnifici domini Ioannis a Pernstain et alios quoslibet violentos in percepcione earundem decimarum sibi arendatarum in omnem eventum conservare defendere et manutenere indemnem, et insuper, quod si eundem Nicolaum Gotthoy a violentis quibusvis in percepcione ipsarum decimarum in toto vel in parte aliquod damnum pati contingat vel iam defacto contigisset, nos illud totum eliberare, rectificare vel ex aliis proventibus nostris in specie resarcire eidem teneamur et sumus obligati, immo damus et locamus promittimusque et nos obligamus et obligatos esse volumus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Posonii 10. Octobris 1546.

Országos Levéltár: Történelmi emlékek. *P. N.* 1545 jan. 8. — 1546.

Közli: Iványi Béla.

486.

Prága, 1546 október 29.

Ferdinánd király ujfent kéri III. Pál pápát, hogy Várday esztergomi érseket bíborossá tegye.

Beatissimo in Christo patri et domino, domino Paulo III. divina providentia sacrosanctae Romanae et universalis ecclesiae summo pontifici; domino nostro reverendissimo.

Beatissime in Christo pater et dne, dne rme. Post humilem commendationem filialis observantiae nostrae continuum incrementum. Quanto studio multos iam annos et litteris et nunciis identidem egerimus apud vestram Sanctitatem, ut fidelem nostrum rmum in Christo patrem Paulum, archieppum Strigoniensem, summum cancellarium et locumtenentem nostrum in regno Hungariae,

nobis sincere dilectum, in cardinalium numerum cooptaret, satis potest Sanctitas vestra memoria tenere, et illud quoque, quod quamvis ad preces nostras eadem Sanctitas vestra semper responderit, sese prima quaque occasione nostrae petitionis benignam rationem habituram esse, hactenus tamen protracta res sit, compluribus occasionibus praetermissis, in quibus omnino sperabamus nostri huiusce voti nos compotes futuros esse. Cum igitur ea sint merita praefati archiepiscopi Strigoniensis in sanctam sedem apostolicam, ut ea dignitas personae suae, etiam tacentibus nobis, id quod nos tanto studio a Sanctitate vestra contendimus, quae suapte sponte talibus viris mirifice favere solet, promereri iamdudum debuisse videatur: etsi nihil quidem verebamur, quin Sanctitas vestra perbrevi huic petitioni nostrae satis esset aliquando factura, cum tamen praememoratus locumtenens noster in iis, quae ad regni nostri Hungariae administrationem spectant, difficillimis temporibus studio, industria ac vigilantia sua sese in dies magis nobis commendet, nihil interim praetermittens, quod in tantis rerum discriminibus ad retinendam religionem et pietatem in Deum sanctamque istam sedem apostolicam ab eo usquam praestari possit: visum est inter caetera negotia hoc temporis Sanctitati vestrae hac de re quoque breviter scribere et ab eadem petere vehementer, dignetur ita efficere, ut fidelis noster praefatus operae et sollicitudinis suae, quam nobis et christianae reipublicae assidue summa cum laude praestat, hoc saltem proemium vestrae Sanctitatis munificentia ac liberalitate extrema aetate sua consequatur. Id quod nos quoque a Sanctitate vestra non vulgaris officii numero apud animum nostrum reponemus. Cui nos et eundem archiepiscopum omni studio et observantia humiliter commendamus. Datum in arce nostra regia Pragae die XXIX. mensis Octobris anno Dni M.D.XLVI, regnorum nostrorum Romani XVI. aliorum vero XX.

E(iusdem) Sanctitatis v(estrae)

humilis et obsequens filius
Ferdinandus.

Ad. Carolus.

Theiner: Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Tomus I. Romae 1863. 657.

487.

1546 október 30.

Nyalkai Deák Mihály pannonhalmi várnagy és udvarbíró a győri káptalan előtt kijelenti, hogy noha a pannonhalmi apátság javaiból nagyságos Bedegi Nyáry Ferencz honti főispán, kir. fölovászmester «et pro nunc tutor et conservator abbatie sancti Martini» Ásványtő falut neki adta, ő mégis bizonyos okokból rávitetve, megigéri, hogy a mikor szent Márton egyháza a jó Isten akaratából régi állapotába visszahelyeztetik, apátnak és igazi szerzetes egyházi személyeknek visszaadatik, e falut a monostornak átengedi, kivéve azt az új házat, a mit ott akar építeni.

Michael litteratus de Nyalka castellanus et provisor castri sacrimontis Pannoniae coram capitulo Jauriensi testatur, quod, quamvis magnificus Franciscus Nyáry de Bedegh, comes Hontensis, agazonum regalium magister et protunc tutor et conservator abbatiae s. Martini possessionem Ásványtő sibi dederit, tamen certis respectibus ductus obligat se ad reddendam hanc possessionem, dum et quandocunque ecclesia s. Martini, Deo optimo annuente in pristinum statum abbatique et conventui, veris scilicet religiosis et spiritualibus personis integra possidenda restituetur.

Eredetije a pannonhalmi rendi lt. C. 48. l. G. — Egész terjedelmében közölve: A pannonhalmi Szent Benedek-rend története. IV. 698—99.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

488.

Prága, 1546 november 7.

I. Ferdinánd király minden egyházi és világi biróságnak meghagyja, hogy a Báthori István özvegye, Thelegdi Katalin «ab una ac fidelem nostrum reverendum Martinum de Kecheth episcopum Wesprimiensem consiliarum nostrum necnon egregios Joannem et Melchiorem Kechethy fratres eiusdem episcopi Wesprimiensis parcium ab altera» közt, a szatmármegyei Szatmár és Némethi városok miatt folyó pert mindaddig elhalasztja, míg János király és saját maga adományozásai felülvizsgálat alá nem kerülnek.

Ferdinandus rex litem inter Catharinam Thelegdi, Stephani Báthory viduam et Martinum de Kecheth episcopum Wesprimiensem eiusque fratres Joannem et Melchiorem de Kecheth ob dominium civitatum Szatmár et Némethi agitatam differt.

Eredetije papiron, Várdai Pál esztergomi érsek és kir. helytartó 1546 november 20-án kelt átiratában; Országos Levéltár: Gyulafehérvár, cista comitatus Szathmár. fasc. 1. Nr. 33.

Közli: Iványi Béla.

489.

1546 november 15.

A nyitrai káptalan I. Ferdinánd királynak Pozsonyban 1546 nov. 9-én kelt intő és idéző parancsára jelenti, hogy a «religiosus frater Franciscus prior conventus ordinis beati Pauli primi heremite in claustro ad honorem beati Joannis Baptiste supra possessionem Lephant in comitatu Nittriensi existentem constructo degens», továbbá Baracskai Pál, János és Domokos, Rédeki András és János és néhai Elekchy András közt, összesen 24, Nyitra-Wychap és Apathy falvakban, Nyitramegyében fekvő jobbágytelek, egy curia nobilitaris predialis miatt folyó perben, a káptalani ember a Baracskaiakat és társaikat «sabbato in die beati Briccii episcopi et confessoris» (november 13.) megintette és megidézte.

Capitulum Nitriense ad mandatum Ferdinandi regis Paulum, Joannem et Dominicum Baracskay, Andream et Joannem Rédeky et haeredes quondam Andreae Elekchy citat, quare heremitas o. s. Pauli supra possessionem Elefánt degentes e possessione curiae nobilitaris et 24 sessionum iobagionalium in Nyitra-Vicsáp et Apáti existentium eiecerint.

Eredetije papiron; Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 86. csomó. Régi jelzete: Acta conv. Paul. Elephant. fasc. 3. Nr. 22.

Közli: Iványi Béla.

490.

Pozsony, 1546 november 29.

Ferdinánd király Kovászai Matuznay György és Pál ellenében a nagymuzsai birtokot a beregi pálosoknak itéli oda.

Ferdinandus rex in lite quam Georgius et Paulus Mathuznay de Kovazo contra «religiosos fratres heremitas in claustro beatissime virginis Marie in comitatu de Bereg fundato degentes racione totalis porcionis possessionarie in possessione Nagh Mwsay vocata in eodem comitatu de Bereg existentis habiti moverent, iamfatos fratres heremitas in causam attractos causa in presenti ab ulteriori impeticione dictorum actorum absolventes et per omnia exonerando reddentes, pretactamque porcionem possessionariam in prefata possessione Nagh Mwsay habitam veluti merum et sincerum ius eorundem fratrum, eisdem readiudicando, eandem simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet apud manus prefatorum fratrum heremitarum in predicto claustro de Bereg pro tempore degencium iure perpetuo tenendam et possidendam relinqui et permanere» decrevit et committit.

Országos Levéltár: *Dl. 17029.*, régi jelzete: Acta Paul. conv. *B. M. V.* de Bereg. f. 1. Nr. 1.

Közli: Iványi Béla.

491.

Pozsony, 1546 november 30.

Ferdinánd király azon perben, melyet a leleszi prépost Dobó Ferencz ellen három hordó bor elvétele miatt indított,[1] az alperest három társával együtt leteendő tisztító esküre itéli.

Ferdinandus rex Francisco Dobo de Ruszka, quem praepositus Leleszіensis ob violentam ablationem trium vasorum vini lite convenerat, iuramentum cum tribus sociis praestandum adiudicat.

Eredetije papiron, kívül papirral fedett zárópecséttel. Országos Levéltár: *N. R. A.* f. 804. nr. 28.

Közli: Iványi Béla.

492.

Revistye, 1546 deczember 13.

Nagylucsei Dóczy Miklós, László és Gábor a zsarnóczai egyház kincseit osztatlanul hagyják.

Fatemur eciam res ecclesiasticas Zernowўenses similiter esse indivisas, scilicet in duo (!) monstrancia (!) et in tribus Keleh et in una magna cruce sunt marce XXIIII et nehezek XXVIII.

Datum ex arce nostra Rewysce, feria secunda in festo Lucie, anno Domini 1546.

Országos Levéltár: Kolosmonostori convent. Miscellanea 1526—1640.

Közli: Iványi Béla.

493.

A szepesi káptalan Monosztai Péter kanonokot dékánná nevezi ki és fizetését megszabja.

Conventio domini magistri Petri a Monozlo ad officium decanatus.

Item magister Petrus in officio decanatus, qui est conductus in profesto sancti Thome apostoli anni 1546., tenere debet unum equitem, qui provideat circa negotia venerabilis capituli et subditorum eius, ac habeat diligentem curam ac provisionem ad culturam vinearum in oppidio Lyzka, per (!) se habebit duos equos pro servitio capituli; pro sallario autem habebit florenos viginti

[1] V. supra nrum 459.

quinque, birsagia, pecunias decimales et navigium in dicto oppido Lyzka, ac munera consveta in eodem oppido Lyzka ac Petri provenientia; item porcellos decimales atque fenilia et nonas terrarum desertarum in eadem Petri; item tempore vindemiarum ex vineis capituli habebit unum vas vini, alterum vero ex nonis provenientibus, ea condicione, quod post primam divisionem, ex nonis vinorum factam, de residuitate alterum vas habebit; si autem ex residuitate nullum vas manserit, tunc accipiat unum vas de Petri, quod melius erit. Hec facta sunt presentibus dominis Francisco de Mekche vicario, magistris [Ma]theo Barthphensi, Clemente Quinqueecclesiensi, Laurentio parocho et me notario ac Georgio Waraliensi et Simone Raday canonicis.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias Nr. 2. fol. 107b.

Közli: Bunyitay Vincze.

494.

Prága, 1546 deczember 24.

I. Ferdinánd király a nyitrai püspökség javait a nyitrai vár megerősítése végett egy évre az adófizetés alól felmenti.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus, tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos cum ad supplicacionem fidelis nostri reverendi Francisci Thurzonis episcopi Nittriensis consiliarii nostri nobis factam, tum vero volentes castro et civitati episcopatus sui Nittriensis, hoc presertim tempore, quo hec fidelibus subditis nostris nobilibus eiusdem comitatus Nittriensis ipsorumque colonis ad omnem ingruentem necessitatem veluti tutum refugium esse dicitur, necessaria municione et fortificatione subvenire, universas illas pecunias, que nobis et ad cameram nostram de bonis, oppidis et possessionibus ad eundem episcopatum suum Nittriensem pertinent, ex qualicunque contributione subsidioque et lucro camere nostre regie, intra spacium unius integri anni post harum emanacionem provenire deberent, ad eiusdem civitatis et arcis Nittriensis municionem et fortificacionem duximus deputandas et convertendas. Ita tamen, quod prefatus Franciscus Thurzo episcopus omnem hanc pecuniam ex dictis bonis oppidis et possessionibus, ad episcopatum suum spectantibus nobis premisso modo quomodocunque intra spacium, ut premissum est, unius integri anni proveniendam, ad municionem et fortificationem predicte arcis et civitatis Nittriensis et non in

alium usum fideliter impendere debeat et teneatur. Imo deputamus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris modernis et futuris camere nostre Hungarice prefectis ct consiliariis, item dicatoribus et exactoribus quorumcunque censuum, taxarum et contributionum nostrarum, tam ordinariarum, quam extraordinariarum, et lucri camere nostre harum serie mandamus firmissime, quatenus habita presencium noticia, pecuniam omnem ex quacunque taxa sive contributione nostra, tam ordinaria, quam extraordinaria, necnon subsidio atque etiam lucro camere nostre ex dictis bonis, oppidis et possessionibus ad prefatum episcopatum Nittriensem pertinentibus et tam in eodem Nittriensi, quam aliis comitatibus existentibus, intra spacium unius integri anni, nobis et ad cameram nostram provenire debentem, eidem Francisco Thurzoni episcopo pro municione, ut premissum est, et fortificacione prenominate arcis et civitatis episcopatus sui Nittriensis dare et relinquere civesque et colonos eiusdem contra formam graciose deputacionis nostre in personis aut rebus ac bonis eorum quibusvis impedire damnificare et molestare nullo modo debeatis, nec sitis ausi modo aliquali. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage vigesima quarta die Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Ferdinandus mp. *Nicolaus Olahus,*
E. Zagrabiensis etc.

Országos Levéltár: Benignae resol. regiae I. k. 81. l.

Közli: Iványi Béla.

495.

Prága, 1546 deczember 27.

I. Ferdinánd leirata Szepesvármegye közönségéhez az eretnekség továbbterjedésének megakadályozása végett.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fidelibus nostris vicecomiti, iudicibus et universitati nobilium, necnon alijs etiam cuiusvis status, ordinis et conditionis hominibus comitatus Scepusiensis, presentes visuris, salutem et gratiam. Intelligimus perniciosam illam Lutheranam, Anabaptistarum et aliarum heresum sectam non solum in istum comitatum Scepusiensem, verum etiam ad loca vicinia irrepsisse et suo venenoso contagio animas piorum christianorum inficere. Que hereses

cum non solum sancto Christi Salvatoris nostri evangelio, apostolorumque doctrinis contrarie, sed etiam inde ab initio sanctorum patrum et conciliorum decretis perpetuo condemnate sint, et ob id digne, que ab ecclesia Dei sancta et fidelium communione procul arceantur, ne renascens hec pestis in ovili Christi, ulterius grassari possit, fidelitati vestre et vestrum singulis harum serie sub indignationis nostre gravissima pena mandamus firmissime, aliud habere nolentes, quatinus statim visis presentibus, prefatarum et aliarum heresum, ab ecclesia Christi orthodoxa et sanctorum patrum institutionibus ac decretis alienarum, autores, si qui isthic sunt, e medio vestri atque adeo ex ipsa ditione nostra expellere et heresim eorundem radicitus tollere debeatis, ne cum pernicie animarum vestrarum reliquorumque christianorum ea ulterius serpere possit. Secus pena sub premissa facere non audeatis. Datum Prage vigesima septima mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
E. Zagrabiensis.

Szepesvármegyei levéltár: 1546. év. 268. sz.

496.

Szász-Besztercze, 1546.

Baromlaki Albert értesíti Hess János boroszlai plébánost a lutheranus vallás terjedéséről Erdélyben és a török hódoltságban.

Pius doctusque vir, dominus Adalbertus Wurmloch ex Bistricia, oppido Transsylvaniae: ad suum doctorem Johannem Hessum parochum Vratislaviensem. De Hungaris et Turcis 1546.

Non sum nescius, doctissime Hesse, pios animos flagrare amore religionis: hoc etiam barbara commendat scriptura. Ostentat Christus in huius regni barbarie suam clementiam, bonitatem atque potentiam. Crescit quidem ecclesia Christi hic in Transsylvania in dies inter furias non solum Turcicas, sed et papisticas, ut quivis non solum intelligere, sed et cernere queat, non hominis, sed Dei esse negotium. Reformatae sunt hic in Transsylvania ecclesiae urbium Saxonicarum, Dei beneficio, magna ex parte etiam in Hungaria. Audimus et certo intelligimus, Budae paucis illic relictis Hungaris praedicari syncerum evangelium, et crassum quendam Sathanam papisticum vehementer obstetisse, ita ut res pertraheretur ad praefectum urbis exercitusque. Qui audita contro-

versia, plus visus est approbare euangelium, maxime ob has causas, quia doceat unum colendum Deum, reprobetque abusum imaginum, quas Turcae abominantur, et nos propter illas plurimum. Respondit tamen praefectus, se non esse collocatum a caesare suo ad diluendas religionis nostrae controversias, sed ad conservandum regnum caesaris ea, in qua possit, tranquillitate — Est et alia Hungariae civitas Segedinum nomine, cui praeest bassa quidam Turcicus, qui defendit euangelium et illius ministros praedicatores contra omnem impetum et furias Papistarum. Nec illud praetereundum censeo. Est hic quaedam gens, non solum moribus et lingua, sed et religione a nobis diversa, quam Walachos nominamus. Qui tametsi Christum fateantur, nunquam tamen Romanae ecclesiae subjecti fuerunt. In ceremoniis prorsus dissentiunt a nostris. Baptisant e flumine. Conficiunt Coenam Domini pane fermentato et vino imposito. Legunt euangelia et epistolas Paulinas non sua, sed peregrina lingua, quam nos nominamus: Die Raczische Sprach. Quam nec idiotae illorum intelligunt, nisi sacerdote illorum interpretante. Ex nostratibus multi quidem sunt eorum linguae peritissimi. Translatus est catechismus in linguam Walachicam atque impressus Cibinii (quae urbs nobis Saxonibus in Transsylvania est metropolis) caracteribus, ut vocant Racianis, qui quasi referunt formam Graecarum litterarum. Et multi ex sacerdotibus amplectuntur eum libellum, tamquam sacrosanctum; multi autem prorsus contemnunt.

Forrás megnevezése nélkül közölve *Wittstock:* Beiträge zur Reformations-Geschichte des Nösnerganes. Wien, 1858. 59—60. ll.

497.

1546.

Kassa, Lőcse, Eperjes, Bártfa és Kis-Szeben városok vallásügyi megállapodásai az 1546-iki eperjesi értekezleten.

1. Articuli doctrinae christianae retineri et doceri debent hi, qui in confessione Augustana et locis communibus Philippi propositi et editi sunt, eadem forma et ordine, quo ibi continentur. Ac si quis fratrum animadverterit quempiam aliter docere, hanc rem sine mora domino archidiacono significet.

2. De scholis. Ex dominis senatoribus constitui debent visitatores scholarum singulis civitatibus, qui quolibet trimestri pro-

videant, ne a praeceptoribus aliquid negligatur. Et iidem domini senatores stipendia praeceptoribus debita exigant.

3. De diebus festis. Dies festi sequentes observentur: dies natalis Domini, dies Circumcisionis, dies Epiphaniorum, conversionis Pauli, purificationis Mariae, Matthiae apostoli, annunciationis Mariae, dies Paschatos cum sequentibus, Philippi et Jacobi Apostolorum, Ascensionis Domini, Pentecostes cum sequentibus, Trinitatis, nativitatis Joannis Baptistae, transfigurationis Domini, Bartholomaei apostoli, Michaëlis, Simonis et Judae apostolorum, omnium Sanctorum, Andree apostoli, Thomae apostoli. Caetera festa sequentia, ut: Petri et Pauli apostolorum, visitationis Mariae, Magdalenae, Jacobi apostoli, quia in messem incidunt et tum populus multis negotiis intentus est, possunt in alios dies transferri. Sicut in his adiaphoris parochi semper habent libertatem, postulante necessitate. Postremo, quae cantiones in templo canendae sint, ne cantores pro suo lubito seu iudicio quidvis canere ausint, domini archidiaconi iudicium erit.

4. De caeremoniis. Matutinae et vespertinae caerimoniae, more hactenus solito, observentur. Secunda vero caerimonia, quae[1] pro summa missa fieri solita fuit, ut studiis iuventutis melius possit consuli, prorsus abrogetur. Ministri porro honeste vestiti incedant et usitatis hactenus indumentis utantur tam in sacramentorum administratione, quam in concionibus habendis.

5. De visitatione. Dominus archidiaconus visitet ecclesias tempore opportuno.

6. De excommunicatione et officio magistratuum. Admoneantur magistratus, ut sui officii maxime meminerint et veri sint legis divinae custodes. Nec patiantur manifestas blasphemias, contemtum caerimoniarum et alia manifesta scelera, ne ministri ecclesiae cogantur pro suo officio excommunicationem in ecclesia restituere aut ministerio suo defungi. Admoneantur iidem, ut si qua ex civitate homo noxius eiectus fuerit, ne in aliis civitatibus recipiatur.

7. De ministris ecclesiae. Ministri ecclesiae, qui aut in doctrina, aut in moribus sunt offendiculo, primum ab archidiacono iuxta praeceptum Christi Matth. 18. admoneantur; deinde, si neque privatae admonitioni, neque coram testibus factae locum dederint ministerio abdicentur. Porro, si quis minister praeter meritum ab officio amotus fuerint, in eius locum nemo alius audeat succedere, nisi civitas aut pagus, qui culpam admisit, digne resipuerit.

[1] Erronee: quia.

8. De proventibus ecclesiasticis. In decimis et aliis accidentiis, quae pie sumi possunt, nulla amplius mutatio introducatur.

9. De elemosynis. In templis ubique commune aerarium constituatur, ut eleemosynae in usum pauperum colligi possint.

10. De mendicantibus. Lex praescribenda mendicantibus, ne cui sportulam petere liceat; et unaquaeque civitas iuxta praeceptum Dei alat suos mendicos. Praeterea divisores eleemosynarum diligenter diiudicent, quibus eleemosyane distribuantur.

11. De sepultura. Sepultura mortuorum cum honesta pompa et cantionibus piis, denique cum admonitione brevi de resurrectione, celebretur.

12. De confessione auriculari. Nemo ad usum coenae Dominicae, nisi rite examinatus, admittatur.

13. De coena Domini. De sacramento coenae Dominicae sequenda est sententia ecclesiae Wittebergensis.

14. De ministris ordinandis. Ministri ordinandi mittantur ad archidiaconum, et impensae suppeditentur ab his, in quorum commodum ordinatio fit; sed de visitationis sumptibus prospiciant magistratus communiter.

15. De eligendis pastoribus in singulis locis. Civitates et nobiles subditos suos non relinquant sine idoneis pastoribus.

16. De officio archidiaconi seu senioris. Archidiaconus sese conformare debet ad normam ab apostolo Paulo ad Timotheum et Titum perscriptam, ut et sanae doctrinae tenax sit, et vita sancta doctrinae conformis appareat.

Ribini: Memorabilia I. 67—70.

498.

(Brassó), 1546.

«Eodem Anno (1546) Dionysius Siebenburgerus Wittebergam mittitur a nostratibus.»

Album Oltardianum. *Trauschenfels:* Deutsche Jundgruben. 15. 1.

499.

1546.

Nyitramegye hátralékban maradt adófizető plébánosai.

Contribucionis plebanorum restancia (processus Babindely).

Nagh-Hynd, Bodok, Kolon, Pogran, Perezlen, Nagh-Thopolchan, Koroz, Nagh-Lan, Bedeg (!), Zawoda, Peryes, Jecz, Wydkocz, Bayna, Irmyncz, Chermen, Belecz, Sarffy, Radozna, Ardanocz, Wasard, Pastoch.

Processus Emerici Foris. Restancia presbiterorum.

Thormas, Chethen, Zenth myhalfalw, Ezdeghe, Also-Komyaty, Swran, Nyarhyd, Gwg, Zelecze, Farkazd, Selye, Wdwarnok, Baab, Ilmer, Soporny, Keer, Berencz, Nittriensis de S. Jacobo.

Procecsus Thesseny. Presbiterorum.

Wezelye, Wythencze, Zenize, Sassyn, Eghbyelo, Wnyn, Holych, Zakolcza, Radoczoz, Zobatystye, Warbo, Krakowa, Lezethe, Cheythe, Wagyocz, Hradeg, Pesstyen, Zenthpether, Galgocz. Altariste: Cheyte altarista, Galgocz.

Processus Pograny. Plebanorum.

Hynoran, Wezthenycz, Dywek, Koztholna, Prownya, Brezen, Hendlowa, Prewydya, Kos, Nowak, Zkazan, Bylycz, Zambokryeth, Krazno, Zelchen, Elefant, Zalakwz.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XXV. kötet.

Közli: Iványi Béla.

500.

1546.

Vizsgálat az egyházi birtokok megadóztatásáról.

Regestum investigacionis in comitatu Wesprimiensi 1546.

In Wazon reverendissimi domini episcopi Jauriensis nihil (fuit dicatum).

In Wanyola prioris de Leweld similiter nihil.

In Ayka Rennek prioris de Lyweld, porte X.

In Kys Leweld prioris de Lyweld, porte XXII.

In Waraslyweld eiusdem, porte V.

In Rathold capituli Wesprimiensis, fuerunt dicate porte II.

In Kadartha eiusdem, porte V.

In Fayz episcopatus Wesprimiensis et nobilium de eadem Fayz, porte VI.

In utraque Beren capituli et monialium Wesprimiensium nihil.
In Choltha domini episcopi Wesprimiensis, p. I.
In Borszerchek prioris de Lyweld nihil.
In Lowas monialium de Wasarhel, porte VII.
In Wasarhel earundem porte VII, nam per Turcos tunc fuit combusta.
In Nagyyenyew reverendissimi domini episcopi Jauriensis, porte XVII.
In Kyszewlews monialium de Wasarhel, porte VI, iudex nobilium levavit.
In Chewz earundem, porte XVI.
In Apachayzkaz earundem, porte VIII.
In Dabron heremitarum de Wason, porte XI.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XLIX. kötet.

Közli: Iványi Béla.

501.

Pozsony, 1546 deczember 4.

Ferdinánd király nagyságos Perényi János kérésére megidézteti nagyságos Perényi Ferenczet, mert 1544 november 11. táján Tamás papot, akkor nagyszőllősi plébánost, elfogatta és ingóságaival együtt a nagyidai várban fogságba tétette.

Ferdinandus rex ad preces magnifici Joannis de Peren citari iubet magnificum Franciscum de Peren, qui circa festum b. Martini, a. 1544 honorabilem Thomam presbiterum tunc plebanum oppidi Zewlews in comitatu Wgocha primo captivari et dein unacum rebus omnibus mobilibus captum ad castrum suum Nagh Ida in comitatu Abawywar abduci et asportari fecit.

Eredetije a Nemzeti Múzeumban elhelyezett Perényi-levéltárban.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

502.

Pozsony, 1547 január 10.

Kecsethy Márton veszprémi püspök értesíti Nádasdy Tamást az érseknél tett közbenjárásáról és Fráter György titkárával folytatott levelezéséről.

Spectabilis et magnifice domine, domine mihi semper observandissime, serviciorum meorum perpetuam commendacionem. Heri redii unacum fratre meo charissimo debili admodum Vienna.

Hodie vero retulit mandata spectabilis et mag. vestre mihi dominus Paulus servitor eiusdem, locutique sumus unanimiter cum domino locumtenente, ex cuius literis mentem omnium nostrum spectabilis et mag. vestra accipiet. Ceterum cum essem Vienne, accepi quasdam literas secretarii domini thesaurarii, quas in specie spectabili et mag. vestre mitto, ut intelligat eadem, quid de spectabili et magnifico domino vestro, domino Maylad, domino eciam quondam suo ad me scribat. In reliquo mea perpetua servicia spectabili et mag. vestre cum apostolica valedictione et benedictione commendo. Posonii, post pocula Pauli heremite, que in mensa domini Strigoniensis, ut diu vivat et bibat, evacuavimus post prandium die prefato 1547.

Spectabilis et mag. vestre

servitor perpetuus Vesprimiensis etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, libero domino terre Fogharas ac iudici curie regie Maiestatis etc. domino mihi semper observandissimo.

Papiron, kívül vörösviaszba nyomott zárópecsétje elveszett. Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek. *K. 1.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

503.

Pádova, 1547 január 17.

Torda Zsigmond Révay Ferenczet fiai állapotáról és a külföldi hitujítók állapotairól tudósítja.

S. P. D. Opto ac precor, ut hic annus excellentiae tuae auspicato ineat, et quam felicissime exigatur, ita ut nulla aegritudinis labes solidam laeticiam contaminet, nullius doloris sensus magnificentiam tuam adoriatur. Quod uotum Christus *JESUS* unigenitus Dei filius, qui ex intemerata uirgine Maria nasci et pro genere humano uictima fieri uoluit, clementer approbet.

Credo equidem te domine aspicientem fatales non tantum patriae, uerum uniuersae Europae ruinas ingenti dolore affici. Mouet se sine dubio et posteritatis cura et cogitatio de futuro statu liberorum tuorum, *et doctrinae coelestis, singulari Dei beneficio excitatae obscuratio,* quae iam imminere uidetur, quia studia literarum inter strepitus armorum coli non possunt, et ecclesiae miserabilis dissipatio. De tantis miseriis publicis et priuatis, deque

calamitatibus impendentibus, quae tua sapientia est, nihil ambigo, quin saepe cum summa animi anxietudine cogites.

Adolescentes ualent omnes optime et bellissime. Deo ago gratias. Michael aliquamdiu ex stomacho laborauit, nunc ita conualuisse uidetur, ut nullae iam morbi reliquae appareant. Audiuerunt hac hyeme Bonamicus Lazarum, non tam me iubente aut concedente, quam non impediente. Qui primus eis institutiones enarrabat, a sicarijs interfectus est. Successerat illi doctor Petrus Grangius, homo nostras, qui nuper decessit. Jam sollicitus quaero, quem in huius locum surrogem. Quidquid amplitudo tua in posterum statuerit, de eo quaeso me primo quoque tempore certiorem reddat. Si diutius adolescentes in Italia retinere decreuit, sumptus necessarios tempestiue suppeditet. Illud etiam magnificentiam tuam admonitam uolo, me Februarium, Martium et Aprilem menses in priore anno non numerare. Sed facile ea de re inter nos constituemus, cum et magnificentia tua singulari me fauore complectatur; et ego unice studeam uoluntati excellentiae tuae morem gerere, quatenus id non tam meo, quam tuo et liberorum tuorum commodo facere possim. Hic rumor est, pacem inter caesarem et Germanos compositam esse, hac conditione, ut principes Lutherani coacti sint fateri se imperatori inobedientes et rebelles fuisse. Ego uero non spero, me uiuo ista dissidia posse componi. Et haec tantum principia malorum esse arbitror, et imposterum longe tristiora auguror. Patauij XVII. Januarii M.D.XXXXVII. Seruitor Sigismundus Gelous.

Frankl V.: Réwai F. fiainak iskoláztatása. 78—80. ll.

504.

Prága, 1547 január 17.

I. Ferdinánd király megparancsolja Salm Miklós főkapitánynak, hogy a veszprémi püspökség sümegi várába elhelyezett őrség fizetéséről gondoskodjék.

Ferdinandus, Dei gracia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc.

Spectabilis et magnifice fidelis nobis dilecte. Scripsit et supplicavit nobis fidelis noster reverendus Martinus de Kechet, episcopus Wesprimiensis, consiliarius noster, milites presidiarios, qui in arce sua Symeg per te locati fuerunt, solucione indigere. Qui cum de cetero quoque ad conservandam arcem illam suam necessarii sint, supplicavit nobis humiliter, ut de eorum solucione providere

dignaremur. Quare fidelitati tue committimus, ut si fieri potest, provideas illis de necessaria solucione, ne arx illa presidiis destituta in hostium manus, (quod absit) incidat et ex eius amissione partibus illis aliqua pericula evenire possint. Secus non feceris. Datum Prage decima septima mensis Januarii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo.

Ferdinandus m. p. *Nicolaus Olahus,*
E. Zagrabiensis etc.

Kívül: Spectabili et magnifico Nicolao comiti a Salmis et Newburg, cubiculariorum nostrorum magistro, comiti Posoniensi, consiliario et capitaneo nostro generali etc. fideli nobis dilecto.

Eredetije papiron, zárópecséttel. Országos Levéltár: Benign. resolutiones regiae ex 17. januarii 1547.

Közli: Iványi Béla.

505.

Padua, 1547 január 19.

Kapronczai Paulinus Péter Réwai Ferenczhez. — Gyalui Torda Zsigmondnak (Réwai F. fiainak nevelőjének) Grangia Péter elhunyt jogtanár sirjánál tartott beszéde oly nagy tetszést aratott, hogy a jelenlevő olasz szerzetesek is — nem tudván, hogy Torda protestáns — megdicsérték.

Ego multa verba feci, facio faciamque magistro Sigismundo, ne nos desereret; nec facturum puto, modo a mag(nificentia) tua retineatur. Doctus uir est profecto et optimus, dignusque, cui mag(nificentia) tua quam optime uelit. Censeo igitur modis omnibus retinendum; hicque a doctis in pretio habetur. Nuper in funere piae memoriae Petri Grangii habuit orationem (ut fertur) ex tempore factam, quae, quia christiana esse ignorabatur, magna cum attentione est et audita et probata, Italorum maxime et monachorum ipsorum voce. Bonissimo, dicebant cucullati. Quare iterum atque iterum peto, censeo, ne dimittatur. Deus magnificentiam tuam seruet semper incolumem. Patauii 19 Januarii anno Domini MDXXXXVII.

Magnificentiae tuae seruitor *Petrus Paulinus.*

Frankl V.: Réwai F. fiainak iskoláztatása. 90. l.

506.

Gyulafehérvár, 1547 február 5.

Kolozsvári Péter ugocsai főesperes, gyulafehérvári kanonok és terpeni plébános saját és a beszterczei szék kerületének összes papsága nevében ünnepélyesen kijelenti, hogy miután némely egyházi szertartásokba visszaélések csusztak be, ők azokat az ősegyház szokása szerint Isten igéjéből reformálták s az így reformált szertartásokat használni akarják mindaddig, míg az egyetemes és szabad zsinat másképen nem határoz.

In nomine Domini anno nativitatis eiusdem 1547. indictione quarta, die sabbathi, qui fuit quinta mensis Februarii, hora quasi quarta post meridiem in domo rectoratus altaris s. Iacobi apostoli in capitulo Albensi fundata, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini Pauli divina providentia Papae, anno eius XIII., in notarii publici et testium infrascriptorum praesentia personaliter constitutus venerabilis dominus Petrus de Koloswar, archidiaconus Ugochensis, canonicus ecclesiae Albensis Transylvaniae et plebanus de Therpen, suae ac universarum ecclesiarum parochialium plebanorum et aliorum omnium ministrorum ecclesiarum in districtu sedis Bistricziensis commorantium nominibus et in personis, omnibus melioribus modo, via, iure et forma, quibus melius et efficacius potuit ac debuit, talem fecit solemnem protestationem: Quod iuxta illud verbum Altissimi Dei dicentis: «Mittam famem in terris, non famem panis, sed famem verbi Dei», per quorundam ministrorum ecclesiae ipsorum erroneam doctrinam quaedam abusiones, praesertim in caeremoniis quibusdam observandae introductae fuissent, quibus aliquamdiu gregem ipsis divinitus commissum utcunque rexissent, gubernassent; quos quidem errores non ex verbo Dei altissimi, e summo Olympo pro redemptione nostra et totius generis humani dimissi cum aliis bonis indiciis, contra veram religionem christianorum introductos fuisse comperissent, et (ut) fidei ipsorum, tempore collatae ipsis plebaniae de et super eo, quod sacrosanctum verbum Dei pure, simpliciter, sancte et inculpate populo Christi fideli, ipsis divinitus commisso praedicarent, praestitae satisfacerent et ne sanguis animarum de manibus ipsorum in extremo Dei iudicio requireretur, nonnullas caeremonias et alia divina officia, ad laudem et gloriam altissimi Dei et eius Filii Jesu Christi iuxta morem et consuetudinem primitivae ecclesiae ex verbo Dei remonstrassent et restaurassent ac reformassent; quibus quidem caeremoniis ad aedificationem ecclesiae Altissimi

Dei uti velint, ac, ut omnium ora blaterantia occluderentur, ob hoc praemissa protestatione in suo ac aliorum nominibus et in personis dixit, hanc praemissam reformationem et restitutionem divinarum caeremoniarum non ex quadam contumacia vel malitia aut malo zelo vel inobedientia (ad quam quidem obedientiam, praecipue vicario aliisque officialibus in hocce regno ad gubernandam et defendandam rempublicam pro tempore constitutis et constituendis in licitis et honestis semper promptos et paratos se se offerunt), sed, ut in Dei ecclesia iugiter serviendo officio pastoratus ipsorum satisfaciant et cum grege ipsis commisso ante tribunal Christi in extremo iudicio absque ullo tremore stare eosque repraesentare valeant, instituissent et in melius reformassent usque ad generale, oecumenicum et liberum concilium; si vero medio tempore Christifidelium concilium generale vel particulare, tum in hoc regno, cum extra hoc regnum celebrandum ipsam eccclesiae gubernationem aliter observandam constitueret, parati essent in ecclesiis ipsorum omittenda omittere, ad idem accedere, et cum omnibus in uno ovili vitam ducere.[1]

Szeredai: Notitia veteris et novi Capituli eccles. Albensis Transilv. 167—169. l. — Eredetije az erdélyi káptalan levéltárában. fasc. III. nr. 8.

507.

Nagy-Várad, 1547 február 7.

Fráter György választott váradi püspök Farnese biboroshoz írt levelében megczáfolja azt a vádat, mintha az erdélyi püspökséget bitorolná. Kéri a biborost, eszközölje ki a szentatyánál, hogy új püspöksegédeit egyetlen püspök szentelhesse föl. Ajánlja János király fiát a szentszék oltalmába. Végül saját megerősíttetését szorgalmazza.

Rmo in Christo patri et dno, dno Alexandro Francisco, tituli s. Laurentii in Damaso, S. R. E. Vicecancellario, dno meo illmo et observandissimo.

Rme in Christo pater et dne, dne mihi observandissime. Obsequiorum meorum in benevolentiam d. v. rme diligentem commendationem. Frater Augustinus ex Dalmatia, ordinis fratrum Predicatorum, anno preterito ex Urbe rediens, litteras dom. v. rme Albe Julie, sede episcopali regni Transilvanensis, mihi red-

[1] Finis deest, adeoque non documentum authenticum, sed conceptus eius tantummodo superest.

didit: quibus tum propter viarum discrimina, tum, quod preter hunc fratrem Augustinum, cui hec urbana negotia tuto committerem, haberem neminem, hactenus respondere non potui. Ex quibus et amorem illum, quo me et ecclesias regionis huius dominatio vestra reverendissima prosequuta est, et benignitatem Sanctissimi Domini nostri ex rebus, studio et diligentia dominationis v. reverendissime consequutis abunde intellexi: pro qua re dominationi v. rme magnas gratias et ago et habeo, que non solum curam conferendorum suffraganeorum suscepisset, verum etiam existimationis mee summam habuit rationem, cum opinionem illam, que vanitate quorundam de me apud sanctam illam Sedem Apostolicam de episcopatu Transilvanensi increbuerat, ad me perscribere, meque pro christiana charitate monere non dubitaverit, ut ita aliorum saluti consulerem, ne meam viderer penitus neglexisse. Que tam pia etiamque salutaris hortatio, cum ex abundantia amoris profecta sit, non potest mihi non esse gratissima. Et si meum in ambiendis honoribus voluntatem dominatio v. rma cognosceret, non dubito, quin aliter longe de me esset iudicatura. Ego enim mea conditione, que etiam me invito a serenissimo quondam principe meo, Johanne, dno, rege Hungarie etc. dno et benefactore meo clementissimo, mihi delata est, ita sum contentus, ut preter hanc nihil omnino queram amplius. Illum vero episcopatum, de quo accusor immerito, usque adeo non attigi, ut cum administratio tantum regni mihi tradita sit, preter ceremonias et alios ritus in ecclesia illa nihil omnino curandum assumerem. Verum, cum post illius quondam Maiestatis obitum regnum Ungarie in hanc calamitatem incidisset, et regia quoque illa Budensi amissa, has tantum reliquias regni tenere cogamur, redditusque regni ita essent in angustum redacti, ut non modo ad solutionem tributi, quod singulis annis imperatori Thurcarum pendimus, sed ne ad sustentationem quidem reginalis Maiestatis eiusque illustrissimi filii pro dignitate istarum Maiestatum satis esse viderentur, pro illa fidei constantia, quam subditi etiam posteris principum prestare debent, consensu omnium ordinum huius regni episcopatum Transilvanensem cum omnibus proventibus reginali Maiestati, eiusque illustrissimo filio, unde quotidiane necessitates istarum Maiestatum sublevarentur, deferre voluerunt, in qua ecclesia, teste ipso fratre Augustino, preter prepostituram nihil est, quod possideam. Rogo igitur ipsam pro mea erga d. v. rmam observantia singulari, velit non aliter de me cogitare, quam homines graves et prudentes de bonis et religionis

christiane studiosis cogitare solent, testimonioque bonorum magis credere, quam vanissimorum hominum sermonibus, qui preter insitum quendam animi favorem discordiis tantum et seditione pascuntur.

Et quamvis Sanctissimi Domini Nostri clementiam in suffraganeorum per nos electorum promotione summam in nos esse cognoverimus, contigit tamen, ut iidem illi visa tanta varietate doctrine adduci non potuerunt, ut oblatam illis conditionem assumerent. Cum autem eorum opera in consecrandis idoneis ministris, qui perpauci admodum sunt, ecclesie nostre adeo indigeant, ut in decem pagis vix unus minister reperiatur, ad suffraganeorumque confirmationem (!) preter unum Bodoniensem, episcopum suffraganeum Varadiensem, hominem et aetate et annis ita confectum, ut diu omnino vivere non possit, habeamus in toto hoc regno neminem: dominationem v. rmam rogo, velit pro sua erga hoc regnum et religionem christianam affectione, interposita auctoritate sua, hoc a Sanctissimo Domino Nostro impetrare, ut ista novorum suffraganeorum consecratio propter summam inopiam regni, qua ob ingentem tributi solutionem premimur, gratis et ob defectum suffraganeorum ab uno tantum suffraganeo Varadiensi, vel isto mortuo ab alio aliquo, qui reperiri poterit, absolvi possit.

Cumque Sanctissimum Dominum Nostrum non solum religionis christiane summum antistitem, verum etiam omnium, qui illius opem pio et christiano zelo efflagitant, parentem pientissimum esse videam, filiusque serenissimi quondam principis dni Johannis regis, quem ego summa fide parique studio et diligentia, memor acceptorum beneficiorum, educandum suscepi, ope omnium principum christianorum ita sit destitutus, ut nemo sit, qui hunc respiciat pioque erga eum amore moveatur: dominationem v. rmam rogo, velit causam huius infantis pueri apud Sanctissimum Dominum Nostrum ita tuendam suscipere, ut cura Sanctissimi Domini Nostri commendationeque dominationis v. rme hic quoque regius puer inter aliorum principum filios locum pro sua dignitate convenientem obtineat, qui quo ingenio quibusque moribus esse cepit, non dubito, si vitam huius Deus produxerit, hunc et patrie et toti reipublice christiane utilem aliquando futurum.

Confirmatio autem episcopatuum huius regni cum a Sanctissimo Dno Nostro per rev. d. Hieronymum Rorarium, illius S. Sedis Apostolice fidelem nuncium, considerata tanta regni huius calamitate, nobis episcopis, qui in hisce regionibus sumus, sine ulla solutione, paternum in nos animum eius Sanctitas in hoc

ostensura, gratis semel oblata esset: causam, quominus littere ipse per nuncium nobis reddite sint, scire non potui. Ut igitur et pro confirmatione episcopatus mei Varadiensis litteras necessarias dominatio v. rma ab ipso Sanctissimo Domino Nostro impetrare velit, vehementer rogo. De quibus et aliis rebus frater ipse Augustinus plura dominationi v. rme meo nomine dicturus est, cuius verbis ut dominatio v. rma fidem adhibere velit, ipsam diligentissime rogo. Deus pater Dni nostri Iesu Christi dominationem v. rmam sanam et incolumem conservet. Varadini VII. die mensis Februarii a. d. MDXLVII.

Eiusdem dominationis vestre rme

deditissimus servitor
Fr. Georgius E(lectus) Varadiensis.

Theiner: Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Tomus I. Romae, 1863. 659—660. l. — Másolata megvan a gyulafehérvári Batthyány-könyvtár: Collectanea secretioris tabularii Vaticani. 103—105. ll. K. 5. IV. 4.

508.

Eger, 1547 márczius 7.

Az egri káptalan csaknem minden jövedelmeitől megfosztatván, kéri az esztergomi érseket, hogy irásban szólítsa fel Balassa Zsigmondot s őt jobbágyaik zsarolásától tiltsa el.

Reverendissime domine domine nobis gratiosissime... Diebus proxime praeteritis, summis nostris calamitatibus urgentibus, quas sine intermissione patimur, temeritate ducti, literis nostris mediantibus, nostras satis satisque declaraveramus miserias. Super quibus vestra reverendissima dominatio pium pastoris officium gerens, nostro pro voto benignissimam prestiterat relationem, nisi quorundam modernorum tirannorum perversissima resistebat presumtio. Nunc iterum (petita primum venia dominationis v. reverendissime) non possumus, quin eandem adeamus supplicatum. Habemus enim preter Deum neminem, qui nostro oppresso misereatur capitulo; ea namque bona possessionaria, quamvis perpauca, quae habebamus, propter varias et indebitas Turcorum potentum excursiones pro maiori parte extant desolata. Magnificus enim Sigismundus Balassa adeo praevaluit, ut super iobagiones nostros tantam ex non per... cum depopulatione[1]...

[1] Ob lacerationem epistolae illegibilis.

regiam taxam, deinde et egregius Thomas Warkoch secundo cum comminationibus maximis extorquent, pauperrimique coloni adeo extenuati sunt et oppressi, ut nullum habeant refugium, quo capita inclinent. Significaveramus etiam v. reverendissime dominationi, ne ad executionem literarum evocatorialium et adiudicatorialium nos compelleret eadem, ex quo inter tot tirannos et potentes, qui nec Deum, nec regem reverentur, fratres nostros emittere minime audeamus. Nuper enim unum ex fratribus nostris cum literis adiudicatoriis pro parte reginalis Maiestatis super castro Dyosgywr emanatis pro restatutione eiusdem castri una cum hominibus regiis transmiseramus, quos praefatus Sigismundus Balassa, in furiam versus, suspendi fecisset, nisi prece et consilio suorum familiarium fuisset placatus; deinde iterum alium fratrem nostrum cum quibusdam literis inquisitoriis dominationis v. reverendissime similiter cum homine regio transmissum quidam Mathias Baso, Dei et hominum timore postposito, tribus fustibus fustigari fecit, semivivum relinquendo. Supplicamus igitur v. reverendissime dominationi intuitu misericordie Dei, uti eadem dominatio v. reverendissima prefato Sigismundo Balassa literis mandare velit, ne prefatum censum regium super prefatos iobagiones nostros post exactionem Thome Warkoch extorquere audeat; nostro enim iudicio melius et iustius foret pro defensione huius castri nostri finitimi convertere, quam per eundem Balassa inutiliter consumere. Ceterum de et super executione literarum inter tanta temporum discrimina quid nobis agendum sit, per literas suas nos docere et certiores efficere dignetur eadem, quam Deus optimus conservet ad sua vota. Datum Agrie septima die mensis Martii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo.

Eiusdem v. reverendissime dominationis

humiles capellani capitulum ecclesie Agriensis.

Kívül: Reverendissimo domino domino Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi, legato nato, summo cancellario ac locumtenenti regie Maiestatis etc. domino eorum gratiosissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, zöldviasz, kerek zárópecsét maradványával — *Esztergomi káptalani országos levéltár: Capsa. 49. f. 8. nr. 18.*

Közli: Bunyitay Vincze

509.

Kolozsvár, 1547 márczius 11.

Ambrus deák, nagyságos Kendy János nevelője, egyik barátját Besztercze városának ügyészül ajánlja.

Prudentes et circumspecti domini, mihi observandissimi. Obsequii officiorumque commendationem. Si bene memini, iam annus preterit, cum me Alba Julia dominus iudex, prefectus honeste reipublice vestre, cum aliis ornatis collegis familiariter petierat, ut, si quem nossem, virum honestum, probata fide, qui cum probitate tum notitia rerum politicarum vestris usibus inservire posset, de (!) vobis providerem. Quia nati sumus ad conservationem humane societatis, monet me ergo ius nature vobis, domini carissimi, inservire et reipublice his omnibus in rebus, que vestra (!) et reipublice vestre interesse norim, quantum mea dignitas fidesque patietur; preterea quoque vinculum precepti domini Redemtoris supra omnia iura humana convincit nos communem in utilitatem nostram operam locare. Summum cure adhibui, ne in hac re spem, exspectationem vestram meamque oblatam fidem luderem. Nunc quod suum munus annuum et is dominus Joannes confecit apud eum, cui se subiceret (!), iuxta meum de vestris dominationibus verbum ad eum factum se ad me contulit, quem lubenti animo sum intuitus et quia norim aliisque suam familiaritatem non esse communem, forte et preter modum spem suam apud vos confirmavi misique ad vos meis cum literis; quo cum mihi vetus necessitudo intercessit eiusque omnes consuetudines mihi note sunt; qui fide, honestis moribus, constantia et industria in rebus civilibus in sua conditione nemini cedet vestreque reipublice optime procurari novit. Note sunt ei leges nobilium in comitatibus, ut vocant. Quare velim, si vobis placet, eo quo patrocinari potestis vobis per eum et quia secutus meam auctoritatem, aliorum me maiorum reiectis, ut meum amicum vestra familiaritate dignum amplecti velitis. Vult enim quam maximam laudem tum a nobis, qui eum nostra petitione impulimus, tum a vobis consequi, id quod optimo cuique natura tributum est; magnoque opere peto, si iustam cognoveritis, curetis, ut intelligat, meam commendationem maximo apud vos ornamento fuisse sibi. Quibus iterum mea officia commendo. Datum Colosuarii 11 Marcii 1547.

Ambrosius,

Literatus paedagogus indignus magnifici pueri Joannis Chendy etc.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis iudici ceterisque iuratis civibus civitatis Bistriciensis etc. dominis et patribus observandis.

Eredetije papirra irva; zöldviasz pecséttel. Besztercze város levéltárában.
Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

510.

Dresda, 1547 márczius 15.

I. Ferdinánd király a margitszigeti apáczák petényi birtokát ideiglenesen szalánkemeni Bornemissza Sebestyénnek, udvari emberének adja.

Ferdinandus rex... Consyderatis fidelibus serviciis Sebastiani Bornemyza de Zalankemen, per ipsum sacre inprimis regni nostri Hungarie corone et deinde Maiestati nostre pro locorum et temporum varietate in diversis expeditionibus nostris tum contra Turcas, tum alios hostes nostros exhibitis, maxime vero, que nunc contra sacre cesaree Maiestatis, domini et fratris nostri charissimi nostrosque rebelles et religionis nostre christiane hostes... exhibuit, possessionem Pethen sanctimonialium virginum Insule Leporum... conferimus... ea sub conditione, quod si temporum in processu dicte virgines sanctimoniales pro iure suo, quod in eadem possessione Pethen habere dicuntur, apud nos instarent, illamque iure reddi sibi peterent, nos cum eis tractabimus, easque aliis bonis aut aliter qualitercunque contentabimus. Datum in civitate marchionatus Misnie Dresden decima quinta Marcii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, regnorum nostrorum Romani decimoseptimo, aliorum vero vigesimo primo.

Révai Ferencz 1549. évi átiratában. Országos Levéltár: *Dl.* 1529.
Közli: IVÁNYI BÉLA.

511.

Pozsony, 1547 április 3.

«Anna de Soklyos priorissa alieque moniales alias in ecclesia seu claustro earum ad honorem sancti Spiritus extra muros civitatis Quinqueecclesiensis fundato degentes» panaszkodtak a király előtt, hogy midőn a török szultán Valpót és azután Siklóst megvivta, ők jan. 24. körül «metu tanti hostis territe» «ecclesiam seu claustrum earum relinquere viteque sue consulere et abindque aufugere coacte fuissent» és akkor egy részük, t. i. Hobordanecz Anna, Csehi Katalin, Ilona és Sclana egy szekér holmijukkal Szigetvár városába menekültek. Itt

azonban néhai «Paulus Kesas de Bothka tunc castellanus arcis Zygeth» «nulla Dei et hominum habita ratione nullo denique illius temporis luctuosissimi ac calamitatis omnium miserorum christianorum tam ecclesiasticorum, quam secularium fugeque acerbissime respectu» egyházuknak és kolostoruknak összes odavitt kincseit, nevezetesen egy csupa arany, smaragddal ékített kelyhet, két kis «pax»-ot, egy úrmutatót, két nagy ampolnát, 16 lat gyöngygyel rakott vállkendőt (humerale), két nagy ezüst gyertyatartót, egyéb ezüstneműeket, 56 frt készpénzüket, 25 lat gyöngyüket stb. tőlük elvette és a maga hasznára fordította. Mivel pedig Kesas Pál halála után özvegye lőn az örökös, a király az özvegyet Peleske (Zalam.) várából maga elé idézteti.

Ferdinandus rex viduam Pauli Kesas de Bothka, qui a. 1543 castellanus arcis Zygeth existens moniales Quinqueecclesienses illuc fugientes omnibus ecclesiasticis et aliis clenodiis privavit, illoque mortuo haec vidua eius haereditavit, citari iubet.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. F. nr. 18.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

512.

Padua, 1547 április 15.

Gyalui Torda Zsigmond levele Camerarius Joákimhoz. — A többi közt tudósítja, hogy Euripides Orestes-ének latin verses fordítását egykori tanítójának, Kálmáncsehi Mártonnak fogja ajánlani.

Sigismundus Torda de Gyalu Joachimo Camerario nuntiat inter caetera versionem operis Euripidis Orestes se velle Martino Kálmáncsehi dedicare... «Ascribetur opus Martino Calmanczehi, quo olim adolescens praeceptore usus sum, — Formulam epistolae dedicatoriae tibi misi, in qua tu, quae videbuntur, mutabis.[1]

Virorum doctorum epistolae selectae ad Bilibald. Pirchheymerum, Joach. Camerarium etc. datae. Ed. Th. F. *Freytag.* Lipsiae 1831. p. 56. — Közölte dr. Bauch G. a Történelmi Tár 1885. évf. 528. l.

513.

Róma, 1547 május 10.

III. Pál a váradi, tripoliszi és imeriai, már korábban megerősített választott püspökök felszentelésének módjára nézve intézkedik.

Dilectis filiis Georgio Waradiensis et Nicolao Tripolitane et Stephano Imeriensis ecclesiarum electis.

Paulus PP. III. Dilecti filii, salutem etc. Exigit vestre devotionis synceritas, ut petitionibus vestris, quantum cum Deo pos-

[1] A mű 1551-ben jelent meg Bázelben a következő czím alatt: Euripidis Orestes latino carmine expressus Sigem. Geloo interprete.

sumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque nos alias de tui, fili Georgi, Waradiensi et nuper de vestrum, filii Nicolae et Stephane, personis, nobis et fratribus nostris ob vestrorum exigentiam meritorum acceptis, de fratrum eorundem consilio Tripolitane et Imeriensi ecclesiis respective, tunc certo modo pastorum solatio destitutis, apostolica auctoritate providerimus, preficiendo vos illis in episcopos et pastores, ac vobis, ut a quocunque malueritis catholico antistite gratiam et communionem Apostolice Sedis habente, accitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus catholicis antistibus, similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis suscipere, ac eidem antistiti, ut illud vobis impendere posset, eadem auctoritate concesserimus, prout in diversis nostris litteris plenius continetur; et sicut nobis nuper exponere fecistis, presentia et interessentia ac numerus episcoporum ad similia de iure requisitus de facili, et absque gravi incommodo in partibus illis haberi nequeat: nos volentes vestris commoditatibus peramplius consulere, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, cuilibet vestrum, ut a quocunque malueritis catholico antistite gratiam et communionem dicte sedis habente, uno vel duobus abbatibus, usum mitre et baculi ex privilegio apostolico habentibus, iam consecratis, seu si abbates hniusmodi vel alii antistites consecrati haberi non possint, vobis adhuc non consecratis in illius, quem primo consecrari contigerit, et postmodum eo consecrato, illo et altero vestrum nondum consecrato in alterius, et deinde duobus vobis consecratis, illis duobus sic consecratis in reliqui vestrum consecratione accitis et in hoc ipsi antistiti assistentibus, munus consecrationis huiusmodi alias iuxta tenorem litterarum super illo vobis impendendo confectarum suscipere, ac eidem antistiti, ut illud vobis modo premisso impendere licite possit, premissis ac quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate predicta tenore presentium de speciali gratia indulgemus. Datum Rome etc. die X. Maii 1547. pontificatus nostri Anno decimotertio.

Theiner: Vetera monum. Slavorum merid. I. 660. — Eredetije hártyán, pirosviasz gyűrűpecséttel a bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica 1546., 1547, 54.

514.

Pozsony, 1547 május 10.

I. Ferdinánd király a Várday Ambrus özvegye és Várday Mihály közt a batmonostori egyház kincsei miatt folyt pert Szabolcsmegye törvényszékétől a királyi személyes jelenléti törvényszékhez tételi át.

Ferdinandus, divina favente clemencia Romanorum, Hungarie Bohemieque etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc fidelibus nostris egregiis et nobilibus comiti, vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Zabolch salutem et graciam. Exponitur Maiestati nostre in persona nobilis domine Petronelle, relicte egregii condam Ambrosii Warday de Kyswarda, qualiter superioribus diebus quedam causa et differencie racione et pretextu certorum obligaminum mille florenorum, alias inter egregios Michaelem ac condam Joannem et Ambrosium de eadem Kyswarda, super facto rerum mobilium, puta aurearum, argentearum, vestiumque preciosarum ecclesie parochialis de Bathmonostra, ut dicitur, stabilitorum, coram nobis mota fuisset et suscitata, que quidem causa, licet tum propter valoris rerum excellencium, tum eciam, quia respectu (!) summe obligaminis quantitatem, ad cognicionem sive vestram adiudicacionem minime spectaret, vos tamen in ea procedere et ex processu eiusdem cause ipsam dominam exponentem damnificare velletis et niteremini in preiudicium et dampnum ipsius domine exponentis manifestum. Unde supplicatum extitit Maiestati nostre pro parte et in persona dicte domine exponentis, ut eidem superinde de condigno iuris remedio providere dignaremur. Quum autem cognicio sive adiudicacio huiusmodi causarum, factum obligaminis ad summam mille florenorum se extendendo, vobis competere minime videatur, fidelitati igitur vestre harum serie committimus et mandamus, quatenus acceptis presentibus et premissis sic, ut prefertur, se habentibus, statim vos a cognicione sive adjudicacione prescripte cause cessare desistereque eamque simul cum tota serie vestre adiudicacionis absque omni gravamine ipsius domine exponentis et difficul(t)ate aliquali ad terminum per vos partibus ipsis prefigendum in curiam nostram regiam, nostram scilicet personalem in presenciam transmittere modis omnibus debeatis et teneamini, secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii

feria tercia proxima post dominicam Cantate anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo. *Lecta.*

Eredetije papiron, alul rányomott pecséttel. Országos Levéltár: Neo Regestr. Acta f. 1067. Nr. 7.

Közli: Iványi Béla.

515.

Körmöczbánya, 1547 május 11.

A szent Katalin-templom felszereléseinek lelettára és bizonyos Kristóf kezébe való adása.

A. D. 1547. den. 11. tag Maji ist inventirt worden, was man hat bei der Kirchen Catharina auf der Kremnitz gefunden und unter die Hände des Christofs gegeben. In beisein der würdigst und ehrsamst Herrn Hans Klein, der Zeit Pfarrherr, Mathias Windischprädiger, item Achatii Tindl, Martin Scheider, Hans Nuntaller und Peter Scheider wie folgt: kellich 2, Ampulln 4, 2 silberne, 2 vergoldet, kristaln Ampuln 2. Custodien silber und vergoldet 3. Item Messgewand 8. 2. goldene stück etc. etc.

A városi levéltárból (fons XIX. fasc. 2. nr. 98.) közölve a Schematismus historicus dioecesis Neosoliensis pro anno saeculari 1876-ban.

516.

Nagy-Várad, 1547 május 13.

A csanádi káptalan Fráter György helytartó rendeletére felszólítja Szegi Dóczy Miklóst, hogy a szentjánosi klastromban lakó margitszigeti apáczáknak Dónáttornya és Királyság nevű birtokaikra vonatkozó okiratokat adja vissza.

Capitulum ecclesie Chanadiensis... reverendissimo Georgio episcopo Waradiensi, locumtenenti... Vestra noverit reverendissima dominatio... nos literas eiusdem exhibitorias recepisse in hec verba: Frater Georgius episcopus, locumtenens... capitulo ecclesie Chanadiensis... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium alias de Insula Leporum, nunc vero in claustro sancti Joannis Baptiste prope Waradinum constructo degentium, quomodo superioribus hiis disturbiorum et bellicis tumultuosis temporibus certe litere earundem dominarum exponentium privilegiales, fassionales, impignoratorie, metarum remambulatorie et alie universe factum totalium possessionum Donathtornya

et Kyralsag vocatarum in comitatu de Bekes omnino habitarum, propter earum incautam conservacionem ex casu contingenti amisse periclitateque forent. Que tandem ad manus egregii Nicolai Doczy de Zeg utcunque devenissent et nunc quoque pre manibus suis haberentur, quas ipse Nicolaus Doczy ad sepissimas requisiciones earundem dominarum exponentium eisdem hactenus reddere et restituere minime curasset, prout nollet eciam de presenti, sed easdem nunc quoque apud se conservaret, quas et que eedem domine sanctimoniales ad presens a prefato Nicolao Doczy pro se ipsis rehabere vellent et restitui postularent lege regni requirente, iureque admittente... Vestrum mittatis hominem, qui... ammoneat... Nicolaum Dóczy... Unde nos... honorabilem magistrum Ladislaum de Haczak concanonicum misimus... qui feria tercia proxima post dominicam Cantate accedendo eundem Nicolaum Dóczy... ammonuit. Datum tercio die diei huiusmodi exhibicionis, ammonicionis et certificacionis prenotatarum.

Papiron; Országos Levéltár: Acta Monial. Poson. fasc. 44. Nr. 39.

Közli: Iványi Béla.

517.

1547 május 21.

Erdődy Péter veszprémmegyei Somlyó várát tartozékaival, nevezetesen a vásárhelyi apácza-monostor kegyuraságával együtt zálogba adja 2000 frtért Devecseri Choron Andrásnak.

Petrus Erdődy castrum Somlyó, in comitatu Wesprimiensi existens, cum suis pertinentiis et «signanter cum iure patronatus sanctimonialium de Wassarhel» pro 2000 florenis impignorat Andree Choron de Devecher.

A vasvár-szombathelyi káptalan protocolluma. 1543—51. 454. sz.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

518.

Meissen, 1547 május 29.

Oláh Miklós Pernstain Jánosnét, Ormosdi Székely Magdolnát tudósítja a királynak Prága felé való indulásáról és a lutheranusok legyőzéséről.

Maiestas regia, Deo bene ordinante propediem erit Prage. Si quid negocii dominacio vestra magnifica habet, poterit illuc ad suam Maiestatem mittere vel venire. Debellatis hostibus religio-

nis et inobedientibus, captoque duce Saxonie alias electore, Vittembergam quoque civitatem, domicilium hereticorum occupamus.

Nicolaus Olahus,
Z. cancellarius regie maiestatis etc.

Országos Levéltár: *N. R. A.* fasc. 1752. Nr. 50.

Közli: Iványi Béla.

519.

Eperjes, 1547 június 9.

Az eperjesi egyház plébánosa és valamennyi papja kérik Bártfa biráját és esküdteit, hogy a gyülekezet határozatának értelmében az igehirdetőül már megválasztott Mihályt ilyenül fogadják el és tartsák meg.

Pacem et Spiritus Sancti consolationem ex animo precantur.

Semper Deus ecclesiam suam conservare vult, ut testatur scriptura sacra. Ecclesia autem vera habet ministerium verbi Dei, in quo est precipuum ipsa vocatio, super qua in presenti congregatione Spiritus Sanctus emisit verbum hoc iamdiu evulgatum: ordinationem summis viribus et omni spiritu esse retinendam, ne evangelium funditus deleatur. Consensus itaque (Deo ita providente et confirmante congregationem hanc) omnium reliquarum civitatum est: electum iam et ad hoc munus vocatum venerabilem dominum Michaelem retinere. Obsecramus ergo dominos Bartphenses: cogitent de miseriis ecclesie Jhesu Christi, nostri pontificis; electionem prehabitam et venerentur et amplectentur iuxta illud dictum: Deo plus esse obediendum, quam hominibus. Bene et feliciter valete. Datum Eperies 9. Junii anno 1547.

Petrus,
parochus Eperiesiensis, omnesque clerici
nostre ecclesie.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis d. iudici et civibus iuratis Bartphensibus, dominis suis observandis.

Bártfa városa levéltárából másolta Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

520.

Leitmericz, 1547 június 10.

Ferdinánd király megparancsolja Szily Albert kapornaki apátnak, hogy a szerzetesi ruhát vegye föl s valódi szerzetessé legyen, mert különben az apátságot másnak fogja adni.

Ferdinandus... Hungarie... rex...

Venerabilis fidelis nobis dilecte. Non te latet, ea conditione nos abbatiam de Kapornak tibi dedisse et contulisse, ut... habitum eius ordinis assumeres... quod te nondum fecisse existimamus. Scias itaque, nos decrevisse, ut non modo tu, sed etiam alii, qui huiusmodi abbatias regulares possident, suum quisque habitum ferat et ea, que ordinis sui sunt, exequatur. Fidelitati itaque tue committimus et mandamus, ut habitum ordinis tui primo quoque tempore assumere ac in ecclesia tua presens esse... debeas... nam alioquin curabimus, ut abbatia abbatem habeat in habitu incedentem et residentem. Datum in civitate nostra Lÿthamerÿcz decima die mensis Junii anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
E. Zagrabien.

Kívül: Alberto abbati ecclesie de Kapornak...

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. A. nr. 33.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

521.

Gyulafehérvár, 1547 június 30.

Izabella királyné az erdélyi káptalannak meghagyja, hogy Medgyesi Ferencz dobokai főesperes-kanonokot a Martonfalván levő, neki adományozott nyolcz jobbágytelekbe igtassa be.

Isabella regina capitulo Transsilvano committit, ut Franciscum Medgyesi archidiaconum de Doboka et canonicum Transilvanum statuat in dominium 8 sessionum iobagionalium Martonfalvae existentium.

Beke Antal: A gyulafehérvári káptalan levéltára. 185. l. 875. sorsz.

522.

Leitmeritz, 1547 július 10.

Ferdinánd király a koppánmonostori apátság Monostor nevű birtokát a monostor helyreállításáig Bedőczi Farkas Mártonnak adja.

Anno 1547 Litomeritÿ decima Julii factae sunt donationales manu suae Maiestatis subscriptae, quibus mediantibus sua Maiestas praedium Monostor vocatum in comitatu Comaromiensi existens, quod olim ad abbatiam ecclesiae de Monostor pertinuit, verum, ex quo abbatia ipsa a multis iam temporibus diruta ac desolata, praediumque ab aliis possideri iniuste dicantur, Martino Farkas de Bedewcz usque ad restaurationem dictae ecclesiae ac durante vita ipsius, cum cunctis utilitatibus ac pertinentiis quibuslibet, dedit, donavit, contulit. Ita habetur in Libro Regio, quem Nicolaus Olahus episcopus coepit 1543. Folio 102.

Kaprinai Msc. C. tom. XII. pag. 360.

Közli: Rapaics Rajmond.

523.

Pozsony, 1547 augusztus 4.

A király előtt Ujlaky Ferencz győri püspök panaszt tesz, hogy ez év január 6. táján Sitkey Jakab, Gergely és Mihály az akkor elhalt László sitkei plébános házára rohantak és az elhunytnak minden pénzét és ingóságát erővel elvitették és a maguk czéljaira használták. Mivel pedig a sitkei plébánia a győri püspök joghatóságához tartozik, igazságot kér. A király a Sitkeyeket a személyes jelenléti törvényszék elé idézteti a vasvári káptalan előtt. — Rávezetve, hogy az idézést Pozsegavári Balázs kanonok, a sitkei kastély főkapusa útján adta értésére a Sitkeyeknek.

Francisco Ujlaky, episcopo Jauriensi referente rex intelligit circa 6 diem Januarii huius anni Jacobum, Gregorium et Michaelem Sitkey domum plebani de Sitke tunc defuncti invasisse et omnem pecuniam omniaque mobilia vi abstulisse in suosque usus convertisse. «Et quia prescripta ecclesia parochialis de Sythke sub diocesi et iurisdictione episcopi Jauriensis existat» episcopus iustitiam postulat adeoque rex prefatos viros in personalem suam praesentiam citari iubet per capitulum Castriferrei. — Adnotatur, citationem peractam fuisse per Blasium Pozsegaváry, canonicum, medio custodis portae castelli Sitkeiensis.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litteralia instrumenta. f. 40. nr. 36.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

524.

Prága, 1547 augusztus 26.

Ferdinánd megparancsolja a huszti várnagyoknak, hogy a huszti oltár-igazgatóknak a régi királyoktól megajánlott sót adják ki.

Ferdinandus etc. Egregiis Mathie Brodarico ac Stephano Mekchey, castellanis arcis nostrre Hwzth ac camerarum salium nostrorum Maromarusiensium comitibus, salutem et graciam. Expositum et Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum honorabilium presbyterorum ac rectorum altarium ecclesie oppidi nostri Hwzth, quomodo ipsis serenissimi olim Hungarie reges, predecessores nostri pie memorie, concessissent ac privilegiis eorum sanxissent, ut singulis annis pro sustentacione ipsorum et continuacione divinorum officiorum certus numerus salium ex ista camera nostra Maromarusiensi eis daretur, ut hoc pacto cultui divino magis inservire et se facilius sustentare possent, supplicando nobis humillime, ut quemadmodum predecessores nostri, divi quondam Hungarie reges fecerunt, nos quoque hanc eis factam deputacionem observari facere dignaremur. Eorum itaque supplicatione moti, tum etiam volentes ipsorum quondam regum Hungarie, nostrorum antecessorum, pias ordinaciones suum habere vigorem, fidelitati vestre harum serie firmitter committimus, quatenus acceptis presentibus, visis dictorum presbyterorum et beneficiatorum in Hwzth commorantium privilegiis, si ea hactenus observata sunt in eorumque usu fuerunt, ea ipsa etiam in posterum observare, et sales eis, pro serviciis Dei continuandis deputatos reddere debeatis et teneamini. Aliud nullomodo facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage, vigesima sexta Augusti anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo.

Ferdinandus m. p. *Nicolaus Olahus,*
E. Zagrabiensis etc.

Országos Levéltár: Benignae resol. regiae I. kötet. 85. oldal és ugyanezen kötet 89. oldal.

Közli: Iványi Béla.

525.

Pozsony, 1547 szeptember 11.

Kecsethy Márton veszprémi püspök értesíti Nádasdy Tamást, hogy a 100 forintot megkapta s a másik 100 forintot nem engedheti el.

Spectabilis et magnifice domine, domine mihi semper observandissime. Serviciorum meorum perpetuam commendacionem. Literas spectabilis et magnificentie vestre reddidi reverendissimo domino Strigoniensi locumtenenti etc. ad quas rescripsit. Scripsit et magnifico domino Battyany, quos curare dignetur eadem, ut ad suam magnificam dominationem perferantur; pecunia, hoc est centum fl., sunt mihi redditi heri in ipsa cena spectantibus omnibus, nam et in foro publico sublato sacco, in quo pecunia erat, perinde atque sacramento seu monstrantia servitor spectabilis et magnificencie vestre aliquamdiu ambulavit, quoad rescivisset hospitium meum, atque ita cum magna reverentia reddidit. Ceterum, ubi rogat me spectabilis et magnificencia vestra, uti reliquos centum florenos relaxare debeam, nescio quomodo id sit intelligendum. Mihi sane videtur Danubium aqua minime egere. Scit spectabilis et magnificencia vestra omnes meas divitias et proventus non secus atque ipse, ita ut non opus sit mihi nunc multa verba facere, hos saltem dicam unico verbo, quod crastino die omnes hos centum florenos mittam Viennam, pro vestimendis (!) tribus pueris et eorum pedagogo hospitique ipsorum satisfaciendo. — Remanebunt mihi 25 floreni ex his, quos hac hebdomada Deo volente perbibam atque ita, si eadem spectabilis et magnificencia vestra reliquum pecunie mihi statim non remitterit, ve ve illi thesauro, communi omnium bonorum reposito. Supplico itaque spectabili et magnificencie vestre, velit et illos centum florenos remittere statim, sub velamento tamen aliquo, ne sit monstrantia, alioquin non deerunt adoratores. De viro Vgrynowyth et iusto iniusto scripsit spectabili et magnificencie vestre satis copiose reverendus dominus Strigoniensis. Christus Jesus servet spectabilem et magnificenciam vestram quam felicissime sanam et incolumem cum tota domo sua, cui mea servicia unice commendo. Posonii undecima Septembris. 1547.

Spectabilis et magnificencie vestre

servitor Vesprimiensis perpetuus.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, libero domino terre Fogharas ac iudici curie regie Maiestatis etc. domino mihi semper observandissimo.

Eredetije papiron, vörösviaszba nyomott zárópecsétje elveszett. Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek *K. 1.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

526.

Prága, 1547 szeptember 15.

Ferdinánd király megparancsolja az erdődi plébánosnak és társainak, hogy Drágfy Gáspár végrendeletéről bizonyságot tegyenek a leleszi konvent előtt.

Ferdinandus ... rex ... fidelibus nostris honorabili Blasio plebano ecclesie parochialis de Erdewd item egregiis et nobilibus Petro de Karol, Ioanni de eadem Karol, alteri Johanni de Berend, Michaeli Kende de Czegen, Ladislao de Egrij et Michaeli Literato de Kebelkwth... Exponitur Maiestati nostre in persona... magnifici Joannis de Peren... qualiter ipse de et super testamentaria dispositione mag. quondam Gasparis Dragffÿ de Bewthek (!)... per vos, quibus eadem dispositio evidenter constaret, quandam fassionem pariter et attestationem celebrari facere haberet, formidaret tamen idem exponens, ut fortassis vos a dicenda in premissis veritate abstraheretis... Pro eo... mandamus, quatenus... sub onere sedecim marcarum... ad conventum ecclesie de Lelez accedere ibique... qualis vobis de premissa testamentaria dispositione... constat certitudo veritatis suo modo dicere... debeatis... Datum Prage feria quinta proxima post festum Exaltationis sancte crucis anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo.

Eredetije papiron, aljára nyomott pecséttel, a Perényi-levéltárban a Nemzeti Múzeumban.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

527.

Pozsony, 1547 szeptember 18.

Kecsethy Márton értesíti Nádasdyt, hogy az őrsi prépostságot csak akkor adhatja oda a Paksy fiúnak, ha Batthyány előbb a kegyuraság felett a királylyal megegyezik, mert a király magának követeli a prépostság kegyuraságát.

Spectabilis ac magnifice domine, domine mihi semper observandissime, serviciorum meorum perpetuam commendacionem.

Ego consentire non possum collationi prepositure Ewrsiensis, quoad non concordaverit magnificus dominus Battyany cum regia Maiestate de iure patronatus illius prepositure. Nam cum dominus Batthyany contulisset meo Barthus, rexque hoc ipsum intellexisset a nescio quo, irascebatur mihi sua Maiestas, quod ad donationem ipsius domini magnifici Battyany fecissem investire seu installare (ut dicunt) ipsum Barthus, asserens, se, tanquam regem, esse patronum in hoc regno omnium prepositurarum et ita coacti fuimus ego et dominus Colocensis novam donationem a sua Maiestate impetrare ipsi Barthus. Ego sane mallem, ut filius domini Paxy haberet, quam quivis alius et in hoc totus ero, sed nollem ante tempus incurrere in indignationem sue Maiestatis. Bonum esset, ut dominus Battyany concordaret cum sua Maiestate de illo patronatu et si sua Maiestas scriberet, ut illi consentirem, cui dominus Battyany contulisset, vel conferre vellet, hoc ipsum facerem, sed dominus non solum preposituram, sed canonicatum et altare contulit ipsi domino Paxy, non aliter, quam si ipse esset episcopus. Collatio enim canonicatuum et altarium mea est, et ego ipsi Barthus dederam, non autem rex aut dominus Battyany, occupavitque non solum preposituram ipse dominus Paxy, sed et vineas altaris et res prepositure, que ad me sunt devolute, ex quo intestatus obiit. Valere spectabilem et magnificenciam vestram cupio, cui mea servicia unice commendo. Posonii, 18. Septembris 1547.

Spectabilis et magnificencie vestre

servitor Vesprimiensis etc.

Hab nyth gelth.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd etc.

Eredetije papiron, vörösviaszba nyomott zárópecsétje elveszett. Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek *K. 1.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

528.

Prága, 1547 szeptember 23.

Ferdinánd király a kolosi apátságot Elefánti Simonnak, Podmaniczky Ráfáel unokaöcscsének adja.

Nos Ferdinandus etc. Memoriae commendamus... quod nos inducti meritis et virtutibus et eruditione sufficienti, aliisque animi

dotibus fidelis nostri egregii Simonis Elephanti, nepotis ex sorore fidelis nostri magnifici Raphaëlis Podmaniczkÿ, quibus ipse ab Altissimo praeditus apud Maiestatem nostram fidedigno testimonio meruit commendari; eundem igitur tanquam personam idoneam et benemeritam ad abbatiam ecclesiae Kolos, a certis annis legitimo abbate, ut dicitur, de iure et de facto vacantem duximus eligendum, nominandum et ordinario suo episcopo, cuius interest, pro confirmatione accipienda praesentandum. Et nihilominus praedictarum virtutum eiusdem Simonis Elephanti intuitu, eandem abbatiam de Kolos modo praemisso vacantem authoritate iurispatronatus nostri regii, quod in omnibus praedicti regni nostri Hungariae ecclesiis, more praedecessorum nostrorum dominorum quondam Hungariae regum, optimo iure habemus, simul cum omnibus eiusdem abbatiae bonis temporalibus, puta possessionibus, villis, praediis et quibuslibet iuribus possessionariis, necnon proventibus et emolumentis quibuslibet ubicunque habitis et undecunque provenientibus, praefato Simoni Elephanti duximus dandam et conferendam; ita tamen, quod ipse intra terminum a canonibus institutum habitum ordinis eiusdem abbatiae assumere, fratresque sui ordinis pro proventuum quantitate sufficientes in ecclesia abbatiae eiusdem in divini servitii continuationem alere et tenere, onera etiam alia et servitia ipsius monasterii et ecclesiae suae ab antiquo consueta obire et perficere debeat et teneatur. Imo eligimus, nominamus, praesentamus, damusque et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis reverendissimo in Xto patri domino Paulo de Varda, archiepiscopo Strigoniensi, primati Hungariae, legato nato, summo cancellario et locumtenenti nostro in Hungaria, harum serie mandamus, quatenus acceptis praesentibus memoratum Simonem Elephanti, et neminem alium, in praescriptam abbaciam de Kolos admittere ac ipsum in ea ordinaria vestra authoritate canonica confirmare debeatis et teneamini. Praesentes autem, quas secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungariae utimur, communiri faciemus, post harum lecturam reddi committimus praesentanti. Datum Pragae, vigesima tertia die Septembris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo. Ferdinandus m. p. Nicolaus Olahus m. p. eppus Zagrabiensis.

(L. S.)

Hevenessy-kéziratgyüjtemény. XLVII. kötet. 194. l. Ex archivis Camerae Poson. Capsa Q. Q. Q.

Közli: Rapaics Rajmond.

529.

Bécs, 1547 szeptember 26.

Sylvester János Nádasdy Tamásnak megirja véleményét Szegedi Lajos zsoltárforditásáról.

Magnifice domine domine mihi gratiosissime. Servitium et mei perpetuam commendationem. Quum nondum exciderim memoria vestrae magnificae dominationis cum ex aliis quibusdam rebus, tum ex hoc proxime intellexi, quod cum psalmos quosdam pios huc Viennam, ut typis excuderentur, eadem misisset, jussit, ut priusquam prelo committerentur, versioni eorum iudicium adhiberem. Quod et feci, partim officio, partim pietate motus. Quamdiu enim vivero, perpetuo me vestrae magnificae dominationi obstrictum existimabo et nihil magis pium, quam pios piorum conatus, pia studia juvare velle. Ut itaque uno dicam verbo, quid de hac versione sentiam, nihil est, quod aut ego aut alius quispiam judicio sano praeditus probare possit. Recte itaque fecisset Ludovicus hic Teghezinus (id enim vox Zeghet in patria nostra lingua sonat, si litterae invertantur, quod in aliis etiam oppidorum et pagorum nominibus nobis faciendum est, ut eorum significatio innotescat) si acutiora e pharetra sua tela deprompsisset, quibus nos conficeret. Haec enim in illum ita retorquere possum, ut nulli de caetero possit negotium facessere. Hic enim est ille, qui totam versionem nostram Novi Testamenti, dum Albae ageret, in universum damnare non est veritus, nec erubuit. Qua etiam re non parum mihi incommodavit. Nam omnia exemplaria, quae eam in urbem miseram, perierunt in domo Bartholomaei, piae memoriae viri, et martyris haud dubie Christi. Sed ne videar malum malo repensare neve iniquo duci judicio, sumam titulum tantum praefationis et illud ad varias bene vertendi rationes, veluti ad Lydium lapidem, ita exigam, ut nec vestra magnifica dominatio, nec alius quispiam dubitare possit, hunc in ipso (quod ajunt) limine semel atque iterum turpissime errasse. Collegi enim ex variis auctoribus, tum sacris, tum prophanis praecepta bene vertendi et generalia et specialia, et ea, meo more, in locos digessi communes, ut mihi dicenti, scribentique sint in promptu et in numerato. Sine quibus praeceptis nemo est, qui in hoc studio feliciter versari, nemo, qui huic seculo dignum quid edere possit. Atque utinam id domestico exemplo verum non esset, videmus enim multos patriae nostrae studiosos (ut illorum venia actum

sit) sine ulla fruge in hoc scribendi genere versatos esse et olim et nunc versari, inter quos haud dubie est et hic pharetratus noster, qui nunquam induci potuit, ut supercilium deprimeret, cristamque abiceret. Suppressit nomen suum, veritus haud dubie, tum aliorum sani judicii virorum sententiam, tum maxime nostram censuram. Sed extraham illum e latibulis illis, cogamque, ut mercedem laboris sui vanissimi, nempe aureos triginta et duos, reddat, ut illis laborem redimamus interpretis alicujus et doctioris et magis fidi. Nec eam nobis denegare poterit, si verus verbi minister est. Hoc enim apertissimum furtum est. Porro concionatores alieni debent esse a furto et quaestu omni. Sed ad titulum ipsum veniam. Az tholmach istennek esmeretibe valo nevekedeset kevanńa az olvasónak. Nullum hic fere verbum est, quod possit tolerari. Summo itaque primam vocem tholmach, atque speciali regula ostendam, eam hic locum habere non posse, quae ita habet:

Una eademque vox juxta varium orationis genus varie etiam interpretari debet.

ἀγαϑόν non semper bonum reddendum, nec ἐξήγητής (?) studiosus author Perionimus Aristotelis interpres.

Proinde etsi vox tholmacz in nostra lingua significet id, quod latine interpres, hic tamen locum haec vox nullum habere poterat, sed alia huic aequivalens; eos enim juxta morem loquendi patriae nostrae dignamur hoc vocabulo, qui viva voce quid solent interpretari, id quod nemo (nisi linguae forte ignarus) poterit negare. istennek hic articulus *az* addendus erat, cujus quanta vis sit in omni lingua, in grammatica illa nostra ostendimus, quam studiosi nunc primum coeperunt desiderare. *esmeretibe,* dicendum erat *ben,* ut vis praepositionis exprimeretur, quae in nostra lingua plerumque postremum obtinet locum, ut in praedicta grammatica nostra itidem audimus, quae indigne in situ apud nestram magnificam dominationem jacet pulvereo, indigne dilaceratur, indigne cuculli ex ea fiunt. *nevekedeset.* Istud *nevekedeset,* quod convenit cum istennek, ne interpres quidem mihi interpretari commode posset. az *olvasonak* et hoc ridicule vertitur ad hunc modum, quod hac regula demonstro. Primum quam tradit Erasmus ille magnus in annotationibus suis super Novum Testamentum I. Petri 1. *Amphibologia vitanda interpreti,* ubi non fert, quod vulgatus interpres vertit «in revelatione Jesu Christi», sed censet, nomen verbale per verbum commodius interdum verti debere «cum revelabitur Jesus Christus». Idem censet et Cicero Lib. de Universitate, ubi vocem τρόπος vertit: *se converterent.* Ergo cum vox

olvaso in nostra lingua sit ambigua vox, nisi addatur alia vox ember, ad hunc nempe modum *iras olvaso ember:* cur Teghesinus noster talia e pharetra non e... depromit vocabula, cum haec ita huic loco vox non conveniat, quam baculus (ut nostri loquuntur) pharetrae. Olvaso enim id nostris significat, quod in templis quidam susurrantes verius [quam] orantes manibus tractare solent ac cum Deo de numero precium rationem inire. Tota itaque haec oratio, juxta morem loquendi patriae nostrae venustum, praeceptaque bene vertendi (quae in omni lingua suam haberet vim) ad hunc modum erat vertenda:

Az ki ez kőńuet Magar ńelwre fordytotta
Kivanńa az istentul azoknak kik
ezt olvassak hog az ű esmeretiben
neuekeggenek.

Quid de caeteris versionis hujus partibus sentiendum sit, quisquam judicare potest, quum solus titulus praefationis tot scateat mendis, maxime vestra magnifica dominatio, quae acri non caret iudicio, cui etiam me meaque studia unice commendo, cui etiam misi scedam versionis decreti, pro quo vertendo nobiles me precibus fatigarunt continuis. Viennae die lunae ante ferias Michaelis 1547.

servitor Joannes Sylvester.

Czím: Spectabili et magnifico domino domino Thomae a Nadasd, iudici curiae regiae Majestatis.

Eredetije egész ív, 2-rét, zöldviaszba nyomott ép pecsétjén mythologiai alak látható. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. — Közölte *Szilády* Á.: Irodalomtört. Közlemények. III. évf. 96—98.

530.

Prága, 1547 szeptember 27.

I. Ferdinánd meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy az esztergomi érseknek a sági vár fentartására és őrzésére tett kiadásairól számoljon el és vezessen jegyzeket.

Ferdinandus rex praecipit camerae Hungaricae ut de expensis archiepiscopi Strigoniensis ad conservationem et custodiam fortalitii Ság (Ipolyság) factis computationem faciat.

Országos Levéltár: Ben. resol. reg. I. kötet. 113. l.

Közli: Iványi Béla.

531.

1547 szeptember.

Nádasdy Tamás országbíró előtt Ujlaky Ferencz győri püspök, mint a püspöksége alá tartozó egyházak feje és gyámja, panaszt tesz, hogy Gersei Petheu Gáspár a rába-kovácsi, másként egyházszegi szent Kozma és Damján tiszteletére avatott plébánia-egyház földeit 1544-ben elfoglalta és még mindig használja. Az országbiró a vasvári káptalan által Petheut megidézteti. — Rávezetve, hogy Bikszádi János kanonok az idézést Körmenden teljesítette.

Franciscus Ujlaky episcopus Jauriensis veluti prelatus et tutor ecclesiarum episcopatui suo subiectarum coram Thoma Nádasdy, iudice curiae, querulatur, quod Gaspar Pethew de Gerse terras ecclesiae parochialis de Rába-Kovácsi alias Egyházszeg adhuc anno 1544 occupavit et adhuc usurpat. Judex curiae Gaspar Pethew per capitulum Castriferrei citari iubet. Mandatum hoc Joannes Bikszádi canonicus in oppido Körmend exequitur.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Capitularia. f. 2. nr. 8.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

532.

1547 október 29.

Réway Ferencz turóczi főispán és nádori helytartó Pozsonyban október 23-án a máriavölgyi pálosok vicariusának, Györgynek és társainak azon panaszára — hogy Jajczay Miklós, Serédi Gáspár stomfai várnagya, urának tudtával és annak meghagyására a pálosoknak Pozsonymegyében a Morva folyó mellett fekvő Ludasrétjét 200 vagy több marhával lelegeltette és onnan a szénát elhordatta — Serédyt maga elé idézteti a pozsonyi káptalan által. Ez pedig Szepetneki Pált, az Oltáriszentség oltárának igazgatóját küldte ki, ki az idézést Serédi Gáspár ellen Pozsonyban, október 24-én teljesítette.

Franciscus Réway locumtenens palatinalis ad querelam «religiosi fratris Georgii vicarii tociusque conventus fratrum heremitarum monasterii Thall» citari iubet Gasparem Serédy, ad cuius mandatum Nicolaus Jajczay, castellanus de Stomfa, pratum heremitarum Ludas vocatum iuxta fluvium Morova pecoribus depasci et foenum inde avehi fecit. Capitulum autem Posoniense per «discretum dominum Paulum presbyterum de Zepetnek, rectorem altaris sacratissimi altaris Corporis Christi in ecclesia Posoniensi fundati» hanc citationem Posonii 24-a die m. Octobris exequitur.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 383. csomó.

Közli: Iványi Béla.

533.

1547 október 29.

A pozsonyi káptalan jelenti Réway Ferencz nádori helytartónak, hogy parancsára Serédy Gáspárt a ládi páloskolostor megrablásáért, a tokaji kolostor lerombolásáért, a regéczi kolostor felégetéseért és birtokai elfoglalásáért megidézte.

Magnifico domino Francisco de Reva, comiti comitatus de Thwrocz, necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenenti etc. domino et amico ipsorum honorando capitulum ecclesie Posoniensis amicicie et honoris continuum incrementum. Vestra noverit magnificencia nos literas eiusdem vestre magnificencie exhibitorias, ammonitorias et certificatorias nobis amicabiliter loquentes et directas, honore quo decuit, recepisse in hec verba: *Franciscus de Rewa* comes comitatus de Thwrocz necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens etc. amicis suis reverendis capitulo ecclesie Posoniensis salutem et amiciciam paratam cum honore. Expositum est nobis in personis reverendi patris, fratris Francisci prioris generalis fratrum heremitarum in personis, quomodo circa festum Paschatis in anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo sexto transacto preteritum, egregius Joannes Chomaffay, tunc capitaneus magnifici domini Gaspari de Sered, parcium superiorum dicti regni Hungarie capitanei generalis, ex speciali commissione et mandato dicti domini Gaspari Seredy domini videlicet sui assumptis secum nobili Alberto Semere vocato aliisque quamplurimis hominibus et servitoribus iam dicti domini Gaspari Seredy manibus armatis et potenciarie monastherium dictarum fratrum exponentium ac tocius ordinis fratrum heremitarum Laad vocatum in comitatu Borsodiensi sub invocacione nominis visitacionis beatissime Marie Virginis existens habitum invasissent et fratre Martino vicario eiusdem monasterii Laad aliisque fratribus heremitis sub custodia observatis omnia loca secreciora dicti monasterii Laad perscrutando, perscrutatisque quicquid alimentorum tam in promtuario, quam et in cellario ipsius monasterii Laad, puta vina, frumentum, larida et alia ad usum necessaria reperire potuissent, plusquam quadraginta curribus bene oneratis abduxissent ac, quo ipsorum placuisset voluntati, portare fecissent potencia mediante. Item idem dominus Gasparus de Sered eo non contentus circa predictum festum Paschatis anno in antedicto preteritum, nescitur unde motus, missis et destinatis quam pluribus hominibus et servitoribus suis armatis, et poten-

ciariis manibus in et ad monasterium Thokay sub invocacione nominis beate Anne in comitatu Zempliniensi existens habitum et ad ripam fluminis Bodrogh fundatum fratribus heremitis eiusdem monastherii Thokay videlicet Laurencio vicario aliisque sub custodia reservatis, omnia bona mobilia ad victum et usum necessaria inibi reperta exportare abducereque fecisset rursum potencia mediante. Item idem dominus Gaspar de Sered his minime contentus, circa festum Penthecostes, anno in antedicto transacto preteritum, iterum missis et destinatis quam pluribus hominibus ac servitoribus iobagionibusque suis, manibus armatis et potenciariis in et ad dictum monastherium Thokay in dicto comitatu Zempliniensi, ut premissum est, habitum idem monastherium Thokay ipsorum exponentium ceterorumque fratrum heremitarum funditus diruere demolirique ac solo equare ac possessionem eiusdem monasterii Thokay Ondh vocatam et in antedicto comitatu Zempliniensi existentem habitam, cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad eandem possessionem Ondh de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, puta terris arabilibus cultis et incultis, vineis et decimis colonorum in iamdicta possessione Ondh residencium commorancium, necnon vineas dictorum exponentium ceterorumque fratrum heremitarum Aranyas, Nywlas, Pynczefely, Kwczarzeleye, Thanya, Jakabandras et Mezesmal vocatas, omnino in promonthorio oppidy Thokay in predicto comitatu Zempliniensi existentes adiacentes, unacum allodio Thardos appellato ac in antefato comitatu Zempliniensi habito et molendinum trium rotarum, super fluvium Hernad habitum, penes possessionem Vilman in comitatu Abawyvariensi habitam existentem, tempore in prescripto ab ipso monasterio Thokay minus iuste et indebite ac preter omnem viam iuris distrahi pro seque occupari occupatamque et occupatas eciam de presenti teneret et conservaret, fructus eciam et quelibet emolumenta eiusdem possessionis Ondh ipsorum exponencium ceterorumque fratrum heremitarum ac vinearum prenominatarum, allodii quoque Thordas, ut pretactum est, vocati necnon et molendini pro se perciperet percipique faceret potencia mediante. Postremo idem dominus Gaspar Seredy nec his contentus circa festum corporis Christi in anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo, transacto preteritum, missis et destinatis egregio Adalberto de Fylpes, tunc arcis Regecz prefecto, aliis eciam quamplurimis hominibus et servitoribus suis manibus armatis et potenciariis in et ad monastherium prefatorum exponentium tociusque

ordinis fratrum heremitarum sub invocacione beati Jacobi apostoli prope dictum castrum Regech in antefato comitatu Abawywariensi existens habitum, idem monastherium antefatorum exponentium tociusque ordinis fratrum heremitarum comburere ac penitus diruere ac possessionem Golop appellatam ad ipsum monastherium beati Jacobi apostoli pertinentem, in sepedicto comitatu Zempliniensi habitam, unacum allodio dictorum exponentium tociusque ordinis fratrum heremitarum Horwathy vocato in antefato comitatu Zempliniensi existente, ac molendino in fluvio Therma nominato in sepetacto comitatu Zempliniensi existente habitum, decurrente, simulcum cunctis eiusdem possessionis Golop et allodii Horwathy ac molendini utilitatibus et emolumentis quibuslibet tempore in pretacto pro se occupare fecisset, occupatasque teneret et conservaret fructus eciam et quaslibet utilitates earundem possessionis Golop et allodii Horwathy ac molendini in fluvio Therma premisso decurrentis, eciam modo pro se perciperet percipique faceret potencia mediante. In quibus omnibus dictus dominus Gaspar Seredy, salvis actibus potenciariis memoratis, exponentibus ceterisque fratribus heremitis plusquam vigintiquinque millium florenorum auri dampna intulisset inferrique fecisset in preiudicium et dampnum dictorum exponencium ceterorumque fratrum heremitarum valde magnum. Quia autem huiusmodi actus potenciarii per quoscumque patrati instar aliarum causarum ex constitucionibus publicis adiudicare solitarum in curia regia per nos ceterosque iudices regni ordinarios pro quintodecimo die discuti debent et adiudicare, pro eo amiciciam vestram harum serie hortamur et requirimus, quatenus presentes literas nostras memorato domino Gasparo de Sered per vestrum testimonium fidedignum exhibere et presentare faciatis, qui si personaliter reperire poterit, bene quidem, alioqui de domibus habitacionum suarum sive solitis eiusdem residentiis ammoneat eundem dicatque et committat eidem verbo nostro, ut ipse decimoquinto die a die huiusmodi exhibicionis et ammonicionis ipsi ex hinc fiende computando in curia regia coram nobis personaliter vel per procuratorem suum legittimum modis omnibus comparere debeat et teneatur racionem de premissis redditurum, certificando nichilominus eundem ibidem, ut sive ipse termino in predicto coram nobis compareat, sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod dictaverit ordo iuris. Et post hec huiusmodi exhibicionis, amonicionis et certificacionis seriem, ut fuerit expediens, terminum ad prescriptum nobis amica-

biliter rescribatis. Datum Posonii, in dominica proxima post festum beati Luce evangeliste, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo. *Unde nos* amicabilibus peticionibus ipsius vestre magnificencie in omnibus satisfacere volentes, uti tenemur, discretum dominum Paulum presbiterum de Zepetnek, rectorem altaris sacratissimi corporis Christi in prefata ecclesia nostra Posoniensi fundati, testimonium scilicet nostrum fidedignum ad premissa fideliter exequenda duximus transmittendum. Qui tandem exinde ad nos reversus nobis sub iuramento in decreto contento retulit in hunc modum. Quomodo ipse feria secunda proxima ante festum beati Demetrii martiris proxime preterito ad memoratum magnificum dominum Gasparum de Sered, hic Posonii constitutum accessisset, et preinsertas litteras vestre magnificencie eidem domino Gasparo de Sered hic Posonii personaliter reperto exhibuisset et presentasset ammonuissetque eundem dixissetque et commisisset eidem verbo vestre magnificencie, ut ipse decimoquinto die a die huiusmodi exhibicionis et ammonicionis ipsi exhinc facte computando personaliter vel per procuratorem suum legittimum modis omnibus comparere debeat et teneatur, racionem de premissis redditurus. Certificando nichilominus eundem ibidem, ut sive ipse termino in predicto coram vestra magnificencia compareat sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod dictaverit ordo iuris. Datum sexto die diei execucionis prenotate, anno Domini supradicto.

Kívül: Domino locumtenenti palatinali.

Pro reverendo patre, fratre Francisco priore generali fratrum heremitarum beati Pauli primi heremite ac fratre Georgio vicario monasterii Thall necnon toto ordine fratrum heremitarum contra magnificum dominum Gasparum de Sered, parcium regni Hungarie superiorum capitaneum, ad terminum intrascriptum exhibicionis, ammonicionis certificacionis, relatio.

Eredetije papiron, kívül rányomott pecsét helyével. Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 431. csomó, régi jelzet: *A. P.* conv. Tokaj. fasc. 1. Nr. 3.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

534.

Pozsony, 1547 október 30.

Bedeghi Nyáry Ferencz hontmegyei főispán és kir. lovászmester meghivja Nádasdy Tamást nővére, Anna és Apponyi István lakodalmára.

Spectabilis et magnifice domine, amice, nobis observandissime, salutem et nostram commendationem. Quoniam nos genero-

sam puellam Annam, sororem nostram egregio domino Stephano de Apon desponsavimus, egregio vero Christoforo Therek fratri nostro generosam puellam Catherinam filiam egregii condam Stephani de Maythyn ritu sancte Matris Ecclesie in legittimam uxorem accepimus, quorum nupcias die domino proximo post festum beate Catherine virginis proxime futurum, in domo nostra Bwchan celebrare statuimus. Quare sp. mag. d. vestram rogamus, velit die et loco prefatis nupciarum fratris et sororis nostrorum unacum domina coniuge sua solennitati interesse et sua presencia nupcias ipsas decorare. Quam in reliquo feliciter valere optamus. Posonii, dominico die proximo post festum Simonis et Jude apostolorum 1547.

Franciscus Nyary de Bedegh,
comes Honthensis et magister agazonum regalium etc.

A papir alján: Domino Nadasdy.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome de Nadasd, comiti comitatus Castriferei et iudici curie regie Maiestatis etc.

Eredetije papiron, kívül papirba nyomott, a Nyáryak czimerét ábrázoló, *N. F.* betüs gyűrűs zárópecséttel, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *N. J.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

535.

Beregszász, 1547 november 8.

Remelli Balduin, a veszprémi Mindszent-egyház prépostja és beregszászi első pap Kálmáncsehi Költhő Imrét a beregszászi egyházban levő Krisztus teste-oltárnak igazgatójává nevezi ki.

Nos Balduinus de Remellis, prepositus ecclesie Omnium Sanctorum Wesprimiensis et in Beregzaz archipresbyter recognoscimus per presentes, quod, nos attentis et consideratis meritis et virtutibus ac morum honestate honorabilis magistri Emerici Kewlthew de Kalmancheh, inductisque ceteris animi dotibus et confisi de studio, diligentia et solicitudine eiusdem, quibus eum ab Altissimo[1] cognovimus, eundem, inquam, tanquam personam idoneam ac benemeritam facimus realem et actualem possessorem rectoralteriatus (!) corporis Christi nominati in dicta ecclesia nostra Beregzaziensi, nunc per mortem honorabilis domini Mathie de

[1] Excidit: ornatum.

Kazzon presbyteri, rectorisque prefati altaris, cui volentes conferre rectoraltariatum in ecclesia nostra in (!) prefata, ultimi per nos, literisque nostris et legitimi hominis, iam demortui et decessi, de iure et de facto vacantis, nostra ordinaria ac iurispatronatus regis ac regine Marie auctoritatibus, quibus fungimur, duximus eligendum et nominandum, eidem ipsi damus et conferimus, imo eligimus et nominamus, damusque et conferimus vigore presentium; iuribus autem nostris reservatis, presentibusque perlectis exhibenti restitutis. Datum in Beregzaz octavo Novembris anno 1547.

A leleszi konventnek átiratában, mely az eléje terjesztett eredetit úgy irja le, mint «non abrasas, non vitiosas, non cancellatas, nec aliqua sui parte suspectas vel demolliatas». *Leleszi országos levéllár:* Prothocollon IX. 40. l. — Keltének évszáma helyesebben *u. o. Prothocoll.* X. 110. l., a hol szintén át van írva.

Közli: Bunyitay Vincze.

536.

Pozsony, 1547 november 9.

Várdai Pál esztergomi érsek a Pozsonyba menekült óbudai apáczák kérésére ezek Diószeg nevű, pozsonymegyei faluját a káros katonaszállásolás alól felmenti.

Paulus de Warda archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus ac summus cancellarius et locumtenens regie Maiestatis etc. universis et singulis dominis capitaneis ac gentibus tam Maiestatis regie domini nostri clementissimi, quam aliorum dominorum quorumcunque, qui ad possessionem Dyozeg et alia bona dominarum monialium de Veteri Buda, nunc Posonii degencium condescenderunt, quibus scilicet presentes nostre ostenduntur, salutem cum favore. Ex querelis dictarum dominarum monialium intellegimus dominationes vestras ad bona ipsarum dominarum et presertim possessionem Dyozeg cum exercitu condescendisse, illicque quamplurima damna miseris colonis inferre, quare dominaciones vestras hortamur ac eisdem regia, qua fungimur, auctoritate committimus, ut, visis presentibus, de bonis dominarum monialium, persoluto primum precio omnium rerum ablatarum, exire ac alio condescendere debeatis. Alioqui eciam curandum erit, ut nos unacum domino generali capitaneo regie Maiestatis iuxta commissionem maiestatis regie colonos ipsos defendamus et in eos, qui huic monicioni nostre non obtemperabunt, animadvertamus. Secus ne fecerint, presentibus perlectis

exhibenti restitutis. Datum Posonii 9 die mensis Novembris, anno Domini 1547.

Paulus,
archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Papiron, alul vörösviaszba nyomott pecsétje elveszett. Országos Levéltár: Acta Monial. Poson. fasc. 1. Nr. 21.

537.

Pozsony, 1547 november 24.

Révai Ferencz turóczi főispán és nádori helytartó előtt Dalmadi Tamás, a máriavölgyi pálosok ügyvédője megkezdi a pert Serédy Gáspár és az ő várnagya, Jajczay Miklós ellen. (L. fent 512. sz.) Serédinek és alperes társának ügyvédője, Bogárdi János azt vitatja, hogy alperesek a dologban ártatlanok. A nádori helytartó a vádlottakat hatodmagukkal a pozsonyi káptalan előtt leteendő esküre itéli.

Franciscus Réway locumtenens palatinalis in lite, quam heremitae in monasterio Thall degentes cum procuratore suo Thoma de Dalmad contra Gasparum Serédy et eius castellanum Nicolaum Jajczay pro prato occupato moverant (V. nr. 512.) Gasparo et Nicolao iuramentum adiucicat, coram capitulo Posoniensis cum sex sociis deponendum, se, prout procurator eorum Joannes Bogárdi asserebat, hac in re innocentes esse.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 383. csomó, régi jelzete: Actor. prov. de Thal. fasc. 2. Nr. 7.

Közli: Iványi Béla.

538.

Nagyszombat, 1547 november 25.

Az országgyűlés elrendeli a nyitra-kolosi apátsági templom mellé épített vár lerombolását.

Articulus 25. Fortalitium in claustro de Kolos per dominum Podmaniczky post dirutum castellum Szerdahel erectum, unde circumvicinis nobilibus et colonis non parva damna eveniunt, Maiestas sua everti et demoliri iubeat, ecclesia tamen sive templum integra maneat et abbas in abbatia regularis ordinetur.

Corpus iuris Hungarici. Decretum X. a. 1547.

539.

Pozsony, 1547 november 28.

Révai Ferencz nádori helytartó azon perében, melyet az egész pálos-rend és Illir György, máriavölgyi perjel Serédy Gáspár, a felső részek kapitánya ellen a ládi, tokaji és a Regécz vár melletti Szent-Jakab pálos-kolostorok ellen elkövetett hatalmaskodások és jogtalan birtokfoglalások miatt indított, (lásd az 1547 október 29-én kelt oklevelet 533. sz. a.) Serédyt három, vele egyenlőrangú nemessel január 28-án a pozsonyi káptalan előtt leteendő esküre itéli, hogy ő a fenti hatalmaskodásokban és birtokfoglalásokban ártatlan.

Franciscus Réway in lite, quam ordo heremitarum s. Pauli contra Gasparum Serédy ob direptiones et destructiones monasteriorum Lád, Tokaj, Regécz-Szentjakab movit (V. nr 533.) Gasparo Serédy asserenti se hac in re innoxium fuisse, iuramentum terti se nobilibus quartodie festi conversionis beati Pauli apostoli proxime venturi coram capitulo Posoniensi deponendum adiudicat.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 431., régi jelzet: *A. P.* conv. Tokaj. fasc. 1. Nr. 4.

Közli: Iványi Béla.

540.

Pozsony, 1547 november 29.

Réwai Ferencz nádori helytartó meghagyja a leleszi conventnek, hogy a tokaji és a Regécz vára melletti Szent-Jakab pálos-kolostoroktól Serédy Gáspár által jogtalanul elfoglalt birtokok, szőlők, malom stb. (lásd az 1547 október 29-én kelt 533 sz. levelet) birtokába a szóban forgó pálosokat iktassa vissza, tekintet nélkül Serédy Gáspárnak esetleges ellentmondására vagy tiltakozására.

Franciscus Réway locumtenens palatinalis conventui de Lelesz committit, ut heremitas ordinis s. Pauli in possessionem praediorum, vinearum molendiorum etc. per Gasparum Seredy iniuste ablatorum (V. nrum 533.) introducat contradictione aut protestatione Gaspari Serédy non obstante.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 431. csomó. (Tokaj. fasc. 1. Nr. 5.)

Közli: Iványi Béla.

541.

Nagyszombat, 1547 deczember 12.

Nádasdy Tamás egyik barátját tudósítja a nagyszombati országgyűlésről és a trienti zsinat egybehívásáról.

Magnifice domine, amice honorande. Salutem et nostri commendacionem. Quod magnificencia vestra post discessum amici nostri Tranquilli a nobis et eciam in presencia eius apud nos, de rebus novis subinde nos cerciores facere consuevit, agimus

gracias et in similibus maioribusque eidem gratificari curabimus et ut magnificencia vestra deinceps quoque idem faciat, rogamus. Nova apud nos preter ista nulla sunt. Convenimus huc Tyrnaviam ad comitia generalia ex voluntate regie Maiestatis, ubi de internis seditionibus sedandis et extirpandis diligenter tractatum est, similiter de subsidio non contemnendo contribuendo. Unde et oratores solennes, videlicet Franciscum Batthyany et dominum cancellarium, qui apud regiam Maiestatem continuus est, Michaelem Meray atque Vernerium ad cesaream et regiam Maiestates pro expedicione generali contra Thurcas suscipienda, atque sub induciis quinquennalibus et eciam expletis induciis pro dando solido durabilique et continuo subsidio expedivimus, quibus, ut auditur, in imperio omnia ex animi sentencia procedunt. Consensumque est pro concilio generali Tridentini celebrando, si beatissimus Papa non obstiterit, qui eciam si obstiterit, aut non consenserit, communi tamen et unanimi consensu de hoc iam concilio in loco prefato celebrando consensum est. In reliquo magnificenciam vestram felicissime valere optamus. Datum Tyrnavie 12 Decembris. anno 1547.

comes Thomas de Nadasd,
iudex curie regie Maiestatis etc.

Eredetije papiron, zárópecsét és czimzés nélkül; az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *N. 2.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

542.

Győr, 1547.

Welykey Márk apostoli főjegyző, Szent-Albert-prépost, győri kanonok és Ujlaky Ferencz győri püspök helytartója tudatja a «Belmura és Olozka-kes» kerületek plébánosaival, hogy a győri káptalan Kaszaházi Balázs deákot és Halastavi Nagy Jánost küldötte a tized beszedésére s megparancsolja nekik, hogy, ha valamelyik falu lakosai nem fizetik meg a tizedet, ott egyházi tilalmat tartsanak.

Marcus de Welyke, prothonotarius apostolicus, praepositus s. Adalberti et canonicus Jauriensis necnon Francisci ab Wylak episcopi Jauriensis vicarius notum reddit plebanis districtuum Belmwra et Olaszka capitulum Jauriense ad decimas colligendas Blasium litteratum de Kaszaháza et Joannem Nagy de Halastó misisse et praecipit, ut, si alicuius villae incolae decimas denegant, interdictum ecclesiasticum servent.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. D. nr. 3.

Közli: Dr. Karácsonyi János

543.

1547.

Az anabaptista németek bevándorlása Magyarország északnyugati részeibe.

«Künnig Fertinant gancz scharffe mandath und bevelch liess ausgehn, man sol kein brieder duldten noch leiden... Die herren des Lands[1]... beschlossen in dem lantag zu Brin[2] zu miter fassten des finff unnd fierczigste Jar, ob wir unser gmainschafft nit wolten verlassen... so solt man unss des Lands verweissen... Es stendt aber still bey ainenn Jarr oder darüber bis in daz sibundt vierczigst Jar... bis daz der Kaisser Karl, Kinig Ferdinantus Brueder, daz reich, mit velchen er strit und unrue het, ubersiczt und herczog Hanss gefangen wardt, der dazumall ein Cur First in Sachsen war, da wart es nur auss mit unss die geboten die merherischen herren in lanndt allenthalben hin und wider auss zue ziehen gaben unns urlab unnd daz wir unns solten hinweckh machen... Nun der her gab noch aus Gnaden ein auskomen unnd schikhet also das man unns in Hungern, welches unns dazumal zum tail ein unbekandt lanndt war. Auff nam sonderlich der her Närj Francz von Präntsch,[3] under welchen man bej gemächlich hinab zoch auch unnder den herren Pettern Bäckhit zu Hollitsch unnd Schossberg... aber es wäret nit lang.»

[1] Marchionatus Moraviae.
[2] Brunna, Germanis: Brinn, Brünn.
[3] Berencs.

Az anabaptisták egyik énekes könyvéből. Magyar Sion VII., (1869) 450—51.

I. APPENDIX AD MONUMENTA A. 1543.

***

I. FÜGGELÉK AZ 1543-IKI EMLÉKEKHEZ.

a)

Gyulafehérvár, 1543 június 6.

Izabella királyné a vallási egyenetlenségek megszüntetése végett a hit dolgaiban jártas férfiakat Magyarországból, Erdélyből és különösen a szászok földjéről egybehívja és őket teljes sértetlenségről, szabad visszatérésről biztosítja.

Nos Isabella Dei gracia regina Hungarie, Dalmatie, Croacie etc. Recognoscimus per presentes litteras nostras, quod nos eam varietatem, que non sine offensione multorum in negocio religionis inter subditos nostros esse cepit, doctorum hominum reuisione tollere, vnionemque et concordiam in omnibus ecclesiis fieri facere volentes, certos doctores et alios sacrarum litterarum non imperitos homines, quorum arbitrio, et responsis res ista componeretur, tum ex Hungaria, tum ex Transiluania, imprimis tamen de medio Saxonum nostrorum ad nos huc Albam conuenire,[1] iussimus, quibus, vt tutus ad Nos accessus, liberaque hinc iterum abeundi facultas concederetur, omnes parochos ac alterius cuiusuis status et condicionis sacerdotes, quam alios homines, de medio Saxonum nostrorum, causa componende religionis adfuturos, presentibus litteris nostris assecuramus eisque in verbo nostro reginali promittimus, nullum impedimentum vel aliquam iniuriam a nobis et subditis nostris in personis vel rebus eorum habituros, sed, vt probos viros decet, honeste excepturos habitaque cum illis, quorum intererit, honesta et pia collatione sentenciarum, libere iterum et pacifice, eo, quo hinc discedere voluerint, saluis personis et rebus eorum dimissuros, immo assecuramus et promittimus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Albe Julie feria quarta proxima post octauas festi Corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo tercio.

Ysabella. (L. S.)

[1] Vide nrum 281. Ope huius monumenti comitiorum tempus propius definiri potest.

Fabritius: Urkundenbuch zur Geschichte des Kisder Kapitels 213.

b)

1543 június 7.

Fráter György helytartó, a vallási egyenetlenségek eligazítása végett Gyulafehérvárra jövő szász papokat teljes sértetlenségről biztosítja.

Nos frater Georgius episcopus Waradiensis thesaurarius et in regno Transiluanie locumtenens regius etc. Recognoscimus per presentes litteras nostras, quod, cum reginalis Maiestas, domina nostra clementissima inter alia regni negocia, eam quoque varietatem, que in negocio religionis in hoc regno non sine multorum offensione esse cepit, doctorum hominum reuisione tollere, vnionemque et concordiam in obseruacione rituum et ceremoniarum in omnibus ecclesiis fieri statuisset, certos doctores et alios sacrarum litterarum non imperitos homines, quorum arbitrio et responsis res ista componeretur, ex diuersis Hungarie et Transsiluanie locis, potissimum vero de medio Saxonum huc Albam de religione cognituros conuenire iussit, vt tuto huc venire, hincque iterum libere discedere possint, eos omnes, tam parochos, quam sacerdotes, et alterius cuiusuis status et condicionis homines, qui causa cognoscende religionis hic futuri sunt, post reginalem Maiestatem, dominam nostram clementissimam, nos quoque assecurandos duximus et certificandos ac eisdem promittendum, eos nullum impedimentum vel iniuriam a nobis et subditis nostris in personis aut rebus habituros, sed, vt probos viros decet, honeste excepturos habitaque cum illis, quorum intererit, honesta et pia collacio(ne sen)tenciarum libere iterum et pacifice, eo, quo hinc discedere voluerint, saluis personis et rebus eorum dimissuros. Imo assecuramus et certificamus ac eisdem promittimus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Albe Julie feria quinta proxima post octauas festi Corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo tercio.

(L. S.) *Fr. thesaurarius,*
manu propria.

Fabritius: Urkundenbuch zur Geschichte des Kisder Kapitels 214.

c)

1543 táján.

Istvánfy István Anna királynét kéri, hogy atyafiai számára a királynál kegyelmet nyerjen.

Fölséges, kegyelmes asszonyunk. Erökké való hivséges szolgálatonknak ajánlása után kenyergőnk fölségednek az élő Istennek szeretetiért, ki az ő szent fiát adá az binesökért halálra: esedözzék fölségöd az mi kegyelmes, fölséghes uronknál az én vétkezött atyámfiának fejének és jószágának gratia-nyerésért és kegyelmezésért; mert tudjok, hogy fölségedet ő felsége kegyelmesen meghallgatja, hogy semminemő kéremését meg nem vethi. Én sem akartham idének előtte felségedet megbánthani, hanem mikoron egyíb segedelemtől megfogyatkoztam, uthólsó szikségemben fölségöd kegyelmességéhez folyamnom, miként egy erős kőfalhoz: kenyergenk azért felséges asszonyunk *az édességös szíz Máriáért,* ne hagyon fölséged nekenk az ő fölsége nagy kegyelmességíben megkéthesölnenk. Kegyelmes asszonyonk, bizony hogy nagy az véthök, de nagyobb az kegyelmességh; ha vétkenk nem volna, nem volna sziksség kenyergenönk; semmirekellő volna az kegyelem, ha nem volna kinek kegyelmezni. Az nélköl is csak Isten markában vagyonk: naponként a Therek rajtonk; ha terténik az keves maradék jószágonknak is elveszthe, avagy csak fejenkkel szolgálhassok meg fölségtöknek hozzánk való nagy kegyelmességét. Fölségedtől kegyelmes választ váronk.

Fölségednek

hű szolgája és örökkévaló

Isthuanffy Isthwan.

Hátán: Sacratissime Reginali Maiestati d. n. c.

Egy csonka féliv papir egyik oldalán, kelet s pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1543. S. D.*

Közli: Bunyitay Vincze.

d)

1543 táján.

Tanukihallgatás a leleszi egyház elfoglalásáról és kincseinek elviteléről.

Item Paulus de Budahaza iuratus et examinatus fassus fuisset, quod ipse dominus prepositus et domini etiam de Homonnya fuissent in parte quondam regis Joannis; de monasterio autem sibi non constaret, a quo fuisset interceptum.

Item Michael Petthe, iudex nobilium confessus fuisset: se scire dominum prepositum et dominos de Homonnya fuisse in parte olim Joannis regis, et quod domini Homonnyay monasterium a domino preposito intercepissent.

Item Balthasar Mokchay sub iuramento fassus fuisset per omnia, ut Michael Petthe.

Item Joannes Zarvady de Arthanhaza, interrogatus sub iuramento, fassus fecisset, quod dominus prepositus, actor, fuisset in parte olim Joannis regis et tunc ipse fuisset officialis illius monasterii Leleziensis, et quod monasterium istud per dominos de Homonnya fuisset occupatum de manibus ipsius domini actoris, et etiam quod oculis suis conspexisset, quod familia dominorum de Homonnya bona illius monasterii et literalia instrumenta ibidem tunc habita abduxissent.

Item Joannes Nyarady de Nyarad, notarius de Lelez, iuratus et examinatus, fassus fuisset: se scire dominum prepositum, actorem, et dominos de Homonnya simul fuisse sub ditione olim Joannis regis, et quod sibi certo constaret, dominos de Homonnya monasterium de Lelez de manibus dicti domini prepositi, actoris, occupasse, bona etiam illius monasterii ecclesiastica et literalia instrumenta, equidem prepositure et ecclesie familiam eorum abduxisse.

Item Lucas Sarosy, iuratus et examinatus fassus fuisset: prefatum dominum prepositum, actorem, per eum fuisse captum, nullas tamen res suos tunc abducifecissent; et quod non de manu ipsius, sed familie actoris monasterium illud de Lelez fuisset occupatum per dominos de Homonnya.

Item Franciscus de Dewa, iuratus et examinatus, fassus fuisset, quod, quum dictus dominus prepositus actor in Kevesd fuisset captus, loco sui quendam fratrem Symonem, monachum, in monasterio prefecisset, cui omnes servitores ipsius domini actoris, proinde atque Luce Sarosy, in eodem monasterio tunc existentis, obedientes fuissent; et illo tempore, dum is frater Symon in eo monasterio prefectus fuisset, Sigismundus Oroz supra nominatus cum familia Francisci Homonnyay in mense Aprili in monasterium fuisset ingressus.

Item Thomas Thekenew de eadem Thekenew, interrogatus et examinatus, sub iuramento fassus fuisset: se nescire quitquam super interrogatis.

Item Franciscus Horkay de eadem Horka, iuratus et examinatus, fassus fuisset: sibi certo constare predictos dominos prepositum actorem et de Homonnya fuisse in parte quondam Regis

Joannis; item et monasterium interceptum fecisse per ipsos dominos de Homonnya de manibus domini prepositi, actoris, bonaque illius monasterii ecclesiastica et literalia instrumenta ibidem locata per ipsos fuisse abducta, confracto conservatorio.

Item providus Paulus Zabo, civis de Lelez, iuratus et examinatus, fassus fuisset: se scire prefatos dominos praepositum, actorem, et de Homonnya fuisse in parte quondam regis Joannis; monasteriumque per ipsos dominos de Homonnya de manibus eiusdem domini prepositi fuisse occupatum, hoc adiecto, quod oculis suis vidisset, bona ecclesie locasse in unum thapethum, sed tamen nesciret, quo tandem abduxissent vel quo fecissent.

Item Georgius Zakal, iudex iuratus de eadem Lelez, fassus fuisset: se scire et dominum prepositum, actorem, et dictos dominos de Homonnya fuisse sub ditione quondam regis Joannis; monasteriumque fuisse occupatum per ipsos dominos de Homonnya de manibus eiusdem domini prepositi actoris.

Item Paulus Contha de Lelez, colonus ipsius domini actoris, sub iuramento fassus fuisset; se scire dominos actorem et de Homonnya fuisse in parte olim regis Joannis, et quod nullus stipendiarius fuisset magnifici domini Gasparis Serédy in monasterio, dum illud fuisset interceptum a dominis de Homonnya et occupatum fuisset per ipsos Dominos de Homonnya de manibus domini prepositi de Lelez. Idem etiam fassus fuisset, quod bona ecclesiastica et literalia instrumenta de monasterio dominos de Homonnya abduxisse.

Item Paulus Thela de eadem Lelez, iobagio eiusdem domini Prepositi, actoris, fassus fuisset sub iuramento, quod ipse propter detentionem suam nesciret, sub cuius ditione fuisset dominus prepositus, actor, sed sciret certo monasterium occupatum fecisse de manibus eiusdem domini prepositi actoris, per dominos de Homonnya; bona etiam ecclesiastica et literalia instrumenta per ipsos de monasterio fecisse ablata.

Nos itaque seriem huius attestationis et communis inquisitionis cum propriis et possessionum attestantium nominibus ad decimum quintum diem diei exequutionis premissorum legitime perdutantis eidem Vestre Magnifice Dominationi fideliter duximus rescribendam. Datum octavo die exequutionis prenotate anno Domini supradicto.

Eleje hiányzik. — *Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias nro 2. fol. 86.*

Közli: Bunyitay Vincze.

APPENDIX. II.

Catalogus studiosorum Hungarorum scholas extraneas frequentantium 1530—1547.

II. FÜGGELÉK.

A külföldi iskolákon tanult magyar ifjak jegyzéke 1530—1547.

A BÉCSI EGYETEMEN TANULT MAGYAR IFJAK.

Sub procuratia Ambrosii Saltzer, licenciati, subscripti incorporati 1529 II.
sunt, anno 1530: vagy 1530 I.[1]

Petrus de Poschega, dedit 2 cr.

Joannes de Papa,[2] dedit 2 cr.

Sub procuratia Mag. Osbaldi Sawmer subscripti incorporati sunt, 1532 I.
anno etc. 1532:

Andreas Transilvanus de civitate Megis, dedit 2 cr.

Blasius Prodaviginus, dedit 6 den.

Nicolaus Gyuroy, dedit 2 cr.

1534. Sub procuratia Mag. Thomae Schroffenstayner,[3] qui propter 1534 I.
defectum suppositorum nationis nostre Ungarice in festo sanctorum 1534
martirum Tiburtii et Valeriani in procuratorem electus est, anno 1534: ápr. 14.

Matheus Hentzi de Macko, 8 den.

Caspar Sackhan Segediennsis, 8 den.

Demetrius Themeswari ex Themeswer, 8 den.

Victorinus Wenzezlayz Gabriensis, 8 den.

1535. Sub procuratia Mag. Clementis Kuckytz[4] Carniolani, qui — fol. 81a
propter negotia varia et offitia universitatis, cum supposita nationis 1535 I.
Ungarie subire procuratiam non poterant, — sum electus in festo sanc- 1535
torum martyrum Tiburtii et Valeriani, hii sunt inscripti et incorporati: ápr. 14.

Joannes Sapharickh de Vereucae, vir nobilis, 76 den.

Franciscus Hassagi de Zala,[5] nobilis iuvenis et abbas, 64 den.

Stephanus Jo de Thatha, 16 den.

Franciscus Strigoniensis, Corearii filius,[6] 8 den.

Matheus, 8 den.

Matheus Kinchesch de Thisavarsan, 8 den.

[1] E procuratorság pontosabb keltezése lehetetlen, mert a 14 rubrika egyikében sincs még egyszer bejegyezve. Az «anno 1530» megjelölés az 1529-ik év második felére is illik.

[2] Tán azonos a főanyakvben 1528 I előjövő Nobilis Joannes Papa ex Lettscovia nevű scholarissal.

[3] V. ö. a főanyak. 1514 II. (Australes közt) : Thomas Schrofenstainer ex Ruspach.

[4] V. ö. 183. l., 9. jegyz.

[5] V. ö. a főanyak. 1535 I : Nobilis Franciscus Haschay.

[6] V. ö. a főanyak. 1535 I : Franciscus Coriarii Strigoniensis.

Stephanus Dersfy de Serdahel, iuvenis nobilis, 60 den.
Valentinus Laczowitz de Buchinch,[1] 8 den.

1535 II. Sub procuracia Ambrosii Saltzer, licenciati, electi in festo Colo-
1535 okt. 13. manni anno 1535, sequentes nacioni incorporati sunt:
Stephanus Balthasar de Chepal,[2] 2 cr.
Stephanus [de] Kchopatz, 2 cr.
Stephanus de Zegedino, 2 cr.

1536 I. Sub procuracia Francisci Emrich Oppaviani, arcium et medicinae
1536 ápr. 8. doctoris et electi nacionis procuratoris in Sabatho ante Palmarum anni 1536:
Nicolaus Fabri Czenadinus, dedit 2 cr.
Petrus Kysz Quinqueecclesiensis,[3] 2 cr.
Caspar de San Gebhard, 2 cr.
Matheus [de] Sanducz, 2 cr.
Urbanus de Pyspeky, archidiaconus Mosoniensis et canonicus Jauriensis,[4] 2 cr.
Gregorius Simmichinus, 2 cr.
Emericus [de] Botka, 2 cr.

Sub procuracia Mag. Joannis Aurifabri Varasdiensis, in die
1537 I. Tiburcii et Valeriani electi anno 1537, infrascripti intitulati sunt: (ex
1537 ápr. 14. Hungaris nemo).

1538 I. Sub procuracia Joannis Sorani, arcium et medicinae doctoris,
1538 ápr. 12. in feria sexta ante dominicam Palmarum electi anno 1538, sequentes nacioni intitulati sunt:
Cosmas Brodaryth, nobilis, 8 cr.
Georgius de Botka, nobilis, 8 cr.
Gabriel Cheley, prepositus minor Quinqueecclesiensis, 8 cr.
Anthonius Nisus Cepusiensis,[5] 2 cr.
Stephanus Gulay, 2 cr.
Simon Myndzentinus e Sylisio, 2 cr.
Georgius Baykodi de Bachymegyer, 2 cr.
Ambrosius Eeles de Mosdos,[6] 2 cr.
Nicolaus Zlobodinus de Sclavonia, 2 cr.
Blasius Zelainay de Sclavonia, 2 cr.
Facit sol. 6, cr. 1.[7]

fol. 81b Anno Domini 1538, in die divi Colomanni martiris, electus est
1538 II. in procuratorem nationis Hungarie Mag. Osbaldus Saumer, sub quo
1538 okt. 13. infranotati scolastici inscripti et incorporati sunt:

[1] V. ö. a főanyak. 1535 I: Valentinus Latschcovitsch de Wotischicz.
[2] V. ö. a főanyak. 1535 II: Stephanus Kapoli Ungarus.
[3] V. ö. alább 1542 II, 196. l.
[4] V. ö. a főanyakönyv. 1535 II: Urbanus Zukari, canonicus et archidiaconus Jaurinensis.
[5] V. ö. a főanyak. 1535 I: Anthonius Nisus de Eltschovia.
[6] V. ö. a főanyak. 1538 I: Ambrosius Ealus Vngarus.
[7] 46 krajczár, 4 den.-jával számítva, 184 den. vagy 6 sol. (30 den.-jával) és 4 den.

Michael Egersaginus, 8 den.

Thomas Longavalensis,[1] 8 den.

Anno Domini 1539, in die sanctorum martyrum Tiburcii et Valeriani, electus fuit in procuratorem inclyte nacionis Ungarie Joannes Aurifaber Varasdiensis, sub quo infrascripti in nacionis album adscripti sunt: 1539 I. 1539 ápr. 14.

Baltazar Regius, dedit 2 cr.

Gregorius de Veresmarthon, 8 den.

Michael de Narsandt Miklosch, 8 den.

Joannes de Felnemthi, organista, 8 den.

Emericus Gulay, 8 den.

Emericus de Gradecz, 8 den.

Lucas Varadinus, 8 den.

Gregorius ex Pescht, 8 den.

Ambrosius Transilvanus de Khykelwar, 8 den.

Joannes Horoczy, 8 den.

Blasius de Pischko, 8 den.

Andreas Thury, 8 den.

Martinus Orbonay, 8 den.

Franciscus Vier Pancothanus, 2 cr.

A Mag. Oswaldo, 4 cr.

Stephanus Gavay, nobilis,[2] 2 sol den.

Anno ab incarnato Christo 1539, in die Colomanni martiris, electus est in procuratorem nacionis Ungarie Ambrosius Saltzer, sub quo infrascriptorum nomina in eandem nacionem data sunt: 1539 II. 1539 okt. 13.

Gallus Maalath de Morabytzan,[3] 2 cr.

Andreas Cosmas de Bogasda,[4] 2 cr.

Mathias Borsas Barodinus, 2 cr.

Mathias Hoynach Wattherkesy,[5] 2 cr.

Paulus Marckha de Sarwaer, 2 cr.

Joannes Czulakius de Ludbregh, 2 cr.

Anno a Christi nativitate MDXXXX, die Tiburcii et Valeriani, est electus in procuratorem nacionis Ungaricae Franciscus Emericus, arcium et medicine doctor, sub quo infranotati sua nomina ad nacionem predictam dare voluerunt: 1540 I. 1540 ápr. 14.

Joannes Genge de Samaria, 2 cr.

Ladislaus Kelkechy, 2 cr.

Paulus Golda de Sumolia, 2 cr.

Bartholomeus Pelli de Segeth, 2 cr.

[1] V. ö. a főanyak. 1538 II: Thomas Transilvaniensis ex Longavalle.

[2] V. ö. a főanyak. 1539 I: Steph. Gavai Hungarus, nobilis. — L. fönt 64. l.

[3] Maalath, Maileth-ból javítva. V. ö. a főanyakvel 1539 II: Gallus Maylath de Moravitschan.

[4] V. ö. a főanyak. 1539 II: Andreas Cosmas de Wogdasch.

[5] V. ö. a főanyak. 1539 II: Mathias Bathorkezy Haynay.

Benedictus Schomorth de Schomoria,[1] 2 cr.
Georgius Hozuthothi, 2 cr.
Mathias [de] Feydwar, 2 cr.
Joannes Bunchiani, 2 cr.
Michael Alexander Batizinus, 2 cr.
Martinus Valentekoych de Genth Erstbeth,[2] 2 cr.
Mathias Saffar de Kyrth, 2 cr.
Joseph Lippay Albensis, 2 cr.
Lucas de Chwoz, 2 cr.
Joannes Chywzy, 2 cr.
Melchior Chywzy, 2 cr.
Joannes Kozarvary Transilvanus, 2 cr.
Georgius Castellanfy, 2 cr.
Stephanus Warath de Samaria, 2 cr.
Andreas Kalmar a Debrecsen, 2 cr.
Stephanus Zalay Albensis, 2 cr.
Gabriel Bamfi[3] }
Franciscus Nicola[4] } Transilvani, 2 cr.
Michael Julay }

fol. 82a 1540 II. Sub procuratia Mag. Osbaldi Sawmer infrascriptus scolaris intitulatus est, anno etc. 40:

Dom. Jacobus Litteratus Budensis, dedit 16 den.

1541 I. 1541 ápr. 14. Anno Domini 1541, in festo divorum Tiburcii et Valeriani, electus fuit in procuratorem nacionis Joannes Aurifaber, sub cuius officio infrascripti sunt intitulati:

Gregorius Mohay, 2 cr.
Andreas de Belawar, 2 cr.
Gregorius Sartschiday, 2 cr.
Oswaldus Nagh Eczerzigius,[5] 2 cr.
Mathias Thathay, 2 cr.
Michael Sibak, 2 cr.
Georgius Danowicz ex Croacia,[6] 2 cr.
Lucas Damachi ex Zamokosz, 2 cr.

1541 okt. 13. Anno Domini 1541, in die divi Colomanni martiris, electus est in

[1] V. ö. a főanyak. 1539 I: Benedictus Ziomer Samariensis.

[2] V. ö. a főanyak. 1539 II: Martinus Valentkoitsch de Sancta Elizabeth.

[3] V. ö. főanyak. 1539 I: Gabriel Bamffi Transilvanus, nobilis.

[4] V. ö. főanyak. 1532 II: Franciscus Micola Transilvanus de Samosfalva.

[5] V. ö. főanyak. 1547 II: Osbaldus de Egeseck Valentini Nathgi eiusdem oppidi filius.

[6] V. ö. artist. anyakve 1541 I: Georgius Dakobitsch ex Croatia. — Bacc. 1548 I (Georgius Draschovicius), 201. l. a scholarisok közé beirva és a főanyakv. 1547 II: Georgius Drascovicius Croata, baccalarius Cracoviensis, ehhez a lapszéli jegyzet: Archiepiscopus Colocensis, administrator episcopi Zagrabiensis. S. R. E. cardinalis dehinc factus; Mag. 1549 I, 54. l. (Georgius Drascovicius Croata.)

procuratorem nationis Hungarię Mag. Osbaldus Sawmer, sub quo infrascripti scolastici sunt incorporati:

Paulus Aigner Brunnensis,[1] 2 cr.

Andreas Reckh ex Rosenwerg, 2 cr.

1542. Procurante Valentino Scheidelwitzig Silesio, oriundo ex 1542
Briga civitate, jurium doctore, in die Kolomanni electo, referente se et 1542 okt. 13.
subscriptum in album Hungaricę nec non subsequens monumentum suis conterraneis et amicis intimis ponente.

Joannes Kys Quinqueecclesiensis,[2] nobilis, inscriptus in presentia fratris sui, nomine Petri Kys Quinqueeclesiensis, qui tum erat a secretis reverendissimo archiepiscopo Strigoniensi,[3] quique supra sub procuratore Doctore Francisco Emerich intitulatus,[4] dedit 60 den.

Caspar Ursinus Velius Sweinnicensis,[5] artium ac philosophię doctor, insignus poeta et orator, utriusque lingue tam doctissimus, quam uti eius monumenta palam indicant, eloquentissimus; is ubi Italiam reliquerat ac magno nostro Erasmo aliquantisper convixerat, pererrataque Germania, Sarmatia, publice humaniora hic proffessus est; item Homerum totius cyclopaidiae fontem, privatim quibusdam amicis efflagitantibus hebdomadatim fere singulos libros Homericos doctis scholiis enarravit. Mox ab Rhomanorum, Hungarie et Bohemiae rege Ferdinando in liberorum suorum praeceptorem ac historiographum suum accitus, Elisabethamque, regiam filiam, quae anno 1543, mense Maio rege Sigismundo Sarmatico nupsit, seorsim instituit. Is inquam, tantus vir ac philosophus, 5. die Martii anni 1539 mane sub 6 hora amissus est, neque qua morte periit satis constat; alii sibipsi conscivisse mortem, alii meditabundum, ut assolebat, inambulantem ripa Danubiana[6] delapsum, alii deiectum in Danubium, alii autem veneno sublatum esse aiunt, idque ex multis coniecturis, quas brevitatis ergo recensere supersedeo, colligunt. Huic opinioni postreme et ego suffragor.

Joannes Soranus, Silesius ex oppido Sora natus, artium ac medicinę doctor; is postquam flamma Posonii ei omnia bona cum aedibus absorpserat, dedit hic nomen suum in facultatem medicam atque, tribus filiis relictis ex uxore nobili, correptus febri anno 1540 in mense Junio animam efflavit.

Sub procuratia Mag. Osbaldi Sawmer infrascripti scolastici intitulati sunt, anno etc. 1543:

Joannes Wylaky, 16 den.

Franciscus Pesthy, 12 den.

[1] A főanyakvben 1541 II e lapszéli jegyzet olvasható: J. V. Dr. et advocatus.

[2] L. föntebb 64. l.

[3] Várady Pál esztergomi érsek 1527—1549.

[4] 1536 I; l. föntebb 191. l.

[5] V. ö. főanyakv. 1515 II: Caspar Ursinus Schweidnicensis, ehhez a lapszéli jegyzet: Doctor, poeta, regius historiographus, uxoratus.

[6] Danubiana későbbi kéztől a lapszélre toldva.

Georgius Ladom, 12 den.
Demetrius Ladom, 12 den.
Georgius Iso de Papa, 12 den.
Martinus Kermendi,[1] 12 den.
Mathias Czako,[2] 12 den.
Franciscus Strigonius,[3] 12 den.
Michael Hrussoczi, 12 den.
Hieronymus Bornemissa, 16 den.
Michael Segveres, 12 den.
Joannes Frantzs,[4] 12 den.
Joannes Sclavus de Alba Pariete, 12 den.
Thomas (a) Warda,[5] 12 den.
Martinus Breimer Bistriciensis Transylvanus, 12 den.

1543 II. Anno 1543. Valentino Scheidelwitzig ex Briga Silesiae, juris utriusque doctore, procuratorio munere brumali administrante, subsequentes scholares incorporati sunt:

Simon Hortulani Pragensis, 8 den.
Thwmas Rhomanus Pragensis, 8 den.

1545 I. Sub procuratia Mag. Osbaldi Saumer infrascripti sunt intitulati sub estiva mutacione, anno etc. 1545:

Michael Raycyany,[6] dedit 12 den.
Joannes (de) Ide, nobilis, dedit 12 den.
Stephanus a Kyslonyk, dedit 12 den.
Nicolaus Streit, dedit 8 den.
Michael Blasevich, dedit 8 den.

Exposita:[7] Prędicatoribus pro exequiis 3 sol, Pedello de officio Ladislai et pro defunctis 28 den. Pro sex intimationibus 48 den. Pro candelis 4 den. Pro officio Ladislai regis 4 sol. Facit summa 1 tal. 1 sol. 20 den.

1546 I. Anno Domini MDXLVI, pro mutacione aestivali, ego Mathias Cornax electus sum in procuratorem Hungaricę nationis, relati autem in album nationis Hungaricę, me procurante, sunt studiosi subsubscripti:

Philippus Thonai Ungarus, studiosus, dedit 4 den.
Gregorius Trnaviensis, studiosus, 4 den.
Petrus Barkowicz Croata, 4 den.
Martinus Bekri Sclavus,[8] 4 den.

[1] V. ö. a főanyak. 1548 I: Nobilis Martinus Khremendi. (5 évvel utóbb!)

[2] V. ö. a főanyak. 1543 II. Mathias Zacko de Peudt, nobilis.

[3] V. ö. a főanyak. 1544 I: Franciscus Strigonius, familiaris reverendissimi Domini Strigoniensis.

[4] V. ö. a főanyak. 1549 II (az Australes közt): Joannes Francius nobilis Dalmata. (6 évvel később!)

[5] V. ö. a főanyak. 1539 II: Thomas Ungarus a Varda.

[6] V. ö. a főanyak. 1546 II: Michael Rayhezani Nitriensis.

[7] A kiadások elszámolása tulajdonkép a XIV. szakaszba tartozik.

[8] Sclavus részben kivakarva.

Georgius Dumbrinus Sclavus 4 den.

Georgius Viscalatinus Ungarus, 4 den.

Andreas Cepetniky Ungarus,[1] 4 den.

Anno Domini etc. 1547, Mag. Oswaldo Sawmer procuratore existente, cummutatione estivali, infrascripti scolares intitulati sunt: 1547 I.

Georgius prespiter de Chelek Szentpeter, filius Valentini Chumbol,[2] dedit 12 den.

Andreas Rokonogiensis Sclavus,[3] dedit 12 den.

Benedictus Egregius, dedit 12 den.

Emericus Petrocinus,[4] dedit 6 den.

Joannes Peszer Soproniensis, dedit 6 den.

Mathia [de] Mikulier Croata, dedit 4 den.

Mathias Tharnoczy Croata, dedit 8 den.

Joannes Jurischitzy dedit 8 den.

Georgius Petro ab Zagrabia,[5] dedit 6 den.

Paulus Skhelich Zagrabiensis,[6] dedit 8 den.

Johannes Paludeus de Superiori Lindva, dedit 8 den.

Exposui: Item pro officio divi Latislay 4 sol. Item pro quatuor intimationibus 8 cr. Item pedello 16 den.

[1] V. ö. a főanyak. 1545 I: Andreas Zupetzuckynus.

[2] V. ö. a főanyak. 1546 II: Dom. Georgius Chombol de Chyregg Zenthpheher, presbiter (= Chyregszentpeter).

[3] V. ö. a főanyak. 1546 II: Andreas a Roggnokh. — Bacc. 1549 I, 88. l.

[4] V. ö. a főanyak. 1547 I: Emericus Petrocinius a Superiori Lindva. — Bacc. 1549 I, 88. l. (Emericus Linduensis, Sclavus.)

[5] V. ö. a főanyak. 1545 II: Georgius Petroviensis.

[6] V. ö. a főanyak. 1545 II: Paulus Scaliz Sacravoniensis.

Schrauf: A bécsi egyetem magyar nemzetének anyakönyve. (Magyarországi tanulók külföldön, IV.) 190—201. l.

A KRAKAI EGYETEMEN 1530—47. TANULÓ MAGYAR IFJAK.

Anno ab incarnacione domini millesimo quingentesimo trigesimo commutacione hÿemalj[1] *sub senioratu Petri de Zarazpathak dÿocesis Quinqueecclesiensis studentes infranotati sunt inscripti:*

Benedictus Transsiluanus
Jacobus de Puthnok
Simon Cassovianus.

Anno domini 1531 in commutacione tam estiuali quam hÿemali,[2] *Benedicto Transsylvano a Keresthwr, seniore existente, nouiter intrantes in hoc album sunt inscripti:*

705 Petrus de Zyntha
Mathias plebanus de Wasarhel
Emericus Ozorinus
Lucas Turinus
Thomas Gyalwinus
710 Mattheus Zegedinus
Demetrius de Kewres.

Anno post oppressum humani generis aduersarium 1531 commutacione estiuali, Michaele Zalay, baccalario senioris officio fungente, qui sunt recepti in Bursam:

Mathias Banocÿ
Demetrius Themesuarÿ
Stephanus Hederuarÿ
fol. 12a 715 Benedictus Biharÿ
Stephanus Hederuarÿ
Simon Harsani
Michael Halasÿ
Paulus Zolthan a Chepe
720 Blasius Nimethi
Franciscus Domanhidi
Antonius de Zeercz[3]
Franciscus Thuri.

Anno a nato seruatore 1532, Paulo Zolthano seniorem agente, commutacione tam hÿemali quam estiuali,[4] *nouiter intrantes in hoc album sunt inscripti:*

Andreas Vngari
725 Michael Velikei
Petrus Chanadinus
Laurencius Kasapereki
Elias de Kydę
Joannes Munkach
730 Stephanus a Munkach.

[1] = Téli félév 1529/30.
[2] = Nyári félév 1530 és Téli félév 1530/31.
[3] Ezen két utolsó betű (t. i. cz.) más kéztől.
[4] = Téli félév 1531/2 és nyári félév 1532.

Anno partus virginei 1533 sub senioratu Antonӱ Zeerӱ[1] *commutacione estiuali nouiter intrantes tali serie sunt inscripti:*

Michael Themeswarӱ
Emericus Vӱhelӱ
Lucas de Emod
Nicolaus Leulӱ.

Anno a natali seruatoris domini 1533 commutacione hӱemali, Luca Emewdӱ seniore existente, nouiter intrantes sunt inscripti:

735 Petrus de Homonna
Cherubin de Bwthka
Nicolaus de Galgocz.

Anno ab incarnacione domini millesimo quingentesimo tricesimo quarto commutacione estiuali sub senioratu Joannis Izbeegh de Dyakӱ nouiter jntrantes inscripti sunt:

Andręas Apathӱ
Martinus Paztohӱ
740 Stephanus Bardi
Benedictus Abadӱ
Mattheus de Baba
Albertus Karolӱ
Albertus Makadӱ.

Anno salutis nostre millesimo quingentesimo tricesimo quinto commutacione jemalj,[2] *Sebastiano Boldino a Karolӱ seniorem agente, nouiter jntrantes jnscriptj sunt:*

745 Matheus Figulus de Tarkanӱ
Demetrius de Zenthmaria
Joannes Zechyeni.

Anno domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto commutacione estiuali, Demetrio Zenthmariano seniorem agente, nouiter intrancium nomina subscripta sunt:

Sigismundus de Gӱalw[3]
Mathias de Thӱhemer
750 Anthonius de Mӱskolcz
Dominus Stephanus Zaaz de Wdwarӱ fol. 13a
Nicolaus Banӱaӱ

Anno restaurate humanitatis millesimo quingentesimo trigesimo quinto commutacione hӱemali, Stephano Zaasz ab Vduari seniore, subscripti nomina in hoc dederunt album:

Lodouicus de Hunӱad } Transiluanenses
Stephanus Albensis }
755 Paulus Banaӱ Varadiensis
Albertus Vuremloch Transiluanus
Bernardus Refalui
Gallus Bistriciensis Transiluanus

[1] A lapszélen más kéztől: Vide, sub senioratu hujus, scilicet Anthonӱ Zery, perierunt communitatis libri tres: Cronica scilicet Hungarica, Epistolarum famil. Ciceronis cum commentario et Breviario etc.

[2] = Téli félév 1534/5.

[3] A lapszélen Telegdi kezétől következő jegyzet: «Sigismundus iste postea in Italiam profectus in virum doctum euasit. Nullum tamen fructum ex ejus eruditione patria sensit unquam; postpositis enim studiis viuit Eperiesini vsque huc seruitutj regie addictus 1558».

Georgius Kakasffalwssy
760 Joannes Hwzthi de Torna
Joannes de Tereem
Lucas de Hunyadi.

Anno a natiuitate Christi millesimo quingentesimo tricesimo sexto commutacione estiuali sub senioratu Georgij de Kakasffalwa nouiter intrantes tali serie sunt inscripti:

Joannes de Zeged
Thomas de Strigonio
765 Michael de Zynywarallya
Gregorius Chomakaziniis
Franciscus Wÿer Pankotanus canonicus et vicarius Agriensis 1558.[1]

Anno 36 supra sesquimillesimum commutacione estiuali in die corporis Christi Georgius de Kakasffalwa tunc temporis senior hujus Burse locum mutauit in cujus officium successit Albertus Wurmloch Transylvanus, sub quo nouiter intrantes hoc inscribuntur ordine:

Martinus Dalmatha
Joannes Hünyadinus
770 Clemens Walkaÿ
Emericus de Merchye
Gaspar de Zeghed
Joannes Zolthan.

Anno domini tricesimo sexto super millenarium ac quingentesimum annum in ferijs natiuitatis Mariae jn officium Alberti Transsilwanensis successit Joannes a Mezew Theren, sub cujus senioratu nouiter jntrarunt:

Andreas Losoncÿ, ciuis nunc Cassouiensis 1558[2]
775 Michael a Dabroncz
Michael a Crasso
Mattheus de Thÿza Varsanÿ
Michael Wÿlakÿ
Andreas a Nagÿ Mÿhalÿ
780 Casparus Vnguarinus
Gallus a Banrÿw.

Fol. 14a *Anno restaurate humanitatis millesimo quingentesimo tricesimo septimo commutatione hÿemali,[3] Andrea Naghimihalino seniore, inferius notati in album hoc nomina sua, deo auxiliante, dederunt:*

Franciscus a Kÿde[4] iuuenis bonae indolis et spei.

Commutatione aestiuali sub eodem seniore hi infranotati nomina sua in hoc album dedere 1537:

Stephanus Naghizegedinus
Franciscus Verbwcinus.

Anno domini millesimo quingentesimo tricesimo octauo sub senioratu Mathie de Tÿhemer commutatione hÿemali[5] nouiter intrantes tali ordine sunt inscripti:

785 Joannes Grübigÿ ex Croatia
Blasius de Erk
Nicolaus de Szata
Nicolaus Gezlei

[1] «Canonicus Agriensis 1558» más kéztől, «et vicarius» ismét más kéztől az utóbbi fölött.
[2] «Ciuis ... 1558» más kéztől.
[3] = Téli félév 1536/7.
[4] «ciscus a Kÿde» más kéztől, kivakart helyen.
[5] = Téli félév 1537/8.

Franciscus Mohinus, hereticus factus[1]
790 Sebastianus de Sercz
Joannes Tilaÿ
Vrbanus Ilosswaÿ
Georgius Coloswariensis
Benedictus de Senna
795 Andreas de Nagymihalÿ
Michael de Tarna.

Aestiuali commutacione:

Josephus Pestinus
Franciscus de Baianháza.

Commutatione hyemali hi inscripti in album huius gymnasy anno 1538: fol. 14b

Thomas Semyen de Zykso, presbiter
800 Lucas Syhe de Munchach.

Commutacione estiualj anno a Christo nato 1539 Francisco Werbewczÿo senioris officio fungente, hÿ in album uniuersitatis inscripti sunt:

Franciscus Kothÿo de Zewlews
Joannes Rosnawiensis
Caspar Albaregalis.

Eodem anno commutatione estiuali, Andrea à Kerepecz senioris officio fungente, in album huius academie inscripti sunt:

Gregorius de Wyzkeleth, obiit Colosuarij Luteranus[2]
805 Ladislaus a Footh Zalaÿ a Foolt.[3]

Anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo sub senioratu Francisci Kÿdaeÿ, canonici Agriensis, commutatione aestiuali nouiter jntrantes ij sunt:

Joannes Rivulinus
Christophorus a Beyey.[4]

[1] «hereticus factus» a lapszélen más kéztől.
[2] «Obiit... Luteranus» más kéztől.
[3] «a Footh» keresztül van húzva s a mi következik, más kéz irása.
[4] Néhány ezután következő név ki van vakarva.

Schrauf: Regestrum bursae Hungarorum Cracoviensis. (Magyarországi tanulók külföldön, III.) 27—33. l.

A KRAKAI EGYETEMEN TANULT MAGYAR IFJAK TOVÁBBI TANULMÁNYI MENETE.

705. AC II 250 : 1530 aest. 14. Mai. *Petrus Dauidis de Zentha.*

707. AC II 253 : 1530 hyem. *Emericus Galli de Oszora dioc. Vespemiensis.* — AV 141 : 1531 *Emericus Osorinus ex Hungaria.*

708. A keresztnév és a sorrend után itélve tán azonos az AC II 253 : 1530 hyem. alatt bevezetett *Lucas Mathei de Comeras dioc. Baciensis*-szel. — AV 141 : 1530/21 *Lucas Thurinus ex Hungaria.*

709. Talán azonos *Thomas Danielis de Grlu (!) dioc. Vaciensis*-szel, aki AC II 253 : 1530 hyem. alatt jön elő.

710. AC II 254 : 1530 hyem. *Matheus Mathei de Segedino dioc. Colocensis.* — AV 225 : 1545 *Matheus Segetinus Vngarus,* aligha azonos, Miller azonban a Bartholomaeides-nél (20. old.) bejegyzett *Matheus Zegedinus*-szal azonosítja.

711. AC II 254 : 1530 hyem. *Demetrius Mathie de Ewres (!) dioc. Vaciensis.* — AV 141 : 1531 *Demetrius Cydae de Coris vngarie.*

713. Cf. NHV fol. 80 : 1525 *Demetrius Temeschiensis* 2 crucif.; ibid. fol. 80b : 1534 *Demetrius Themeswarj ex Themeswer* 8 den. — AC II 255 : 1530 hyem. *Demetrius Pauli de Themeszwar, dioc. Sanodiensis (!).* — AV 172 : 1538 *Demetrius Temesuarinus Pannonius.*

714. AC ? — Cf NHV fol. 81 : 1538 (aest.) *Stephanus Gulay* 2 crucif.

715. AC II 255 : 1530 hyem. *Benedictus Caroli de Byhar dioc. Varadiensis.*

716. AC II 255 : 1530 hyem. *Stephanus Simonis de Hedevar dioc. Strigoniensis.*

717. Valószinüleg azonos az AC II 258 : 1531 aest. *Simon Mathei de Agria dioc. Agriensis*-szel (Cf. Th. Ortvay: Magyarország egyházi földleirása I. 169.).

718. AC II 258 : 1531 aest. *Michael. Laurency de Halas dioc. Colocensis.*

719. AC II 258 : 1531 aest. *Paulus Mathei de Cepe dioc. Transsiluaniensis.* Senior Bursae Hung. 1531 hyem. et 1532 aest.: *Paulus Zolthanus.*

720. AC II 258 : 1531 aest. *Blasius Pauli de Nemethy dioc. Transsiluaniensis.*

721. NHV fol. 79b : 1523 I (aest.) *Franciscus Domahedi* 2 crucif. — AC II 258 : 1531 aest. *Franciscus Ladislai de Dwmhyda dioc. Albeiulensis.*

722. AC II 258 : 1531 aest. *Anthonius Blasy de Zeer dioc. Vaciensis.* — Senior Bursae Hung. 1533 aest.: *Antonius Zeery.*

723. AC II 258 : 1531 aest. *Franciscus Georgy de Thwr dioc. Vaciensis.*

724. AC II 260 : 1531 hyem. *Andreas Gregory de Wngary dioc. Agriensis.*

725. AC II 261 : 1531 hyem. *Michael Stephani de Wyelyke dioc. Zawradiensis(!).*

726. AC II 263 : 1532 aest. *Petrus Georgy de Czanath dioc. eiusdem;* ehhez Miller p. 44: *Alias Zaladinus Viterbergae nominatus,* amivel úgy látszik egyezik AV 168 : 1537 alatt beírt *Petrus Czaludinus Vngarus.*

727. AC II 266 : 1532 hyem. [1533] *Laurentius Hemerici de Perek dioc. Agriensis.*

729. AC II 267 : 1533 aest. 15. Mai. *Johannes Gregory de Monkacz dioc. Agriensis.*

730. AC II 267 : 1533 aest. 15. Mai. *Stephanus Gregory de Monkacz dioc. Agriensis.*

731. AC II 267 : 1533 aest. 15. Mai. *Michael Georgy de Themeschwar dioc. Cenodiensis.*

732. AC II 267 : 1533 aest. 15. Mai. *Emericus Petri de Vhel dioc. Agriensis.*

733. AC II 267 : 1533 aest. 15. Mai. *Lucas Philippi de Emieth (!) dioc. Agriensis.* — Senior Bursae Hung. 1533 hyem.: *Lucas Emewdy.*

735. AC II 270 : 1533 hyem. *Petrus Pauli de Homonna dioc. Agriensis.*

736. AC II 270 : 1533 hyem. *Cherubin Blasy de Buutpha (!) dioc. Agriensis.*

737. AC II 269 : 1533 hyem. *Nicolaus Georgy de Fristath dioc. Strigoniensis.*

738. AC II 273 : 1534 aest. *Andreas Philippi de Apathi dioc. Agriensis.*

740. AC II 271 : 1533 hyem. [1534] *Stephanus Michaelis de Bard dioc. Agriensis.*

741. AC II 271 : 1533 hyem. [1534] *Benedictus Dominia(!!) de Abaadh dioc. Agriensis.* — AV 202 : 1542 *Benedictus Abadius Hungar.*

742. AC ? — AV 150 : 1533 14. Oct. *Mattheus Babay Simichius hungarus.*

746. AC II 275 : 1534 hyem. [1535] *Demetrius Sebastiani de Santh Maria dioc. Quinqueecclesiensis.* — Senior Bursae Hung. 1535 aest.: *Demetrius Zenthmarianus.*

747. AC II 275 : 1534 hyem. [1535] *Johannes Benedicti de Seczen dioc. Strigoniensis.*

748. AC II 275 : 1534 hyem [1535] *Sigismundus Benedicti de Gyalyvd dioc. Albensis Transsyluanus.* — AV 1539 *Sigismundus Gelaeus Transsyluanus.* V. ö. Fraknói Melanchtons Beziehungen zu Ungarn (Budapest, 1874) 25 l.

749. AC II 275 : 1535 aest. *Mathias Pauli de Thiamir dioc. Agriensis.* — Senior Bursae Hung. 1537 hyem.: *Mathias de Tÿhemer.*

750. AC II 275 : 1535 aest. *Antonius Georgy de Miskolcz dioc. Agriensis.*
751. AC? — Senior Bursae Hung. 1535 hyem.: *Stephanus Zaasz ab Vduari.* — AV 161 : 1536 *Stephanus Sass vngarus.*
753. AC II 278 : 1535 hyem. *Lvdovicus Michaelis de Hunyad dioc. Albensis.*
754. AC II 278 : 1535 hyem. *Stephanus Benedicti de Alba Jula dioc. Albensis.*
755. AC II 278 : 1535 hyem. *Paulus Johannis de Varadino dioc. Varadiensis.*
756. AC II 278 : 1535 hyem. [1536] *Albertus Johannis de Transilvania dioc. Albensis.* — Senior Bursae Hung. 1536 aest.: *Albertus Wurmloch Transyluanus.* — AV 205 : 1543 *Albertus Formloch transsiluanus,* mense Julio.
757. AC II 278 : 1535 hyem. [1536] *Bernardus Petri de Refalva dioc. Agriensis.*
758. AC II 278 : 1535 hyem. [1536] *Gallus Simonis de Bistriczia dioc. Albensis.*
759. AC? (A sorrend és a keresztnév után itélve csak AC II 278 : 1535 hyem. [1536] *Georgius Valentini de Assumfalva dioc. Strigoniensis* jöhetne tekintetbe.) — Senior Bursae Hung. 1536 aest.: *Georgius de Kakasfalva.* — AV 161 : 1536 *Georgius* κακας i. e. gallus Vngarus (Primum scriptum fuit: «de Tornau»).
761. AC II 278 : 1535 hyem. [1536] *Johannes Benedicti de Theren dioc. Albensis.* — Senior Bursae Hung. 1536 hyem.: *Johannes a Mezew Theren.*
762. AC II 278 : 1535 hyem. [1536] *Lucas Helie de Hunyad dioc. Varadiensis.* — AV 160 : 1536 *Lucas Hunnadinus Vngarus.*
763. Cf. NHV fol. 80 : 1525 II (hyem) *Johannes Zegediensis* 2 crucif. — AC II 279 : 1536 aest. *Johannes Andree de Zeyedino Biacensis archiepiscopatus (!).*
764. AC II 279 : 1536 aest. *Thomas Benedicti de Strigonio eiusdem* [i. e. Strigoniensis] *archiepiscopatus.* — AV 161 : 1536 *Thomas de Strigonio vngarus.*
765. AC II 279 : 1536 aest. *Michael Emerici de Synyrvaralla dioc. Agriensis.*
766. Talán azonos az AC II 279 : 1536 alatt beírt *Gregorius Laurencii de Koszromokas (?) dioc. Transsiluaniensis*-szel.
767. AC II 279 : 1536 aest. *Franciscus Lucae de Pankota dioc. Agriensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1537 hyem.: *Franciscus Pankotai.* — Cf. NHV fol. 81b: 1539 *Franciscus Wier Pancothanus* 2 crucif.
768. AC II 280 : 1536 aest. *Martinus Viti de Coruacia dioc. Zabragiensis (!).*
769. AC II 280 : 1536 aest. *Johannes Georgii de Transiluania dioc. Waradiensis.*

770. AC II 280 : 1536 aest. *Clemens Johannis de Transiluania dioc. Waradiensis.*

771. AC II 280 : 1536 aest. *Emericus Georgy de Mercze dioc. Agriensis.*

772. Cf. NHV fol. 80b : 1534 *Caspar Sakhan Segediensis,* 8 den. — AC II 280 : 1536 aest. *Casper Thome de Syegyed dioc. Basnensis.*

774. AC II 281 : 1536 hyem. *Andreas Blasii de Lozoncz dioc. Strigoniensis.*

775. AC II 281 : 1536 hyem. *Michael Demetrii de Dobroncz dioc. Vespeniensis (!).*

776. AC II 281 : 1536 hyem. *Michael Thome de Crassov díoc. Quinqueecclesiensis.*

777. Talán azonos a MV vol. IV. fol. 34b : 1535 I (aest.) alatt beírt *Matheus Kintsches de Tyssavarschan* és a NHV fol. 81 : 1535 I (aest) alatt bejegyzett *Matheus Kinchesch de Thisauarsan*-nal. — AC II 281 : 1536 hyem. *Matheus Georgii de Ciszoworsan dioc. Waciensis.*

778. AC II 281 : 1536 hyem. *Michael Vrbani de Wilak dioc. Agriensis.*

779. AC II 281 : 1536 hyem. *Andreas Thome de Nadthmial dioc. Agriensis.* — Senior Bursae Hung. 1536 hyem. et 1537 aest.: *Andreas Naghimihalinus.*

780. AC II 281 : 1536 hyem. *Caspar Ladislai de Vngwar dioc. Agriensis.*

781. AC II 281 : 1536 hyem. *Gallus Benedicti de Baurivi dioc. Strigoniensis.*

782. AC ? — Senior Bursae Hung. 1540 aest.: *Franciscus Kydaeus canonicus Agriensis.* (Alkalmasint azonos ezzel.)

783. AC II 284 : 1537 aest. *Stephanus Fabiani de Szygezino dioc. Czananiensis (!)* — AV 202 : 1542 *Stephanus Seghedinus Hungar.*

784. AC II 286 : 1537 hyem. *Franciscus Francisci de Verbovicz dioc. Agriensis.* — Senior Bursae Hung. 1539 aest.: *Franciscus Werbewczÿus.*

785. Talán azonos az AC II 286 : 1537 hyem. alatt bevezetett *Mathias Johannis Grubith de Berchicz dioc. Zagrabiensis*-szel (talán helyesebben : *Johannes Mathie?)*

786. AC II 286 : 1537 hyem. [1538] *Blasius Mathei de Herk dioc. Agriensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1537 hyem.: *Blasius de Erk.*

787. AC II 286 : 1537 hyem. [1538] *Nicolaus Laurency de Satha dioc. Basiensis.*

788. AC II 286 : 1537 hyem. [1538] *Nicolaus Mathei de Ghesthe dioc. Quinqueecclesiarum.* — Consiliarius Bursae Hung. 1537 hyem.: *Nicolaus Gezlei.*

789. AC II 286 : 1537 hyem. [1538] *Franciscus Michaelis de Mchy (!) dioc. Agriensis.* — Consiliarius Bursae Hung. 1537 hyem.: *Franciscus Mohinus.* — AV 202 : 1542 *Franciscus Mobinus (!) Hungar.*

790. AC II 287 : 1537 hyem. [1538] *Sebestianus Laurency de Zhwcz dioc. Agriensis.*

791. AC II 287 : 1537 hyem. [1538] *Johannes Blasy de Tyray dioc. Agriensis.*

792. AC II 287 : hyem. [1538] *Vrbanus Nicolai de Ilhoswa dioc. Agriensis.*

794. AC II 287 : 1537 hyem. [1538] *Benedictus Michaelis de Szyenna dioc Agriensis.*

795. AC II 287 : 1537 hyem. [1538] *Andreas Martiny de Namyar (!) dioc. Agriensis.*

796. AC II 287 : 1537 hyem. [1538] *Michael Mathie de Tharna dioc. Agriensis.*

797. AC ? — AV 185 : 1540 *Josephus Pesti vngarus.*

799. AC II 289 : 1539 aest. *Thomas Caspari de Sixow dioc. Agriensis.*

800. AC II 290 : 1538 hyem. *Lucas Mathei de Monkacz dioc. Agriensis.*

801. AC II 291 : 1538 hyem. *Franciscus Gregory dioc. Strigoniensis.* (Közelebbi helyjelzés hiányzik.)

802. AC II 291 : 1538 hyem. *Johannes Rosnaniensis dioc. Strigoniensis.*

803. AC II 292 : 1539 aest. *Caspar Michaelis de Alba Regali dioc. Vestiensis (!).*

804. AC II 293 : 1539 aest. *Gregorius Francisci de Vngaria* (a keresztnév és a sorrend után itélve talán azonos).

805. A keresztnév és a sorrend után itélve talán azonos AC II 293 : 1539 aest. *Ladislaus a Peszth Johannis dioc. Vaciensis*-szel. (Cf. Lipszky l. c. pag. 186: *Fót vel Fóth pagus comit. Pestiensis.)*

806. AC II. 295 : 1539 hyem. *Johannes Riwolanus Mathei dioc. Agriensis.*

807. AC II 296 : 1539 hyem. *Cristoferus Michaelis Behen dioc. Agriensis.*

Schrauf: Regestrum bursae Hungarorum Cracoviensis. (Magyarországi tanulók külföldön, III.) 99—105. l.

A WITTENBERGI EGYETEMEN TANULT MAGYAR IFJAK.

1530.

Joannes Daxs ex Newsidell.
Mgr. Egidius Faber Cremnicen.
Simon Transiluanus Cassouiensis.
Leonhardus Stöeckel Bardfensis Hungarus.

1531.

Benedictus Blasij Transiluanus.
Demetrius Cydae de Coris Vngariae.
Emericus Osorinus ex Hungaria.
Lucas Thurinus ex Hungaria.
Andreas Lupus Strigoniensis.

1532.

Franciscus Tornensis.
Simon Agriensis Hungarus.
Stephanus Galzeechij ungarus.

1532/3.

Joannes Antalh Vngarus.
Gregorius Salczer Schemnicziensis Hungarus.
Joannes Baronius de Kohly, dioc. Quinqueecclesiensis.
Benedictus Zerenciensis, dioc. Agriensis.
Martinus Paszolinus eiusd. dioc. Hung.
Gregorius de Belowitz, Hungarus ad Caschouiam.
Caspar de Zeten Hungarus diocesis Strigoniensis.
Mattheus Babaj Simichius Hung.

1533/4.

Michael Vngar Strigoniensis.
Gregorius Faber Sopronlensis.
Lucas Siluestris.
Thomas de Vihel.

1534/5.

Andreas Sauer Cremnicensis.
Franciscus Leutschouiensis.
Johannes Peter de Fillach.

1536.

Jacobus Himmelreich Kremnisensis.
Lucas Hunnadinus Vngarus.
Leonhardus Vueisbeck Vngarus.
Georgius κακας i. e. gallus Vngarus.
Thomas de Strigonio Vngarus.
Stephanus Sass Vngarus.
Benedictus Lorinus Vngarus.
Christophorus Breiss Posoniensis.
Sebastianus Boldius Vngarus.
Petrus Stockel a Bartha Vngarus.

1536/7.

Martinus Hentzius de Husbach Transsyluaniae.
Johannes Bogner Transsyluaniae.
Franciscus Haschadi Vngarus.
Laurentius Möldener ex Schemnitz Vngar.
Michael de Ea Kalo Vngariae.
Christianus Kostius Sabesiensis Transsil.
Lucas Bildhalmer Mechelsdorfer Transsil.
Paulus Rubigallus Cremnitz.
Gregorius Schegeschwariensis Trans.

1537/8.

Stephanus Chulami Vngarus.
Gregorius Peter Vngarus.
Nicolaus Rinolaus Vngarus.
Petrus Czaludinus Vngarus.

1538.

Valentinus Grenicerus Bistricensis.
Alexander Tringer Transsyluanus.
Hieronymus Μελας Transsyluanus Coronensis.
Joannes Ryssus Coronensis.
Benedictus Guncini Hungarus.
Stephanus Guncini Hungarus.
Franciscus Vuitnerus Transsyluanus.
Paulus Benckner Coronensis.
Paulus Sartor ex Alba Regali Pannoniae.
Bartholomeus Bognerus Coronensis Transsyluanus.
Jacobus Segodunensis Pannonius.
Emericus Pesti ex diocesi Vaciensi.
Demetrius Temesuarinus Pannonius.
Joannes Kisseriensis Pannonius.

1538/9.

Bartolomeus Altenberger Zibiniensis Transsyluanus.

1539.

Georgius Schlernitius de Krymnitz.
Caspar de S. Gottardo Pannonius.
Andreas Thurinus Tarnoviensis Pannonius.
Sigismundus Geleus Transsyluanus.
Caspar Petzsche Clausenburgensis.

1540/1.

Gregorius Wisacknaj Vngarus.
Demetrius Batisi Vngarus.
Josephus Pesti Vngarus.
Joannes Henckel Leutschouiensis.
Conradus Henckel Leutschouiensis.
Emericus Putnagi Vngarus.

1541.

Joannes Saltzer Schemnicensis.
Stanislaus Bodenstein Posnensis?
Joannes Sommer Cassioforensis Vngarus.

1541/2.

Andreas Batizi Vngarus.
Blasius Felnemetsi Vngarus.
Valentinus Vagner Transiluan.
Georgius Hogtesius Transiluanus.
Bartolameus Fraxinus Vngarus.
Basilius Turmerius Vngarus.

1542.

Stephanus de Copatz Hungarus.
Joannes Conisch Caseoforensis.
Stephanus Ganoj Hungarus.
Gaspar Pastor Hungarus.

1542/3.

Caspar Heltensis Transsiluanus.
Stephanus Seghedinus Hungarus.
Benedictus Abadius Hungarus.
Franciscus Mobinus Hungarus.
Blasius Byhornius Hungarus.
Joachimus Francus Sehusiensis Hungarus.
Christophorus Guldner Cepusiensis.
Georgius Felsner Coronensis.
Fabianus Rupensis Coronensis.
Mathias Phranius Coronensis.
Thomas Wemelius Coronensis Transyluanus.
Joannes Tortlerus Transsiluanus Schemnicensis.
Joannes Alagij Vngarus nobilis.
Andreas Vduarj Vngarus.
Martinus Roseman Vngarus Carponensis.

1543.

Albertus Fromloch Transsiluanus.
Blasius Varij Vngarus.
Martinus Calmus Sibunensis Transsiluanus.
Servatus Gislerus Coronensis.

1543/4.

Emericus Palutzki Vngarus.
Leonhardus Gross Cybiniensis Transilua.
Georgius Andalffi Veterisoliensis Vngarus.
Michael Kucz Transiluanus.
Valentinus Caroli Vngarus.

1544.

Dominicus Lucinus Coronensis.
Georgius Salczbanck Carponensis.
Gasparus ex Giula Vngarus.
Joannes Hensel Bartpfensis.
Simon Bolemus Coronensis.
Christopherus Molnerus Caseoforensis.
Albertus Lanio Leutzschouiensis.
Michael Nedoschusky ex Hungaria.
Joannes Moscopius Cremnicensis.

1544/5.

Christopherus Lippensis Vngarus.
Steffanus Harsani Vngarus.
Thomas Kisani Vngarus.
Emericus Sigetinus Vngarus.
Petrus Zcschapa Vngarus.
Joannes Mediomontanus Vngarus.
Mattheus Muldner Schemnicensis.
Georgius Huber Cybinianus.
Petrus Hammerus Transiluanus.
Emericus Roxer Zcipsensis.
Albertus Feltoti Vngarus.
Georgius Prodabisimus Vngarus.
Joannes Cosmider Posnamensis?
Petrus Roetzcwingen Transyluanus.
Leonhardus Crommerius Eltzeschoviensis.
Jacobus Judicis Bart(z)ensis.
Stanislaus Fechter Rosenbergensis.
Matthias Midalis Rosenbergensis.

1545.

Sebastianus Bringer Strigoniensis.
Mattheus Segetinus Vngarus.
Raphael Stéger ex Nouisolio Vngarus.
Bartholomeus Malas Coronensis Transsiluanus.
Joannes Sámboki Ternaniensis Vngarus.
Joannes Schreiner Silpramensis Vngarus.
Nicolaus Elsterinus Vngarus.
Simon Bogknerus Transsiluanus.
Michael Raychyani Vngarus.
Martinus a S. Elisabeth Vngarus.

1545/6.

Franciscus Literatus Klausenburgen.
Blasius Dobertzin Vngarus.
Matthias Feschner Bistricianus.

1546.

Andreas Ormancusiensis Vngarus.
Damianus Grafe Zeppusensis.
Dionysius e Septem Castris.
Johannes Sasuarinus Vngarus.
Egidius Saltzer Carponensis.
Matthias Hebberlyn Carponensis.

1547/8.

Nicolaus Vulpinus Coronensis.
Barholomeus Weirauch Coronensis.
Caspar Lugisland Schemnicensis.
Franciscus Clausenburgensis Transsyluanus.
Michael Korlath nobilis Syrmiensis.
Jonas Remander Schemnicensis.
Stephanus Gyompor ex Superiore Pannonia.
Johannes Satmarius Ungarus.
Lucas Futag Ungarus.
Wolbertus Salicij Ungarus.
Valentinus Debrecinus Ungarus.
Michael Horuatij Ungarus.
Josephus Zogedinus Ungarus.
Emericus Bathori Vngarus.
Matthias Tewissiensis Pannonius.
Stephanus Cruciger Crimicensis.

Frankl: Hazai és külföldi iskolázás. 295—99. l.

A PÁDOVAI EGYETEMEN TANULT MAGYAR IFJAK.

Circa a. 1530 Antonius Verancsics
« « 1540 Mattheus Endericus
« « 1542 Wolfgangus Gyulai
Circa a. 1542 Augustinus
« « 1546 Michael, Ioannes et Laurentius Réwai.

Frankl: Hazai és külföldi iskolázás a XVI. században. 271. l.

A GOLDBERGI PROT. GIMNÁZIUMBAN TANULT MAGYAR IFJAK.

Circa 1535 Christophorus Preysz Posoniensis
« 1544 Mattheus Moldner Schemniciensis
Circa 1546 Gasparus Lugislandt Schemniciensis.

Frankl: Hazai és külföldi iskolázás a XVI. században. 245—46. l.

INDEX

NOMINUM, LOCORUM ET (MAGNA EX PARTE) RERUM

A PAG. 1—594.

(NUMERUS SIGNIFICAT PAGINAM.)

ERRORES CORRIGENDI.

p. 4. s. l. 3. *Chornensem* lege Chornense.
p. 112. s. l. 13. *decimoram* lege decimarum.
p. 124. s. l. 8. *sonsuleret* lege consuleret.
p. 157. inf. l. 5. *arbitrari* lege arbitrati.
p. 164. inf. l. 5. *computanto* lege computando.
p. 166. s. l. 18. *defensationem* lege defensionem.
p. 169. s. l. 15. *eicarius* lege vicarius.
p. 228. inf. l. 17. *superibus* lege superioribus.
p. 259. s. l. 5. *puta* lege puto.
p. 275. s. l. 20. *habiti* lege habili.
p. 316. inf. l. 2. *subitoros* lege subituros.
p. 349. s. l. 13. *cauem* lege caveam.
p. 358. inf. l. 12. *monere* lege movere.
p. 373. infr. l. 13. *maneriei* lege materiei.
p. 383. s. l. 14. *ácza* lege apácza.
p. 402. s. l. 17. *significaturem* lege significaturum.
p. 438. infr. l. 9. *unice* lege unico.
p. 421. s. l. 11. *Nemsenă* lege Nemsova.
p. 459. infr. l. 6. *tenat* lege tenet.
p. 483. inf. l. 2. *Selesiensis* lege Lelesiensis.
p. 525. s. l. 2. *Babindely* lege Babindaly.
p. 531. s. l. 7. *defendandăm* lege defendendam.
p. 552. s. l. 18. ἀγαδόι lege ἀγάθόι.
p. 552. inf. l. 12. *nestram* lege vestram.